THEODORI REINKINGK, ... TRACTATUS SYNOPTICUS DE RETRACTU CONSANGUINITATIS, ...

Theodor : von Reinkingk, Andreas incisore Frölich

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 G
41

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RESPONSUM JURIS,

IN ARDUA ET GRAVI QUADAM CAUSA,

CONCERNENTE PROCESSUM

QUENDAM, CONTRA SAGAM, NULLITER Inſtitutum, & inde exortam diffamationem.

UBI QUÆSTIONES QUÆDAM, DE NOCTURNIS SAGARUM CONVENTICULIS, SALTATIONIBUS, USURPATIONE ſupellectilium piorum in illis, tranſmutationibus perſonarum in alia animalia, confeſſionibus, aſſertionibus & denuntiationibus, exactè examinantur, & requiſita totius Proceſſus Criminalis proponuntur,

ANNEXIS ALIIS QUIBUSDAM, AD PRÆSENTEM facti ſpeciem, pertinentibus Quæſtionibus, ſolidè enucleatis,

AUCTORE

THEODORO REINKINGK,

Hæreditario in Wellingsbüttel, Regiæ Majeſtatis Daniæ nunc Conſiliario & Cancellario, in Ducatibus Sleſwici & Holſatiæ. &c.

GISSÆ HASSORUM,

Sumptibus HERMANNI VELSTENII Bibliopolæ Giſſenſis.

ANNO M. DC. LXII.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

THEODORI REINKINGK,
Hereditarii in Wellingsbüttel &c. Regiæ Majeſtatis Daniæ nunc Conſiliarii & Cancellarii in Ducatibus Sleswici & Holſatiæ &c.

TRACTATUS SYNOPTICUS DE RETRACTU CONSANGVINITATIS,

Nova & Accurata methodo per Concluſiones, Declarationes, Ampliationes, &c. junctis paſſim dubitandi & decidendi Rationibus, nec non ſummarum Curiarum, Parlamentorum & judiciorum præjudiciis, ac rerum judicatarum auctoritatibus,

In certas Quæſtiones collectus.

Editio ſecunda priori Correctior.

Huic acceſſit ejuſdem Auctoris

RESPONSUM JURIS

accuratè elaboratum de

PROCESSU CONTRA SAGAS ET MALEFICOS &c.

Hactenus ſuppreſſo nomine editum.

GISSÆ HASSORUM,
Sumptibus HERMANNI VELSTENII, Bibliopolæ Giſſenſis,
M. DC. LXII.

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI,

DOMINO, DOMINO,

LUDOVICO,

HASSIÆ LANDGRAVIO,

PRINCIPI HERSFELDIÆ, COMITI CATTIMELIBOCI, DECIÆ, ZIEGENHAINÆ, NIDDÆ, SCHAUENBURGI, ISENBURGI AC BUDINGÆ, ETC.

PRINCIPI ET DOMINO

MEO CLEMENTISSIMO

FELICITATEM PERPETUAM!

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO GEORGIO HASSIÆ LANDGRAVIO, COMITI IN Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda, &c.

Domino ſuo Clementiſſimo.

MIRABERIS fortè, Illuſtriſſime & Celſiſſime Princeps, unde hiſce tam infeſtis & in fauſtis literarū temporibus, (quibus per decennium integrum & ultra, ſatis magno cratere civilis ſãguinis litatum, & in Germaniæ noſtræ viſcera, præter modum & morem Divina inclementia ſævitum) nec non in demandata quotidianorum negotiorum multitudine, mihi vel animum, vel otium ſumpſerim, aliquid in uſum rei literariæ meditandi, conſcribendi ac in lucem proferendi. Verum quo fine, quâ occaſione, quove tempore, id negotii mihi perficiendum ſumſerim, ſubſequens ad Lectorem enarrat præfatio. Niſi enim hæ de RETRACTU Quæſtiones & concluſiones, jam ante comportatæ,

 & ſuo

Digitized by Google

& ſuo quæq; ordine diſpoſitæ fuiſſent, utiq; proximè præteritis annis, accreſcentibus temporis iniquitate, officii curis publicis, hoc effectum dare nec licuiſſet nec integrum fuiſſet. In ea, proh dolor incidimus tonantia belli tempora, in quæ nos incidiſſe, nec præſens nec ſequens ætas, ſatis deplorabit. Quis enim capiti noſtro aquam & oculis noſtris fontem lacrymarum dabit? gemit & plorat Divinus Vates. Omnium calamitatum exploratam epitomen ſi quis exhibere velit, bellum nominet, quod ſine menſura, ſine modo nos terruit preſſitq;, & adhuc terret, neq; malorum hujus Iliados finis ullus apparet. Magna & tamen juſta magni illius moderatoris univerſi in nos efferbuit ira, quam magna & multa noſtra peccata inemendatiquè mores, diuturno flagello egentes, provocarunt. Cumulata namq; facinora, non levantur indulgentiâ, ſed gravantur acceſſione perverſitatis. Miſericordiæ autem Domini, quod non plane abſumpti: Benignitas altiſſimi, quod in mediis illis bellorum fluctibus & procellis non omninò ſubmerſi. Poſt providâ divinæ clementiæ curam, Tuæ Celſitudini, ejusdemq; Parenti, feliciſſimæ recordationis, LUDOVICO Haſſiæ Landgravio, Deo & Cæſari FIDELI, Domino meo olim clementiſſimo,

--------- Cujus poſt funera virtus
Vivet in æternum, nec edaci deſinet ævo,

nos

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME,

NUper ex peregrinatione per Galliam, Angliam & Belgium inſtitutâ, in patriam meam Comitatum Oldenburgenſem redux, cùm inde neſcio, quô fatô, in haſce oras, & quidem ſub ipſum ferè *Sacrorum* in SERENITATEM TUAM devoluti *Principalis Regiminis* AUSPICIORUM tempus, delatus eſſem: haud temerè animum induxi, in eo, quod SERENISSIMA CELSITUDO TUA, Regiâ magnanimitate, *Gieſſæ* exhibet *Muſarum Domicilium florentiſſimum*, & meum figere larem, SERENITATISQUE TUÆ ſubditorum devotiſſimorum augere cenſum. Illico autem de duobus maximè cogitare cœpi ſedulò. Et, quî SERENITATI TUÆ nova & fauſtiſſima illa AUSPICIA, novellô quôdam munuſculo novus ſubditus humillimè gratulari: &, quî Reipubl. EJUS literariæ *Gieſſenſis* laudatiſſimæ Egregium, re meâ librariâ, quoquô modô, ſive juvare ſive ornare poſſem. Alterum enim devotionis, alterum nunc etiam

muneris mei fore rebar. Commodùm verò acciderat, ut *Viri Magnifici Theodori Reinkingii nunc Danici & Holſatici, quondam & Haſſiaci* (utramque enim in rem, quod à peregrinitate aut obſcuritate ſuſpectum, afferre utique non debebam) *Conſiliarii & Cancellarii* duos libellos, unum *Retractu Conſanguinitatis*, de *Proceſſu contra Sagas* alterum, apud literatos & præſertim juſtitiæ Sacerdotes, inter deſiderata haberi inaudiſſemus. Utraque ergò lucubratio, *Celeberrimi Auctoris* conſenſu, aſt meis ſumtibus, ſub prælis calere ſtatim quidem juſſa, jam verò in iſto, quod ad SERENISSæ TÆ CELSITUDINIS pedes humillimè demitto, volumine nitidioribus, nî fallor, & emendatioribus operis deſcripta eſt. Serenâ igitur fronte & clementiſſimis oculis, SERENISSIME ET CLEMENTISSIME PRINCEPS, ad levidenſe hoc Xeniolum à novo cive, ſummâ animi demiſſione, oblatum reſpicere, & *Gratioſiſſimo* TUO *Patrocinio* hunc ipſum complecti, non dedignaberis. Divinum ego Numen totô pectore veneror, ut SERENITATEM TUAM cum universâ *Excelſiſſima* SUA *Domo Principali* inexhauſtis gratiæ divinæ opibus ubivis beare, cumprimis verò ſuſcepta nuper *Aviti Imperii Sceptra*, Tranquilla, Glorioſa ac omni modo Feliciſſima eſſe velit.

SERENISSIMÆ TUÆ
CELSITUDINIS

Humilimus & ſubjectiſſimus
HERMANNUS VELSTEIN.

Digitized by Google

nos Haſſicolæ, acceptum id ferimus. Ejus enim glorioſa in Deum pietas, conſtans in Cæſarem Fidelitas, ſincerus in patriam amor: Ejus prudentia & excubias pro nobis agens ſolicitudo paterna, in civilibus hiſce turbis, nobis quietem, & inter media arma, pacem qualemcunq; meruit. Exemptus quidem ille Princeps optimus (heu nimis propere) rebus humanis, & tamen adhuc ſuperſtes, non ſolùm monitis & meritis, nunquam ſatis laudatis, aut unquam intermorituris, (ſuo enim quaſi Jure illis debetur æternitas) ſed & in ipſamet Tua Celſitudine ſuperſtes eſt, eritq; ſemper, pietas, virtus & prudentia patris Ludovici, & vel maximè, quæ omnes humanas exornat actiones, Gratia, tibi veluti ipſa generoſiſſima ſanguinis propagine tradita, connata, & in te quaſi in ſpeculo quodam prolixe cumulateq; ad vivum reſulget, ut cum Claudiano in Panegyr. in 6. Conſulat. Honor. dicto effari liceat:

Felix ille parens, qui te ſecurus Olympum
Succedente petit: quam lætus ab æthere cernit,
Se factis creviſſe tuis.

Generis tui claritatem, Celſiſſime Princeps, virtute adauxiſti, imò ſuperaſti. Lætiſſima tua facies, amabilis vultus, prudentia, affabilitas, clementia, in omnium ſubditorum ore, oculis, animo ſedet: Et hi moderati laudatæ manſuetudinis tuæ habenis, ad pacatæ & ho-

 neſtæ

eſtæ vitæ curſum flectuntur, ac in tuæ ſolicitudinis remio tranquillè foventur. Erga ſuperiores & digniores modeſta veneratione & ſubmiſſione; erga pares decenti familiaritate uteris. Cunctis es benignus; bonis amabilis, æquis deſideriis propenſus, iniquis acerbus, ut nec facilitas auctoritatem, nec ſeveritas amorem diminuat; Et quæ aliæ ſunt Optimi Principis virtutes, quibus cum ætate, Divinâ favẽte gratiâ, major accedet dignitas & pondus; Eas ſi omnes enarrare, aut animum verbis credere & ſtylum laxare vellem, non una vel altera pagina, hora, dies ſufficeret, tantominus ego illis enumerandis. Hinc AUGUSTISSIMI Cæſaris te amplectitur Clementia, Regum & Principum fovet benevolentia, omnium tenet amor & deſiderium. Acceſſiſti, Illuſtriſſime Princeps, ad clavum Regiminis & Principatus, non pacato ſed convulſo totius Imperii ſtatu. Rebus publicè turbatis, malum extremum in domo propria accrevit, diſcordia, litesq; non unæ, inter quas velut Scyllam Syrtesq; tibi navigandum & eluctandum fuit. Non dicam pericula bellica, quæ in ipſa patria Haſſiaca exarſerant, tuis ſtatim humeris impoſita, Quę niſi exacto & maturo conſilio reſtincta, in flammam pernicioſam erupiſſent. In hiſce verò componendis motibus & litibus, neſcio an major tibi felicitas, an verò dexteritas obtigerit. Celerrimè & brevi momento, ea concordiæ foe-

diæ fœdere conciliaſti adſtrinxiſtique, quæ aliquot luſtrorum curſibus, in domo tua præcelſa, inter ejuſdem principes, malo more, malo exemplo, nimis profunde radices egerant: Et niſi funditùs providâ conſilii moderatione & beatæ pacis ſtudio animis evulſæ fuiſſent, eam ſi non planè peſſum dediſſent, ſaltem maximoperè attriviſſent. Eradicatis iſtis litium urticis & vepribus, Eccleſiarum tuæ curæ commiſſarum, uti & politicam per univerſum principatum, viſitationem adornaſti, laudabiliter perfeciſti: Veterem diſciplinam refoviſti; refotam ſalutaribus præſcriptis muniviſti, munitam firmaſti, nihilque quod Eccleſiæ & reipublicæ ſtatum ditionis tuæ, ſimulque privatorum utilitatem attineret, neglexiſti, ut quiſque civium tuorum ſpondere poſſit, te ſecuritatem omnium quieti propriæ prætuliſſe, ceu de ſemetipſo Imperator Nerva præfatus apud Plinium. Hæc verò tot tantaq; molimina, tam felices exoptatiq; ſucceſſus, non per ludum, non per jocum tibi, Illuſtriſſime Princeps, ſed magnorum laborum experimento & curarum anxietate obvenerunt. Uſus es in his perficiendis virtute Juvenis, maturitate ſenis. Nullos ſubterfugiſti moleſtiarum ſcopulos: inſomnes tranſigere noctes non tibi grave fuit, modò tuæ fidei commiſſi deinceps ſecurius, in utramq;, ut dicitur, aurem dormirẽt. Ita eſt Illuſtriſſime Princeps, Difficilia quæ pulchra.

Non

Non quiſquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec ſpoliat favos,
Si fronti caveat, ſi timeat rubos:
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.

Ignavia nullus mortalium unquam factus immortalis, aut aliquid magni enixus. Omnia laboribus vendere aſſuevisse Deos, vetus & verum gentilium dictum eſt. Sicut enim avis ad volandum, ita homo ad laborandum natus, inquit Eccleſiaſticus. Expertus es inſuper ſtatim in limine ſuſcepti principatus, fortunæ ſævientis inclementiam & calamitates ſatis amaras. Quam enim funeſtus, quam acerbus tibi accidit Domini parentis LUDOVICI meritiſſimi principis præproperus obitus: cujus paterna ſolicitudo, quæ omnem vincit affectũ, optimumq; pro liberis conſilium capit, pro te vigilare, regimen inſtruere, & primis matrimonii annis (ut ei liberius vel divino privilegio indulgendi, facultas tibi eſſet) à tãto & tam gravi curarum onere ſublevare & propediem ad illius habenas flectendas manuducere ſibi propoſuerat, ſubitò magno omnium bonorum luctu, tibi erepta. Quæ inde lachrymę? Quis planctus? Quot quantaque patriæ ex tranſitu militarium copiarum, agros & ſubditos depopulantium pericula? Quę præſidiorum in Ditiones tuas invehendorum molimina?

Digitized by Google

Qui conatus? ac majores ſæpè metus, quàm ſpes pollicentes! Quantus verò in his avertendis & tutandis ſubditis animi tui angor, quæ curæ & anxietates, nemo, niſi qui præſtò Celſitudini Tuæ fuit, ſine experimento credet & exprimet! Sed ita à teneris, ut dici ſolet, inſtructus edoctusque eras, Optime Princeps, ut adſilientes fortunæ procellas à curſu recto te movere non ſineres;. Expedit ad uſum ſecundorum per adverſa veniſſe. Neceſſariò enim, inquit Seneca, magnus apparuit, qui nunquam malis ingemuit, nunquam de fato ſuo queſtus eſt, quo tamen nihil infelicius Demetrius cenſuit. Sæpiſſimè virtutis occaſio & incrementum calamitas & vexatio, quæ vel, ſacris atteſtantibus literis, intellectum & delectum prebet. Et Jeremias Propheta, Bonum eſt, inquit, viro, cùm portaverit jugum ab adoleſcentiâ ſuâ. Quinimò ſecundæ res acrioribus ſtimulis explorant animum; miſeriæ tolerantur, felicitate verò corrumpimur, prudentiſſimus monet Tacitus.

Sed quorſum hæc mea, Illuſtriſſime Princeps, præter rem & præter opinionem evagata præfandi libertas? cùm exploratum ſatis habeam, congenitam modeſtiæ tuæ præclaram indolem, propriæ, optimo tamen jure tibi debitæ laudis, encomia & fucati ſermonis opes abnuere, deteſtari. Ad tuam tamen clementiam, illotis prorſus manibus ſine præfatione & ullâ virtutum tua-

 rum

rum commemoratione accedere, religio mihi ſuit.

Quòd verò Celſitudini Tuæ haſce quantulaſcunque lucubrationes, de retractu conſanguinitatis in privatũ olim uſum compilatas dicare, & in ſplendidiſſimæ lucis tuæ ſerenitate lucem conſpicere publicam, unicè mihi propoſuerim, plures & non leves mihi ſunt cauſæ, quas nec planè ſilere honeſtum, nec promere & proloqui expeditum. Si enim vel ſæpè memorati Celſiſſimi Parentis tui, Domini mei beneficentiſſimi, cujus memoria in benedictione æviternâ, vel tua etiam propria clementer & cumulatè in me collata beneficia, quæ mihi æterna erunt, intuear, quomodo ſine ſummæ Ingratitudinis cenſoriâ notâ, ullam ea deprædicandi occaſionem præterire ſinam! Hærent iſthæc, hærebuntq; impreſſa animo, infixa medullis, neque ulla unquam oblivionis nube involventur, donec

Lumine adempto animam moribundo pectore ſolvam.

Ad hæc lucubratiunculæ iſtæ, Illuſtriſſime Princeps, tuis auſpiciis, tuis beneficiis in hac ipſa patria, ſub tuæ protectionis umbraculo conceptæ, natæ, limatæ, in apricum prorepant! Cui ergò inſcribere eas meliori jure debui? Cui me meaq; magis devovere? Cui conſecrare? quàm Patriæ Patri, quàm DOMINO beneficentiſſimo, quàm Principi Optimo.

Accipe

Digitized by Google

Accipe ergò, Illuſtriſſime Princeps, vultu ſereno, manu benignâ qualemcunq; hunc ingenii fœtum ſubjectiſſimæ obſervantiæ & devotionis obſidem: nec ex tenuitate ſuâ, ſed pro clementiæ tuæ humanitate eum aſpice, habe, æſtima: ad Exemplum ſummi illius cœlorum Principis, qui in ſublimi reſidet, humilia tamen reſpicit. Is itaq; Deus noſter, qui & robur & fortitudo & Juſtitia noſtra eſt, benedicat tibi, Clementiſſime Princeps, ex Sion; ſit odor tuus velut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam. Maledictus ſit, qui maledixerit tibi, & benedictionibus repleatur, qui benedixerit: Sis potens in terrâ & generatio tua benedicta. Floreat poſteritas Tua ut palma, & velut cedrus Libani multiplicetur. Diſpergantur inimici tui, & ſicut unicornis exaltetur cornu tuum. Pax ſit in diebus tuis & in atriis lætitia: adjiciat diebus tuis Jehova, & in terris longævam, in cœlis æternam tibi largiatur felicitatẽ. Vale Illuſtriſſime Princeps, cum conjuge & prole Celſiſſimâ, totaq; principali familiâ fulgentiſſimâ, & in me meoſq; benignos gratiæ tuæ radios, uti hactenus feciſti, derivare clementiſſimè perge. Dabam Marpurgi è Muſæo meo XXVII, Decembris Anno 1630.

Celſitudinis Tuæ humilimus & ſubjectiſſimus,

Theodorus Reinkingk D.

PLARE-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

TERTIUS *decimus annus, Benevole Lector, eſt, ex quo ab Illuſtriſſimo quondam ac Celſiſſimo, neque unquam ſatis laudato Principe, ac Domino, Domino* LUDOVICO *Iuniore Haſſiæ Landgravio, Domino olim meo clementiſſimo, inclytæ & pientiſſimæ recordationis, Celſitudinis ſuæ Dicaſterio, quod tunc Gieſſæ erat, adjunctus, & in ordinem Conſiliariorum cooptatus ſum, ubi, in quotidiana negotiorum & litium occurrentium diſceptatione & definitione, vix aliæ obvenerunt frequentiores, quam iſtæ, de Retractu lineari, ut vocant, ſeu conſanguinitatis, inter partes motæ, & pro more curiæ, & negotii qualitate, plerumque, ſine longo proceſſus ſufflamine ſummariè ac levato, ut dici ſolet, velo, determinandæ fuerunt: accidit ſæpius, ut pro caſuum & circumſtantiarum varietate, ad Doctorum, qui eâ de re ſcripſerunt, lucubrationes, & ſpeciales, ſive in terminis, ut loquuntur noſtri, ab iis adnotatas aut quotidiano rerum uſu obſervatas Deciſiones, quæ utique generalibus Juris regulis in uſu fori præſtant, & intellectum practicum magis informant, recurrere, officii ratio poſtulaverit. Neq; hac in re Clariſſimorum, tam in ſcholis quàm in foro celebratorum JCtorum, operæ elaboratiſſima, quæ vix ulla humana induſtria adæquari, nedum in melius referri, aut majori lectoris & rei literariæ uſu, ut proponerentur, deſiderari potuerunt. Inter eos, ceu ſtella quadam fulgens, rutilat copioſiſſimus & inexhauſtæ doctrinæ, omnique eruditionis & ſcientiæ genere inſtructiſſimus Tiraquellus, in ſuo ad conſuetudines Pictonum inſtructiſſimo, & multis vigiliis elaboratiſſimo commẽtario,* de retractu lignagier ſive

lineari

Sineari. Matth. de Afflict. Bald. de Vbald. Peruſin. Marc. *Mant. Balthaſ.* Benedell. *omnes hi in doctiſſimis ſuis commentariis ad conſtitut. Frideric. Imperat. de jure protimiſeos. Chaſſanæ in cõſuetud. Burgund. Boërii in conſuetudines Biturig. Petr. Gregor. Tholoſan. in comment. Robert. Marant. Henric. Bocer. in Diſputationibus, Matth. Berlich. in concluſionib. ſuis, & alii paſſim in hoc noſtro tractatu allegati auctores induſtrii. Verùm enim verò cùm prædicti præclariſſimi ICti plerique, vel ad certas Regnorum & patriæ cõſuetudines, vel ad Friderici Imperatoris memoratam conſtitutionẽ commentati, ac earum & hujus, non v. artis methodum ſecuti ſint, haud rarò accidit, ut lectori non niſi magno & operoſo ſtudio deſiderata facti emergentis deciſio occurrat, cujus rei tædio offenſus, (vix enim ulla major, quàm temporis in negotiorum multitudine jactura) cœpi cogitare in proprium & privatum uſum, ea, quæ ita ſparſim & copioſiſſimè tradita, in ſynopſin quandam, certâ methodi lege cogere, ut emergentibus quotidiè variis cauſarum figuris, inde tanquam ex penu, expeditior deſumi poſſet decidendi ratio: Hoc cùm & amicis quibusdam & nonnullis ex Dominis collegis innotuiſſet, flagitare à me cœperunt, ut haſce meas lucubrationes publici juris facerem. Horum poſtulatis & juſſui an deferendum & quidem ex uſu publico, aliquandiu non ſine cauſa anceps & dubius hæſi, probè perpendens, iſthæc nõ ea mente, nec ea diligentia aut judicii accuratione, cõpilata elaborataq;, ut publicam mererentur lucẽ. Accedebat, quòd accreſcentib. officii curis & laboribus, aſpero hoc litterarũ ævo & armorum tempeſtate, lucubrationes iſtas pro materiæ amplitudine & dignitate revidere, neq; ut decebat, emendare, ſupplere & augere integrum erat: Tùm quòd iniquos earum cenſores, prout nunc eſt hominum ingenium, non defore, mihi certò perſuadere & debui & potui. Tùm quòd aliis, quibus altius ingenium, eruditio præſtantior, experientia rerũ major, & otium ad eam competentius, id negotii non reliquerim: Tùm deniq; quòd librorum hujus & prioris ætatis tanta farrago proſtet, ut*

Digitized by Google

minus compendii quàm impendii inde emergat: è contra Clariſſimi viri, etiam viſis & perluſtratis hiſce noſtris opellis, non deſtitêre incitare, monere, impellere, ac ex uſu rei literariæ judicare, ſi prodirent, & cujuſvis deſiderantis uſibus obviæ eſſent, inter quos Nobilis verè & celeberrimus Germaniæ JCtus, Dn. Hermannus Vultejus, Academiæ hujus Marpurgenſis (prolixa Dei benignitate) per ſemiſeculum & ultra Anteceſſor Iuris Primarius & ProCancellarius meritiſſimus, non poſtremus fuit, idque data occaſione, & voce, & tandem ſcripto huic operi præfixo, teſtatum fecit. Adverti inſuper, Clariſſimũ Virum Dn. VVilhelmum Antonii, J. V. D. ſedulum, affinem meum honorandum & dilectum (qui etiam lacunas nonnullas, me impedito ſua induſtria ſupplevit) in ſuo de Moratoriis reſcriptis nuper edito doctiſſimo commentario privatas haſce lucubrationes, quas ei quandoque legendas dederam, ſine meo tamen præſcitu allegaſſe, & vel hac occaſione eas in publicum jamdum obrepſiſſe, indeque à quibuſdam etiam deſideratas. Hiſce itaq; & aliis rationibus motus, & amicis & Dominis Collegis hoc ipſum poſtulantibus, morem gerendum, & hoc, quod illi uſui literatorum profore exiſtimarunt, apud me ut deſieret, committendum haud eſſe putavi, ſatius ratus, in aliquo, quàm in nullo: & ſi non pleno effectu, bono tamen adfectu literariæ rei litare, & pro parte virili inſervire: Iuxta illud Horatii:

Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra.

Fateor, & quidem ingenuè, omnia ferè, quæ in hoc opuſculum coacta aut collecta, aliorum eſſe. Lapides enim, ligna, cæmentum & calcem ſuppeditarunt: ſtructura tamen, ordo & methodus, adeoque forma operis, mea: & ſi non aliare, tamen vel hoc & brevitatis nomine lectoris uſui eſſe poſſe, ut exigui in id impenſi precii non pœniteat, auguratus fui. Aliquid præſtare, meo judicio, videtur, qui vel hoc præſtat, ut faciliori negotio & compendioſiore via, ad incidentis caſus metam decurrere queas. Neq; enim hoc mihi opus aut labor fuit, aliorum com-

menta

mẽtarios tranſcribere, ſed tantùm præcipua ex iis libare, & ſuo quodque ordine locare, locatum una vel altera adducta dubitandi ac decidendi ratione ornare, & pro re nata rerum judicatarum auctoritate munire, in reliquo ſatis eſſe putans, ad ipſos auctores, qui id latiùs proſecuti, remittere. Hiſce, qui in Scholis verſantur, adductis dubitandi & decidendi rationibus, ad ſingulas ferè concluſiones, earumque Declarationes, Ampliationes penitius eâ de re cogitandi feneſtram ſi non aperui, ſaltem monſtravi: Foro autem operam dantibus, quantum ad manus pervenit, & per tempus licuit, præcipuarum Curiarum & Parlamentorum, deciſiones ſuppeditare conatus fui. Si quid igitur ad palatum tuum, vel ad uſum Lector benevole invenies, id æqui boniq; conſulas: ſin minus, ignoſcas, condones, & ſi non calculo tuo munire, candore ſaltem ſupplere digneris.

Nulla in hac corrupta humana naturæ conditione perfectio, nihil abſoluti: Benè velle, imò conari & adniti bonæ eſt mentis: abſolutum quid eniti, ſolius Dei, noſtrum captum, noſtrum cœptum excedens. Et vel in hoc perfectionis noſtræ gloria, ſi imperfectionem fragilitatis noſtræ agnoſcamus, aliorum erratis ignoſcentes, de nobis modeſtè, de aliis honeſtè ſentiamus. A proterva & amara aliorum cenſura, ſugillatione & ſannis (quorum ego cauſas ſemper procul habui) diligenter cavi & abſtinui: Et quamvis ponderatis diverſarum opinionum momentis, à quorundam ſententia faciendum quandoq; fuit divortium, liberaliter tamen id, & ſine cujuſquam indignatione juſta factum, Vale.

Magni-

Magnifico & verè Nobili viro,

DN. THEODORO Reinkinck / JURISCONSULTO EMINENTISSIMO, SACRI CÆSAREI PALATII Comiti, Illuſtriſſimi Heſſorum Principis Vice Cancellario apud Marpurgum in ſuperiori Heſſiâ, Domino & amico ſuo unicè colendo,

HERMANNUS VULTEIUS JCTUS.

SI LEGI, Vir Magnifice, quem legendum mihi dediſti de jure retractus ante ſexennium, ut dicebas, à te ſcriptum Commentarium, & quidem diligenter. Invitabat me, ut id facerem, & rei dignitas, & quòd is à te proficiſceretur, qui jam dudum in eo, quem de regimine ſeculari & Eccleſiaſtico ſcripſiſti commentarium, ſingularis tui & ingenii acuminis & judicii acrimoniæ Reipublicæ ſpecimen dediſſes egregium. Extant quidem in eo genere magnorum quorundam Juriſconſultorum ſcripta, & inter illos cumprimis Matthæi de Afflictis, Andreæ Tiraquelli, Baldi de Ubaldis & Jacobi Novelli, quorum cenſuram ego mihi ſumere & arrogare non auſim, imò nec debeam, atque, ſi poſſim, nolim tamen, quòd improbum ſit, in alienis laboribus otioſum eſſe & ingenioſum, ut ne dicam ambitioſum, à quo vitio ſemper abfui quàm longiſſimè, & certè nunquam ullius, qui de Republicâ bene mereri ſtuduit, exiſtimationi quidquam detractum volui, excuſavi potiùs, ſi quid mihi videretur ſeciùs factum aut ſcriptum, qui di-

diciſſem

didiciſſem de me ſentire modeſtè, de aliis magnificè. Veruntamen ut nihil eſt ex omni parte perfectum & beatum, ita fortasſis in illis deſiderari poſſit aliquid, Ordo inquam & artificioſa rerum diſpoſitio, & quod nonnulli multiplici ſcientia, nimioque ſtudio abrepti ad aliena, ab eo, quod ipſis eſt propoſitum, divertunt, alii etiam haud raró ea, quæ ad rem pertinent, neſcio an dicam, alto ſilentio conſultò prætereunt, quò fit, ut lectorem vel cum tædio, vel ut acceſſit, vacuum & inanem dimittant, quod malum animadverti in juris noſtri arte eſſe in proclivi, dixerim fermè inevitabile. Eſt profectò Ordo rerum, quæ tractantur, omnium quaſi quædam anima, unde illæ formam, qua conſtent, accipiant, & cuncta tramite ſuo decurrant perpetuò, à quo ſi paulum aberretur, parum abeſt, ut non protinus aberretur in univerſum. Quid enim eſt, ut ligna, lapides, cœmenta & cœtera omnia ædificio extruendo ſuppetant abundè, niſi ſit, qui ea ordine ſuo componat & coagmentet, ut ædificium fiat? cæteroquin nihil elegans, ſed informia cuncta. At verò is Ordo nobis, qui liberalia tractamus, eſt, quem vocamus methodum, quam Juriſprudentia etiam noſtra, atque omnes ejus partes deſiderant, ſed quàm ſit difficile eam aſſequi, res ipſa loquitur. Tentata eſt quidem ea magno ſtudio à non paucis, ſtudio perquam laudabili, ſed nemo fuit hactenus, qui omne punctum tulerit: & mihi etiam juveni ea in re aliquis fuit labor, ſed perſuaſiſſimum habeo, non eſſe ullum, qui in eo plus deſideret, quàm egomet ipſe nunc in hac ætate mea provecta, ut optarim exoriri tandem aliquem, qui, quod deeſt, ſuppleat, & quod rectum non eſt, corrigat, atque tandem aliquando hoc omni ex parte perfectum conſtituat. Te idem mecum ſentire, Vir magnifice, memini, & mihi non admodum nuper dicere,

eum de ſtudio juris, & eo rectè inſtituendo inter nos ſermo eſſet, & verò idem non tantum mecum ſentis,ſed etiam re ipſa præſtas in hoc ipſo tuo Commentario. Sunt enim cuncta ordine ſuo legitimè diſpoſita,nihil hic alienum, nihil quod ad rem pertineat,omiſſum, &, ut uno verbo dicam, omnia artificioſa & elegantia, ut vix quidquam in hac ,quæ eſt de jure retractus, quæſtione incidere poſſit, cujus tu fontem non aperias, lectoriſque, quem admiſiſti, expectationem deſiderii expleas. Valdè autem probo ſtudium & operam tuam,præſertim quod eam poſuiſti in re tàm nobili, cujus uſus apud omnia omnium nationum judiciorum ſubſellia eſt frequentiſſimus,ut,cum per ſe ipſam ſe commendet, commendatione opus non habeat. Nolim igitur, ut tibi ſoli hunc theſaurum habeas, ſed reclude eum Muſeò tuo, & qui tibi à multis annis fuit privatus, facito, ut tandem aliquando prodeat in publicum, cumque mox inſequantur cæteri, quos in divino illo tuo ingenio apud te habes reconditos. Da hoc Reipublicæ, de qua,ut feciſti hactenus, ita porrò optimè mereberis, & adde idem nominis tui immortalitati. Sunt eæ præclaræ animi tui dotes,ut id poſſis: at quod potes, id velle debes, & debes DEO, Reipublicæ, aliis, tibi, præſertim quod in illo dignitatis faſtigio es conſtitutus,ut omnium in te converſi ſint oculi. Sed quid eſt,quod ego te moneam, qui ſponte tua id facis? Novi enim quàm tibi ſit volupe, in his ſtudiis verſari. Sed vereor,ut negotia Illuſtriſſimi Principis, quæ apud nos curæ tuæ commendata ſunt, & forum juſtitiæ, teocioſum & vacuum eſſe non ſinant: Voti autem mei meminiſſe non auſim, tu ipſe memineris. Si quid ab illis erit ocii, id ſpero horas ſubciſivas conciliaturas, velim tamen interim,ut rationem habeas valetudinis tuæ. Gratias tibi ago pro Reſponſo illo juris, quod in

ardua

Digitized by Google

ardua quadam cauſa impertitum eſt à quodam Jurisconſulto, Gieſſæ anno 1621. quo me donaſti. Quis Jurisconſultus ille ſit,non eſt adſcriptum: vellem, id mihi ſignificaſſes: elaboratiſſimum illud eſt, & dignum, quod lucem videat, te non indignum, eamque ob cauſam te autorem ejus agnoſcam, donec mihi nomines alium. Conſtant tibi, quem amo, officia mea,ſi modò ex me eſſe poſſunt, qualiacunque ſint. Vale & ſalve. E Muſeo meo,pridie Calend. Aprilis Anno Chriſti Jeſu Domini & Servatoris noſtri 1630. ætat. meæ 75. Profeſſ. 50.

AD NOBILEM, AMPLISSIMUM, ET CONSULTIS-ſimum Virum,

DN. THEODORUM Reinkingk / JC. COMIT. PALATIN. CÆSAREUM, ILLUSTRISSIMI AC CELſiſſimi Principis ac Dn. Dn. GEORGII, Haſſiæ Landgravii, &c. Conſiliarium intimum, ac ſuperioris Haſſiæ Vice-Cancellarium, compatrem ſuum hono-randum.

LEX *rerum Domina eſt noſtrarum jure ſuprema:*
Scilicet effrenem privati inhiberier uſum
Interſit quantum, norunt qui publica norunt;
Sic etenim videas, proprii quod ſanguinis oſor,
Et genus, & proavos, cum fortunis benè partis,
Nigra devoveat Lethæ, truculenter avitas
Diſturbans ædes, in queis crevit minor ipſe,
Defecitq; pater, pendentq; inſignia gentis
Affixa: aut alii pietas queis nulla, fideſque
Promiſſi, quæ cum digitis & voce locuti
Inſtar ludibrii reputant, fallacibus auſis
Ius benè quæſitum tollentes: fraudibus iſtis,
Quam variè obſiſtant leges, ſimulatq; tueri
Qua quiſquis ratione ſuum, vel gloria ſtirpis
Tranſmitti charo queat intemerata nepoti,
Servarique fides promiſſi debeat: Iſtud
Nervosè præſens genio plenus liber omnes
Edocet, ac legum ſtabili fundamine firmat.
Tales ingenii nobis perge edere fœtus
Muſarum columen, Themidiſque Ampliſſime præſul:
Sic ſemper nomenque tuum, laudeſque manebunt,
Haſſiacique fori diceris Scævola fidus.

Anthonius Neſenus, J.U.D. Cod. Juſtin. p. r. Academiæ Marpurg. Pro Can-cellarius.

ALIUD.

QUAM Te benigna ſors benigno lumine
Reſpexit olim in ultimo ætatis gradu,
Duxitque in edita artium faſtigia:
Ut jam decore fulgeas, non patrio
Tantùm in ſolo, ſed cujus ingens gloria
Per orbis ingentem orbitam latè undique
Sit diſſipata, juris & ſcientiâ
Reſplendeas, nec non Camænarum ſtylo.
Intraque Cancellos dices te Præſidem
Major minorque conſalutant, Exteri
Et Incolæ tibi omne punctum deferunt,
Pro Principis pro Patriæ quòd excubas
Salute; Juſq; Faſq; Rectumque & Pium
Quòd adminiſtrari facis, quum flagitant
Æquum Clientes, quo viget Reſpublica,
Pridem ut probavit *de Regimine*, quem dediſti
Eccleſiaſtico librum atque *ſeculi*.
Nunc & *Retractus* jura libera omnibus
Iubet patere: in hoc quidem volumine
Iuris latere regulam, dicunt palam,
Quæ litium diſcrimina atque ſemina
Quit præſecare toto in hoc negotio,
Seu longa conſuetudo ſive lex ſibi
Præſcripſerint metam, modumque fecerint.
Stant ad tribunal Emtor atque Venditor,
Agrum coëmtum confitentur invicem,
Fidemque cerâ roborari poſtulant,
Data emtionis arrha cauſam comprobat,
Iudexque firmat rem ſacrâ ſententiâ.
Intervenit jam tertius, reſcindere

†††† Senten-

Sententiam qui poſtulat, jus ſanguinis
Obverrit aut propinquitatem limitis.
Hic hæſitare judicem & palleſcere
Videbit & miraberis: Res tam gravis
Legum inſcium forique conſuetudinis
Deſciſcere à data monet ſententiâ,
Nec emtionis arrha quippiam valet,
Nec literis impreſſa cera proderit,
Quid fiat iſtâ lite, quæritas modo?
In hoc libro REINKINGII quem mens dedit
Manuſque concinnavit & ſanctâ fide
Legum probatum reddidit, certiſſimam
Normam reperies regulamque haud lubricam.
Sic publicæ ſalus rei pereanniter
Legum ſub umbrâ ſarta tecta permanet.
Ergo adpricare, Lector, huic feliciter
Salubriterque vitam agat, nec defluat
A corpore àque mente ſanitas fugax:
Utque ad ſenectam poſſit ætatem gradi,
Tandemque contingat cupitum limitem
Beatitatis rore madidus affatim.

M. Conradus Bachmannus
Poëta & Humanitatis Profeſſor publicus.

ALIUD.

Digitized by Google

ALIUD.

Cauſa eſt antiquâ Feudorum lege probata:
Congruat ima ſuis glebula nunc titulis.
„ Eſt conſanguineis lugubre, avulſa videre
„ Stemmata, res & agros, pauperiemq́; ſimul.
His ſua jura ferens præſto eſt manus, otia preſ-
ſans:
„ Attentum ſequitur gloria judicium.

gratulatur

Theodorus Höpingk J. *V. D.*
Hiſtor. & Rhet. Prof.

ALIUD.

Juris-Conſultus, certa ratione ligata
Non temerè ſolvit, vincta ſed illa probat,
Illius Exemplum dat, Cancellarie, doctum
Quod de retractu, Te Duce, prodit opus:
Sollicitus quamvis Emptor removetur ab Empto,
Nomine retractus, Emptio firma manet,
Jus civile nequit, jus quod de ſanguine manat,
Tollere, vicinus proximitatis habet.
Hac in parte juvas Gentiles priſca parentum
Qui bona ab externis diripienda vident.

Prædia

Digitized by Google

Prædia Majorum, nam flebile cernimus eſſe,
Antiquos Dominos linquere, adire novos.
Sic virtute Tua rem dignam; Ampliſſime Præſes,
Præſtas, juſtitię convenit illa Tuę.
Cæſar ut & Princeps, quibus eſt Tua cognita virtus,
Te decorant nomen Magnificando Tuum.
Te Deus incolumem multos conſervet in annos,
Et patrię & Generi comprecor ex animo.

VVilhelmus Antonii D.

DE

SECVNDA EDITIONE.
Ad Celeberrimum, Magnificum
& Nobiliſſimum

D. AVCTOREM,

Virum de quavis Rep. pręclarè meritum &c.
& Ornatiſſimum

D. HERM. VELSTENIUM,

Editionem hanc adornantem.

L*Egumlatricis* R E I N K I N G *Lux clara*
Themiſtos,
Eloquio, calamo, conſilioque potens,

Quos

Quos de Retractu, & Sagis *mirâ arte libellos*
Scripſit, eos V E L S T E I N *exhibet ecce novos*
Perpetuas grates A V T O R *laudemque meretur,*
Dignus ob id gratâ poſteritate coli.
Tu quoque ſi pergis V E L S T E I N *ornare labore &*
Ære bonos Libros, præmia digna feres.

Boni ominis ergò l.mque apponebat Giſſæ.

GREGORIVS TüLSNERVS
U.J.D. Conſiliar. Haſſ. & Profeſſ.
Ordinar. p.t. Rector.

QVæ *promulgari jam pridem efflagitat Orbis*
Magni Reinkingi, denuò ſcripta *ſibi:*
Patrious illa *nimis, novi, dilecta Themiſtæ*
Doctis, Principibus ſcripta *probata Viris.*
Ex illis *plenè cognoſcere* jura Retractus
Ut liceat Sagas ultio quævé manet:
Id Ti-

Id TIBI *debemus* REINKINGI Summe Virorum,
Dotibus & mentis *talia multa* Tuæ.
Promta ſed ut cognoſcendi ne copia deſit,
VELSTENI, ſolers id Tua *cura facit.*

L. M. Q. ſcribebat honoris & bene-
volentiæ E.
H. Eyben jur. D. & Profeſſ. ordin.

INDEX

Digitized by Google

INDEX QUÆSTIONUM.

Quæſtio I.

De denominatione, origine, æquitate Retractus, linearis ſive conſanguinitatis, ejusque definitione. folio 6

Quæſtio II.

De perſonis, quibus jus Retractus conſanguinitatis competat. 47

Quæſtio III.

In quibus rebus jus protimiſeos ſeu retractus conſanguinitatis locum habeat. 127

Quæſtio IV.

In quibus contractibus res alienatæ retractui obnoxiæ fiant. 161

Quæſtio V.

De pactis inter venditorem & emptorem initis à retrahente prçſtantis. 185

Quæſtio VI.

De oblatione, numeratione & depoſitione pretii ab empto-

emptore promiſſi & ſoluti, aliiſque expenſis & impenſis legalibus neceſſariis à retrahente prȩſtandis & refundendis. 216

Quæſtio VII.

De tempore intra quod proximioribus concedatur facultas offerendi & retrahendi, & quando & quibus currat prȩſcriptio. 308

Quæſtio VIII.

De periculo, commodo & fructibus rei venditæ per retractum revocandæ. 360

Quæſtio IX.

De actione juris Retractus ordinanda & apud quem judicem. 392

AD

Digitized by Google

AD QVÆSTIONEM I.

SUMMARIA.

1. Nomine ſunt rerum quaſi pictura & teſſera.
Nomen in uſu primum eſt intelligendi principium.
2. Variæ juris retractꝰ appellationes.
Retractus in conſuetudinib. Galliæ appellatur.
3. Retractus vocem eſſe latinam probatur.
4. 5. Protimiſeos jus Retractꝰ & quare ita appelletur, quomodoq; ſcribatur & unde deducatur?
Præhonorarium jus & quibuſdã retractus vocatur.
6. Congrui jus, & cur ita dictum?
7. Præſentationis jus.
Recõpræ vel recomparationis jus.
Recatationis jus, recatatio.
8. Näherkauff / & cur ſic retractus dicatur?
Abtrieb.
Einſtand.
Löſung.
Vergelt.
Kauffzugrecht / Zugrecht.
Vorkauff / Nähergeltung.
9. Origo cuilibet negotio lucem adfert.
10. 11. Retractus jus vetuſtiſſimum, inq; politia Moſaica jure divino ſeu legibus Moſaicis conſtitutũ & receptum fuiſſe docetur.
12. Divinum jus non omnia, quæ in legibus Moſaicis continentur, ſed tantùm morales leges conſtituunt.
Moralis legis attributa quænam ſint? Remiſſivè.
13. Moſaicæ leges quatenus obligẽt, & ad deciſiones cauſarum allegari poſſint?
14. Ceremoniales & forenſes leges nõ minus quã morales ſano ſenſu jus divinum dici poſſe oſtenditur.
15. Ceremonialibus atq; forenſibus legibus oſtenditur, quid Deus æquum juſtumq; cenſeat?
Moſaicæ leges quando congruè judiciis noſtris accommodentur?
16. Retractus juris ratio tã noſtris, quam judaicæ politiæ conveniens & utilis eſt, & quænam illa ſit?

Ratio naturalis rerum omnium rectiſſima arbitra.

Naturâ prius competenter curatâ, ad extraneorum largitates accedendum.

Familiarum ſplendor ceu fulcrum Reipubl. bonorum conſervatione ſuſtentatur.

17. *Specialitatem juris redimendi ex jure divino haud inde æſtimãdam, quod bona inter tribus diviſa de una in aliam non exirẽt familiam, probatur.*

Retractus ſupponit validitatem contractus.

Alienatio de tribu in tribum nulla fuit.

Divino & quidem Moſaico jure ne quidem nubere extra tribum licuiſſe, & quamobrem?

Matrimonia inter diverſæ tribus homines ſimpliciter prohibita non fuiſſe, idq; exemplif.

18. *Alienatio de familia in familiã ejuſdem tribus inq; eadem redimendi jus de jure Moſaico conceſſa fuit.*

19. *Retractus jus ab Hebræis ad Græcos, ab his verò ad Romanos perveniſſe traditur.*

Retractus jus conſtitutione Friderici non eſt noviter introductum, ſed per eam jus vetus reductum & confirmatum.

Dictio, dudum, temporis vetuſtatem arguit.

Cujacii contrarium ſentientis autoritas improbatur.

21. 22. *Fridericus ex pluribus ejus nominis Impp. quiſnam fuerit?*

Imperatoris cujuſq; nomen tantiſper non quotari, donec alii ejuſdem nominis ſupervenerint, exemplis oſtenditur.

Conſtitutionum in corpus juris relatarum, quæ l. dudum: ſequũtur, qualis inſcriptio.

Afflicti conjectura, Imp. Fridericũ fuiſſe Regem Siciliæ & Hieruſalẽ.

Fridericum Imp. non I. ſed II. regnum Siciliæ habuiſſe, & quâ occaſione?

23. & ſeqq. *Conſtitutio Friderici de jure prothimiſeos utrum vim ſanctionis pragmaticæ in Imp. Romano habeat, & pro jure in deciſionibus cauſarum allegari poſſit?*

24. 37. *Conſtitutio Friderici ſubnectitur titulis extraordinariis.*

Capitula extraordinaria non ſunt authentica.

Conſtitutio Frid. eſt ſine die, conſule, anno atq; loco.

Conſtitutionibus Frider. inter ordinaria Feudorum capitula relatis ex defectu diei, conſulis, haut derogatur.

Impp. poſteriores leges univerſales in Imperio Romano non niſi cũ expreſſo procerum conſenſu promulgâſſe.

Conſtitutio Friderici multa à ju-

nis Re-

ris Romani ejusq; principiis aliena continet.

26. Conſtitutionem Frider. ubi & quatenus ad deciſiones cauſarum allegare fas ſit?

27. Conſtitutionem Frider. vigere vel non vigere in loco quodam, utri parti incumbat probatio?

Negantis nulla probatio.

Leges quando inſtituantur & firmentur?

Mores recepti legum dicuntur nervi.

Leges ſine moribus vanæ.

Aſſerere aliquid uſu eſſe receptũ, eſt quid facti, nec præſumitur. declar. n. 33. in fin.

28. Neganti non incumbit probatio, niſi pro affirmante militet aliqua juris præſumptio.

29. Præſumptiones juris onus probandi in adverſarium rejiciũt.

Præſumptionem juris pro ſe habens tantiſper ſatis probaſſe dicendus eſt, donec contrarium oſtendatur.

Præſumptiones legum probationes dicuntur liquidiſſimæ & ipſa veritas.

Conſtitutiones Principum juris auctoritatẽ obtinent, declar. n. 35

Præſumptio eſt, conſtitutiones uſu ſervari, donec cõtrariũ probetur.

30. Probationis materia ſunt facta.

Juris quæ sũt, probatione nõ indigẽt.

Juris quæ ſunt, per ſe judici patẽt.

Probatio quid ſit?

Lex tanquam certa ab omnibus ſciri & obſervari debet.

31. Legem in uſu eſſe, an & quatenus probandũ, diſtincte traditur.

Lex ſemper loquitur, & ad obſervantiam conſtringit.

Statutum uſu receptum præſumitur, & quo caſu maxime.

32. Obſervantiam legi ſcripta contrariam allegans, quid neceſſe habeat probare.

33. Lex non per uſum, ſed per contrarium tollitur uſum.

Civitas ultra mille annos non utens lege ſcripta propter deficientiam caſus, non ſublata dicitur lex, & quare.

34. Cauſa præſumendi factum ſubſiſtente, quæ inducitur ex aliis præsũptionib. factũ præſumitur.

Factum præſumitur, quod de jure faciendum erat.

36. Lex vel conſtitutio, de cujus autoritate dubitatur, in dubio non præſumitur uſu recepta, niſi probetur.

37. Conſtitutionis noſtræ Frid. uſum & obſervantiam allegans probare tenetur, alioquin in cauſarum deciſionibus illa non attendenda.

38. Retractus proximitatis non juri communi & cõſtitutionib. & ſtatutis locorum aſcribitur, & quibus in ſpecie?

39. Retractus in materiâ ſtatuta lo-

corum potius quam Frid. conſtitutio inſpicitur, indeq́ retractus proximitatis non legalis, ſed municipalis & conſuetudinarius dicitur.

40. *Conſuetudo ne loci, in quo contractus celebretur, vel retrahentis, aut verò rei ſitæ in retractu attendenda? ſtatuta & conſuetudines locorum variant.*

Provincia quælibet ſuo ſenſu abũdat. Conſuetudines ſuas peculiares quælibet ditio, civitas, vicus habet.

41. *Locus contractus ejuſq́ conſuetudines & ſtatuta inſpiciuntur in contractuum ubicunq́ incidentium litigiis.*

42. *Retractus translatio eſt contractus in perſonam retrahentis.*

Retrahens per omnia ſubintrat veſtigia emptoris.

Retract9 jus fundatur in perſona retrahentis, eoq́ perſonale videtur. Conſuetudo domicilii perſonæ in perſonalibus attenditur.

43. *Conſuetudines locorũ, ubi res retrahenda ſita eſt, magis eſt inſpici in materiâ retractus & quare?*

Retractus jus unde veniat?

Retractus jus rem ipſam afficit, & n. 45. in fin.

44. *Conſuetudinem locorum in realibus ſequimur, ubi res ſitæ ſunt, etiam quoad forenſes.*

Forenſis non utitur beneficio ſtatutorum, & quatenus?

45. *Extraneo ratione rei ſitæ, ubi retractus viget, competit retrahendi facultas.*

Vendens ſecundum leges & mores patriæ vendere cenſetur, quibus & ſe conformare tenetur.

Conventum intelligitur quod conſuetum reperitur.

Imperator in Italia concedens feudum Germano, ſecundum conſuetudinem Italiæ id cenſetur cõceſſum, & vice verſâ.

Bona hereditaria de jure Saxonico ſecundum conſtitutiones loci, ubi iſta ſunt, dividuntur.

46. *Retractus jus num ſingulare, odioſum & contra jus commune introductum ſit? Autorum affirmantium enumeratio.*

47. *Sententiæ negativæ aſſertores. Statutum de retractu validiſſimũ eſt. L. dudum intellectus.*

Conſuetudines de retractu potius præter quam contra jus eſſe cenſentur.

Conſequentia mala eſt: Cognati removent extraneos ab emptione: Ergo venditor non habet vendendi libertatem.

Invidia eſt, rem venditam potius videre in manu extranei, quàm à conſanguineis retractam in familiâ conſervari.

Venditoris nihil intereſt, utrum cognatus vel alius pretium ipſi nume-

Digitized by Google

numerent, vel ab emptore numeratum refundat.

Conſanguinitatis favore multa in jure conſtituta ſunt, quæ extraneis perſonis denegentur.

48. *Vendendi libertas per retractum non impeditur.*

Ratio legis ipſam auget vel reſtringit, etiamſi agatur de legum antiquatione.

49. *Ratio reſtrictæ diſpoſitionis eam reſtringit ad limites rationis ſubnexæ.*

Retractus jus in L. dudum non adimitur his, quibus ſpeciali conſuetudine competit.

50. *Vendere vel invitus rem ſuam de jure ſæpè quis tenetur, ibiq; exemplificatur.*

Prælationem in emendo caſibus pleriſque locum habere oſtenditur.

Prælatio locum habet in conductione prædiorum publicorum.

Rerum ſuarum, arbiter quatenus ſit?

Ius quæſitum alteri irrevocabiliter auferri nequit, ſecus ſi revocabiliter.

L.1.C. commun. divid. & l.1.C. commun. rer. alien. intellectus.

51. *Ius Retractus non odio ſed favore dignum cenſetur.*

52. *Conſuetudo vel ſtatutum unde cognoſcatur eſſe odioſum vel favorabile?*

Statutum de retractu non in odium emptoris vel venditoris, ſed in favorem retrahentis vergit.

53. *Retractus timor non rarò poſſeſſionum pretia & animos empturientium debilitat.*

Odium ex accidenti oboriens haud conſiderabile.

54. *Statuta fœminas à ſucceſſione univerſali excludentia favorabilia ſunt, & quare?*

Prieſter vnd Frawen ſoll man ehren.

55. *Statutum quando odioſum cenſeatur? Macedonianum SCtum odioſum, & quare?*

56. *Conſuetudo vel ſtatutum num diverſo reſpectu poſſit eſſe & dici odioſum & favorabile?*

57. *Res una eademq; diverſo reſpectu pro diverſo jure cenſetur.*

Contraria duo ex eadem re diverſis reſpectibus procedere poſſunt.

58. *Contrariorum effectuum una eademq; cauſa eſſe poteſt, & ibi exemplificatur in ſole.*

Reſpectus diverſi in eâdem re quando conſiderentur?

Perſona eadem diverſis qualitatibus prædita pro diverſa quoad juris diſpoſitionem habetur.

Iura plura diverſa ſi concurrant in eandem perſonâ, perinde eſt, ac ſi concurrerent in perſonis diverſorum.

Statutum filias gratiâ agnatorum excludens reſpectu agnatorum favorabile, ſed reſpectu renunciantium filiarum odioſum reputatur.

59. Statuta ſive conſuetudines de retractu de loco ad locum vel de contractu ad contractum per interpretationem non ſunt extendenda.

60. Statuta & conſuetudines extenſionem nauſeant.

Statutorum proprium eſt, ſtrictè interpretari.

Statuta inſtar mularum ſterilia.

Statuta tantum diſponunt quantum loquuntur.

Statuta ultra caſum expreſſum non trahenda.

61. Caſus in ſtatuto omiſſus, ſub diſpoſitione juris communis relictus cenſetur.

62. Conſuetudines quoad introductionem facti ſunt.

Facti unius ad poſitionem alterius facti poſitio non ſequitur.

63. Statuta & conſuetudines de retractu loquentes quoniam reſpectu ſtrictè interpretandæ, & ſic non extendendæ.

Definitio juris retractus ejuſque cognitio practica unde potius hauriatur?

64. Rebuffi definitio retractus ponitur.

Gregorii Tholoſani alia plenior & accuratior refertur definitio.

Autoris definitio retractus gentilitii.

65. Legiſtæ non dialecticant in verbis, ſed exitus rerum ponderant.

66. Retractus juris ſcientia non ſubtilitate logicorum, ſed æquitate naturali, conſuetudine & moribus locorum ſpecialibus ſæpè variantibus nititur.

QUÆSTIO. I.

DE DENOMINATIONE, ORIGINE, ÆQUITATE Retractus, Linearis, ſive conſanguinitatis, ejuſque definitione.

NOMINA & appellationes rerum in cujuſque negocii ſolent conſiderari aditu, ut eò facilius ad ipſa rerum deveniamus adyta; Sunt enim rerum ipſarum quaſi quædam picturæ & teſſeræ,
1 † teſte Platone *in Cratyl.* Andr. Knich. *de Autocr. Roman. Imp. c. 1. n. 282.* Indeq; Ariſtoteles Nomen in uſu, primum eſſe intelligendi
2 principium dicit *lib. 1. poſter. cap. 4.* Variæ † autem juris hujus & diverſæ occurrunt appellationes, quarum aliquot recenſet Tiraq. *de retract.*

Digitized by Google

tract. ligne. in præfat. n. 2. & ſeqq. In conſuetudinibus univerſæ propè Galliæ, jus hoc, Retractum appellari *ibid. n. 5 aſſerit.* Hanc autem dictionem † Latinam vocem eſſe eleganter probat Jacob. Curt. *conjectur. lib. 2. Tom. 1. cap. 15. per text. in l. final. §. 2. ff. de adm. miniſtr. rer. civit. pertinent ubi Papirius Juſtus, Imperatores, Antoninum & Verum ita reſcripſiſſe refert:* agros Reipublicæ retrahere curatorē civitatis debere, licet à bonæ fidei emptoribus poſſideantur. Et retractā venditionē dixit Javolen. *in l. ſi hominem. 19. ff. de uſuc.* Quod ipſum probat etiam Rebuff. *junctis præter allegatas leges, l. in fraudem §. à debitore. ff. de jure fiſc.* ubi JC. Paul. libertates à debitore fiſci in fraudem datas retrahi placuiſſe, etiamſi bonâ fide poſſideantur, reſpondit. *junct. l. 2. C. ſi major factus.* quamvis quidam malint legere retroactam, quod tamē non admittit Curt. *d. loc.* Fridericus Imp. in conſtitutione ſua jus hoc appellat protimiſeωs, † id eſt, prælationis vel anterioritatis, quod illi, quibus jus hoc competit, extraneis & aliis præferantur, Marc. Mantua. *de jur. Retract. in pr. arg. l. nec protoſtaſia. C. de muner.* Indeque etiam quibuſdam vocatur jus præhonorarium, ut notat Additionator ad practicam Maſuerii, *tit. de jure Retractus.* Quibuſdam jus προτιμήσεως ſeu protimeſeos, † id eſt præcluſionis, quod ſcilicet eo jure conſanguineus, conſors, vicinus aliis emptoribus viam quodammodo præcludat. Carol. Molin. *in comment. ad conſuet. Pariſ. §. 60. gloſſ. 1. ſub num. 56.* ubi taxat imperitos alio modo ſcribentes & dicentes de jure prothomiſeos, cum tamen conſtet verbum προτίμησις Græcè, prolationem latinè ſignificare, ductum à verbo Græco προτιμάω, quod eſt profero, quaſi retrahens proferre & proteſtari debeat, ſe in emptione eſſe potiorem vel proximiorem. Item jus congrui † inde fortè appellatum, quod æquitati congruat, eos, quibus hoc jus competit, ad emptionem rerum diſtractarum ſeu diſtrahendarum potius admitti quàm alios. Mar. Mant. *d. loc.* Balthaſ. Benedell. *in rubr. tract. de jure Prothomiſ. num. 6. arg. l. congruit æquitati. C. de locat. præd. civil. vel fiſcal.* Indeq; Tiraquell. ſcribit, quod ipſe perſanctè dejerare auſit, eam juris congrui denominationem illinc (ex argumento videlicet allegatæ modò legis) eſſe depromptā, *d. loc. num. 3.* atque hæc derivatio verbi congrui, non tantum magis probata, verùm etiam propoſitæ materiæ aptior & convenientior eſſe videtur, illâ alluſione quam ponit D. Sebaſtian. *in quæſt. de jure congrui.*

3 4 5 6

*grui.in verb.alicui.*dum ſcribit,aſſumptum eſſe id nomen à gruibus, quæ vadunt una poſt aliam: & ideò dictum eſſe jus congrui; ut refert Matth.de Aſflict. *ut tr. de jure protimiſ.* § *tota hac lex.n.54.in fin.* Item juxta quorundam locorum ſtatuta inſignitur jus præſentatio-
7 nis,† Tiraquel *ibid.n.4.*Benedel.*in d.rubr. n.7.* Item jus Recompræ vel recomparationis, Tiraquel. *allegat. loc.n.4.* Benedel.*d.rubr.n.9.* Aliis etiam dicitur jus Recatationis, vel Recatatio, Lanfranc.*deciſ. com. opin.* 193. In vulgato noſtro Idiomate itidem variè appellatur.
8 In Haſſia & aliis locis jus hoc dicitur Näherkauff / † inde fortè, quod hi, quibus jus illud competit, näher zum Kauff oder verkaufften Gut ſeyn als andere Käuffer/ Item Abtrieb / quaſi jus repulſæ, quod conſanguinei vel vicini alios emptores ab emptione repellant. Dicitur etiam Einſtandt/Andr.Geil.2.*obſerv.19.* Inde fortè, quod retrahens quaſi medium ſe exhibeat inter emptorem & venditorem, Item Löſung/ dann der näher Käuffer das verkauffte Gut zu ſich löſet/indeq; löſen pro retrahere, & Löſung pro retractu ponit, Paul. Matth. Wehner.*verb.*löſen/ꝛc. Item Vorgelt/ibid. Item Kauffzugrecht/ vel Zugrecht / ſimpliciter. apud Martin. Pegium *in tract.* vom Vorkauff / Einſtandt / Kauffzugrechten. In conſtitutionibus Saxonicis appellatur hoc jus der Vorkauff oder die Nähergeltung/*Conſtit. Elect.32.p.2.*Zobell. 2. *different.37.n.10.*

9 Hiſce præmiſſis pauca de Origine, † quæ & ipſa lucem adferre ſolet cuivis negocio & tractatui, *arg.l.1.ff de orig jur.*ſubjungemus.
10 Conſtat autem jus Retractus † origine eſſe vetuſtiſſimum, & in Politia Judaica jure divino ſeu legibus Moſaicis conſtitutū & receptum fuiſſe, ut ex ipſis ſacris edocemur fontibus, *Lev.25.v.25.*ubi ita ſcribit Moſes: *Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuā & voluerit propinquus ejus, poteſt redimere, quod illi vēdiderat. Concord. text.*Ruth *c.4.v.4.& ſeq.* Jerem.*32.v.7.& ſeq.* Indeq; jus hoc originē
11 † ex jure divino traxiſſe aſſerit Boër.*in cōſuetud.B.turig.tit.de retract. lignag.*§.*1.* Et in jure divino fundari teſtatur Chaſſanæ. *in conſuetud. Burgund.tit de retract.§.1.n.1.verſ. Et videtur* Mynſing. *3. obſ.51.n.6.* Maſſuer.*in pract.tit.de retract.ſub.n.1.*ubi Dicit, materiam de retractu, eſſe de jure divino, per allegatos ſupra textus. Johann Oldendorp. *in tractat.de jur.& æquitate.tit 8.circ fin.* ubi dicit Moſen, autore Deo, legem hanc Hebræis, tuliſſe, ut poſſeſſiones ſingulis familiis reſer-

[illegible] ventur, nec poſſent [illegible] Johan. Köp-pen [illegible] Ernest. Cothman. [illegible] ubi dicit hoc jus [illegible] controverſiam [illegible] eſſe. [illegible] 23. in fin. Idque etiam in [illegible] Electorali Trevenſ. verbis diſertis exprimitur, ſub tit. [illegible] der [illegible] geſtattet werden. Benedict. [illegible] 19. Paul. Christin. [illegible] dam. Martin. Pegius in dem Beſtandt vnd Erbſtandt [illegible] cap. 1. Tiber. Decian. conſ. 35 n. 1. vol. 4.

Pro ratione dubitandi f. ciunt tradita Tiraquell. [illegible] tract. [illegible] n. 8. Quod non omnia † quæ legibus Moſaicis ſtatuta 12
ſunt, ſed tantum moralia ſeu leges morales, jus divinum conſtituant. Hanc autem legem de jure redimendi proximis datam, non eſſe moralem, ſed forenſem, certiſſimum eſt, cum attributa legis moralis ei non conveniant, de quibus, *in tractatu noſtro de regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 1. cap. 2. n. 3. & ſeqq.* latius egimus. Ideoq; noſtram Politiam † non obligant, ſed ad ſceptrum Judæ, quod glorioſiſſimi 13
Meſſiæ adventu translatum eſt, *Geneſ. 49. v. 10.* pertinent. Et non aliter ad cauſarum deciſionem allegari poſſunt, quàm ſi vel legislatoris auctoritate, vel ejus vices ſuſtinente conſuetudine, & moribus judiciorum receptæ ſint, per tradita Menoch. *2. arbitr. caſ. 290. n. 10.* Hering *de fidejuſſor. c. 7. n. 530.*

Pro ratione autem conciliandi & tollendi hanc dubietatem notandum eſt, † non ſolùm leges morales, ſed etiam ceremoniales 14
& forenſes ſuo modo & ſano ſenſu jus divinum dici, cum & eas Moſes divinâ auctoritate & juſſu promulgaverit. Quamvis enim leges morales, utpote immotam Dei voluntatem, & æternæ juſtitiæ regulam continentes, magis propriè; non impropriè tamen & forenſes, jus Divinum, quod & ipſæ auctore Deo latæ ſint, dici poſſunt. Et licet in Politia Chriſtianorum, † præciſam juris auctoritatem 15
non obtineant, tamen, cùm divinitus latæ ſint, in iis etiam oſtenditur, quid Deus approbet, & equũ juſtumq́ue cenſeat, ut notat Weſenbec. *in paratit. ff. de rit. nupt. ſub n. 8.* Et ſi rationem contineant tã noſtræ quàm Iudaicæ Reipublicæ convenientem, non incongruè judiciis noſtris, ſtatuto vel moribus accommodantur. Ratio autem

16 juris Retractus † conſanguinitatis, ut bona in familia remaneant, nec extra illas invitis proximioribus alienentur, tàm noſtræ quàm Judaicæ Politiæ conveniens eſt & utilis, tum quia ratio naturalis tanquam rerum omnium rectiſſima arbitra Angel.*conſil. 110. num 5.* Erneſt. Cothman.*1.conſil.22.n.5.* arctiori vinculo conſtrinxerit hos, qui ſanguinis jure junguntur & copulantur, quàm extraneos, ideoque & in horum bonis, quæ etiam ſucceſſione ad eos pervenire poſſunt, præcipui quid viventibus cognatis, non immeritò præ extraneis tribuitur, ne videlicet paternis laribus vel ſepulchris avitis ad ſui conſolationē careant, ut ait JCtus *in l. in fundo. ff. de rei vindicat.* Joan. Bapt. Coſta *in tract. de ratione rata, quæſt. 100. num. 1.* Et naturâ prius, quo decet modo competenter curatâ, demum ad extraneorum largitates accedendum, inquit Juſtinian. Imp. *Nov.*18.*c.*1. Tùm etiam quòd hujus juris obſervantiâ, & bonorum in familia conſervatione, ſplendor familiarum, quæ ſunt fulcrum Reipublicæ, conſervetur per tradita Bodin.*lib.5.de Republ.c.2.* Herman. Vultej.*conſil. Marp.29.n.33.& aliquot ſeqq. vol. 2.* Neque audiendus eſſet † ſi quis
17 ſpecialitatem juris redimendi ex jure Divino velit in hoc collocare; quod eo jure peculiari ratione cautum fuerit, ut bona inter tribus diviſa in terra benedicta, de una in aliam non exirent familiam, ſed in qualibet permanerent, ut videtur innuere Boër. Mynſing. & Köppen. alleg. ſupra loc. & alii. Huic enim reſpondetur, quod retractus præſupponat validitatem contractus & alienationem licitam, ut infra ſuo loco dicetur. Atqui de tribu in tribum nulla omninò fuit licita alienatio, nulla venditio, nulla translatio, *Num.36. v.7.& ſeqq.* ubi expreſsè cavetur ex hac ratione mulieres peculiaria bona poſſidentes, ne quidem nubere extra tribum potuiſſe, ad evitandam commixtionem & translationem poſſeſſionum de una tribu in aliam, Confer Zepper.*ad leges Moſaic. Forenſes lib.1.c.8.& lib.4. c.23.* quamvis alias matrimonia inter diverſæ tribus homines ſimpliciter prohibita non fuerint, ſed tantùm hoc reſpectu. Sic Aaron Sacerdos Eliſabetham filiam Aminadab ex tribu Juda duxit, *Exod. 6.v.23.* Et Maria nata ex poſteritate David & tribu Juda, fuit cognata Eliſabethæ conjugis Sacerdotis, *Luc.*1. uti ex Chytræ notat. *Oſiand. in gloſſ. add. c. Numer.36. lit. A.* Hoc itaq; reſpectu locum non potuit habere jus redimendi, denegatâ & prohibitâ planè omni aliena-

tion.

[illegible] 18
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 19
[illegible] ac apud eos uſque
ad tempora Impp. Valent. Theodoſ. & Arcad. quorum conſtitu-
tione [illegible], tamen ad pauciſſimos caſus reſtrictum
[illegible] *Cod. contrah. empt.* Indeq; Matth. de Afflict. *in d.*
[illegible] *ſcriptum eſt. n. 1.* notat, jus congrui ori-
ginem dependere à Græcis, & ſic eſſe jus ab antiquo tempore intro-
ductũ, noviſſimis temporibus confirmatum iſthac Friderici Con-
ſtitutione. Et Johann. Oldendorp. *de jur. & æquit. [illegible]* ſcribit
Fridericum Imp. in l. Conſtitut. rectiſſimè ſequi vetus ſtatutum. Nec
eſſe novum ut redeant antiquæ leges, exploſis recentioribus. [illegible]
[illegible] Cod. legitim. hered. Novell. 18. c. ſtudium. 2. Quare jus pro-
timiſeos † ſeu retractus non eſt conſtitutione Friderici noviter in-
troductũ: ſed fuit per eam Vetus jus & Statutũ reductũ & confirma- 20
tũ. Aliud aſſ[e]rens aberraret aliquantiſper à janua. Patet idipſum etiã
ex *d. l. dudum* ubi Impp. prædicti atteſtantur, jam dudum ante iſtam
legem jus protimiſeos proximis, conſortibusq; fuiſſe conceſſum, ut
extraneos ab emptione removerent. Et hîc notanda dictio, dudum,
quæ temporis vetuſtatem importat & arguit. Cothman. *d. reſp. 42.
n. 17. vol. 4.* Contrarium quidem aſſerit Jacob. Cujac. *Conſultat. 9.*
rationem tamen nullam idoneam ſuæ ſententiæ adducit, ideoque
nec auctoritate ejus in tantum movemur, ut ab his quæ & rationi-
bus & auctoritatibus ſuffulta ſunt, recedamus. Antequam autem
ad ulteriora progrediemur, de iſthac Friderici conſtitutione quæ-
dam præmittenda erunt. Et quidem primò cùm plures hujus no-
minis Impp. fuerint, dubium eſſe poſſet, quiſnam ex illis hanc con-
ſtitutionem promulgârit, † cùm inſcriptio generaliter & ſine deter- 21
minatione ſit concepta, neque interpretes quantum nobis occurrit,
ejus meminêre. Veriſimile autem eſt fuiſſe Fridericum † I. Imper. 22

B 2 Æno-

Ænobardum dictum. Nam ex hiſtoriis & rerum uſu apparet Imperatorem cujusq; nominis primum ſine determinatione ita ſimpliciter fuiſſe appellatum, donec vel ſecundus, vel tertius ejuſdem Nominis ad Imperiale faſtigium pervenirent, tunc enim ad diſcrimen quotativè, numero adjecto, nominari conſuevêre. Sic Maximilianus I. Imp. dum viveret, & quamdiu ejuſdem nominis ſucceſſorem non habuit, non fuit denominatus primus, ut apparet ex ingreſſu aliquot Receſſuum Imperii de Anno 1495. Et de anno 1500. 1507. & ſeqq. Quamprimùm verò Maximilianus ejus nominis Secundus ad Imperii culmen pervenit, propter diſcrimen, ille primus, hic ſecundus dici cœpit R. A. zu Augſpurg / de Anno 1566. Idem in Ferdinandi I. perſona apparet R. A. zu Regenſpurg / de Anno 1557. Cùm verò modernus Imperat. glorioſiſſimus ejuſdem nominis & Dignitatis ſucceſſor exiſtat, ille primus ad differentiam hujus, & hic Secundus appellatur. Vetuſtiora & alia exempla hîc brevitatis amore omittimus. Hanc ſententiam juvat quod Conſtitutionibus in Corpus juris relatis, quæ hanc noſtram ſequuntur, talis exſtet inſcriptio : Conſtitutiones Friderici Secundi Imperatoris incipiunt. Ergò veriſimile eſt eas quæ præceſſerunt, non fuiſſe Friderici Secundi, ſed primi, qui illius fuit avus. Dubium autem movent quæ tradit Matth. de Afflict. *ad Conſtitut. noſt. in §. ſcriptum eſt, n. 1.* ubi dicit eam in toto regno Siciliæ ſervari, additâ ratione, quòd iſte Imp. fuerit Rex Siciliæ & Hieruſalem per tradita Andr. *in c. 1. princ. de capit. Corrad.* Conſtat autem ex hiſtoriis Fridericum I. Imperatorem regnum Siciliæ non habuiſſe, ſed Fridericum II. Imperatorem, contracto matrimonio cum Regis Hieroſolymitani filia, illius regni hereditatem acquiſiviſſe, & ad Imperium Romanum reduxiſſe. Cario. *lib. 3. Chronic.* Dreſſer. *Iſagog. hiſtor. millen. 6.* Quamvis Wolfgang. Lazi. *de migrat. gent. lib. 9. ſub rubr. Sicil. & Apul. Regum ſtemma fol. 654.* ſcribat: quod Wilhelmus cognomento magnus Siciliæ Rex, relictâ filiâ unicâ, Regni herede, deceſſerit, eamq; Romanus Pontifex Henrico VI. Cæſari, Friderici I. filio nuptui tradiderit, quæ fuit mater Friderici Secundi Regis Siciliæ, & poſteà Imperatoris. Quod etiam probat Onuphr. Pannuin. *in Genealog. Reg. Sicil.* quam refert *Gualt. in Chronic. Chronic. Polit. Imperator. Regũ, Principp. &c. p. 212. & Achill. Pyrmini ibid. relatus p. 824.* Quæ poſterior ſententia,

&ni-

[illegible] videtur. [illegible] Sicilia [illegible] Imperii, in Imperio [illegible] Siciliæ & Apuliæ introduxerunt, & huic [illegible] ortus fuerit.

Secundò circa hanc Constitutionem principaliter conſiderandum, † [illegible] & legis univerſalis in Imperio Romano auctoritatem obtineat, ita ut in conſulendo & judicando pro deciſione cauſarum allegari & obſervari debeat & poſſit? 23

Et pro negativa † facit 1. quod hæc Conſtitutio ſubnectatur capitulis extraordinariis, quæ extant in lib. 5. Feud. Conſtat autem capitula illa extraordinaria non eſſe Authentica, Laud. *inc.* [illegible] Bald. *in c. 1. § præterea Ducatus. n. 8. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* Roſenth. *de Feud. cap. 7. concluſ. 33. n. 17.* Dominus Gothofred. Antonii *Affinis meus piæ memor.* [illegible] *diſſ. Feud. 1 theſ. 1. lit. B in notat.* 24

2. Conſtitutioni noſtræ neque dies, neque Conſul [illegible] annus, neque locus, ubi promulgata ſit, adjectus apparet, quod tamen in aliis legibus & Conſtitutionibus Authenticis, tàm anterioribus, quàm poſterioribus plerumque fieri conſueviſſe conſtat. Et quamvis quædam etiam Conſtitutiones Friderici inter ordinaria Feudorum capitula relatæ eodem defectu laborent, quia tamen inter ordinaria capitula, quæ juris auctoritatem, uſu accedente, obtinent, referuntur, & pro jure indubitato moribus recipiuntur, iſte defectus in conſideratione non eſt. 3. Notum eſt Impp. maximè poſteriores leges univerſales in Imperio Romano non niſi de procerum conſenſu promulgare potuiſſe, ejusq; ut plurimi in mentionē in ipſis Conſtitutionibus factam conſtat per [illegible] *l. humanum C. de legib.* Idq; ſatis abundè ex noviſſimis Imperii Conſtitutionibus & Receſſibus evidenter ſatisq; patet. Cui accedit, quod conſtitutio hæc multa contineat capitula planè aliena à juris Romani fontibus, & cum ejus principiis pugnantia. Et hanc † ſententiam non poſtremi nominis JCti amplectuntur Andr. Rauchbar. *part. 1. q.* [illegible] *fin.* ubi de hac conſtitutione differens, ſcribit, Friderici ſanctiones inter leges, quibus utimur, nunquam relatas ac recenſitas eſſe. Cui 25

concordat Joach. Beuſt. *in l. admovendi num. 872. verſ. Quod jus civile commune attinet, &c. in fin. ff. de jurejur.* ubi dicit hanc Friderici conſtitutionem in corpore juris non reperiri, nec uſu obſervari, ſed potius conſuetudines & Statuta locorum circa hoc jus protimiſeos ſeu retractus conſiderari. Ejuſdem ſententiæ eſt Matth. Berlich. *pract. concluſ. p. 2. concl. 39 n. 11. & 12.* Andr. Fachin, *6. controverſ. cap. 17. verſ. Non inquam mihi placet, &c.* ubi teſtatur Conſtitutionem Friderici extra jus poſitam, pro fundamento ſolido & loco legis adduci non poſſe. Cum hiſce itaque uti & rationibus adductis concludó, †
26 hanc conſtitutionem Friderici in conſulendo & judicando ad cauſarum deciſiones pro Cynoſura & jure Authentico non rectè allegari, niſi vel uſu recepta ſit, prout in Regnis Siciliæ & Neapolitano, eam pro lege & jure obſervari ex ſcriptis Matth. de Afflict. *ad hanc conſtitut.* Robert. Marant. *diſp.* 8. & aliorum, non obſcurè patet, vel tantùm pro argumento in iis, quæ uſu vel Statutis locorum obtinuerunt ad effectum declarandi vel illuſtrandi, in quantum á regulis juris non nimis exorbitat, adducatur. Ex hujus autem dubii
27 reſolutione alia emergit dubitatio, † videlicet, ſi retrahens hâc conſtitutione nitatur, & in ea robur intentionis ſuæ in judicio collocet, adverſarius verò excipiendo dicat eam conſtitutionem in loco, ubi res retrahenda ſita eſt, uſu non frequentari, cuinam incumbat onus probandi, huic ne qui legis non uſum, an verò illi qui ejus uſum allegat. Et pro hoc facit, quod affirmanti onus hoc incumbat, & negantis per rerum naturam nulla ſit probatio. *l. actor. 23. in fin. C. de probat. cum ſimilibus.* Uſum itaque allegans eum probare tenebitur. Secundò pro negante militat. *text. in c. in iſtis. diſtinct. 4.* ubi Auguſtin. Leges, inquit, inſtituuntur cùm promulgantur, firmantur verò, cùm moribus utentium comprobantur. Sicut enim moribus utentium in contrarium nonnullæ leges hodiè abrogatæ ſunt, ita moribus utentium ipſæ leges confirmantur. Hinc mores recepti legum dicuntur nervi. *l. de quibus. l. ſed & ea quæ. cum ſimilib. ff. de legib.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. c. 25. n. 2. in fin.* Et dicit Horat. *lib. 3. carm. Od. 24.*

Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt?

Tertiò hanc ſententiam juvat, quod aſſerere eſſe aliquid uſu receptum

[illegible]

[illegible] 28

[illegible] præſumptio. [illegible] Quia præſumptio [illegible] 29

[illegible] *gloſſ. in l.* 2. ibidemq; [illegible] *l.* 2. *C. [illegible]* Ideoq; præſumptionem, maximè juris, pro ſe habens [illegible] ſufficienter probâſſe cenſetur, donec contrarium ab adverſario demonſtretur, *gl. in l. ſi tutor. C. de peric. tutor.* Menoch. *de arbitr. [illegible] n.* 7. Didac. Covarruv. 2. *var reſol. c.* 6. *n.* 2. Herman. Vultej. *[illegible] n.* 261 *& ſeq. vol.* 1. Imò præſumptiones legum probationem [illegible] liquidiſſimæ & ipſa veritas. *gl. in l. ſi tutor [illegible] C. de peric. tut. & cur.* Geil. 2. *obſ.* 97 *ſ. b n.* 6. Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolitan.* 13 *num.* 24. Atqui conſtitutiones Principum juris auctoritatem obtinent, *§. ſed & quod Principi. & ibi* Mynſing. & Dd. *Inſtit. de I. N. G. & C.* Ideoq; præſumptio eſt, eas uſu ſervari, donec cõtrarium probetur. Cyn. *in l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuetud.* Dec. [illegible] 49. *col.* 2. Rol. a Vall. *de lucr. dot. quæſt.* 99. *circa finem.* & [illegible] comprobat Ludolphus Schrader. *de feud. p.* 10. *ſect.* 20. *n.* 150 Joh. Petr. Surd. *conſil.* 58. *n.* 1.

2. Pro affirmativa facit, quod probationis materia † ſint facta *l. ſive. C. de probat.* Quæ autem juris ſunt probatione opus non habent, ſed ſufficit ea allegare. Bald. *in addit. ad Speculat. tit. de teſtib. §. [illegible]dum.* Nam per ſe judici patent & nota ſunt, Paul. de Caſtr. *in l. [illegible] C. [illegible] de ſ. Advocat.* Matth. Weſenbec. *[illegible]* Quare fundanti ſe in hac conſtitutione tanquam jure ſemper ſatis erit eam allegare. 3. Probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio. Azo *in rubr. C. de probat.* gloſſ. & Bart. ibidem. Lex autem ſemper certa eſt, & ab omnibus non ſolum ſciri, ſed etiam obſervari [illegible] *l.* 2, 7. & 9. *ff. de jur. & fact. ignor. l. legis virtus, ff. de [illegible]* 30

Pro ratione autem decidendi, † diſtinctionis fœdere opus eſt. 31
Aut enim quæſtio eſt de legibus & jure, quod vel relatum eſt in corpus juris Authentici, vel ſine cujuſquam contradictione juris indubitati auctoritatem obtinet, & certum eſt, id allegANTI non incum-

bere

bere onus probendi ejus obſervantiã & uſum, cùm tale jus omnes de neceſſitate conſtringat ad obſervantiam, ideoq; in dubio præſumendum eſt, id obſervari & uſu recipi, quod lex tanquam commune præceptum & Reipublicæ ſponſio, obſervandum jubet *l. 1. & 2. ff. de legib.* quia lex ſemper loquitur & ad obſervantiam conſtringit, ut dicit Bart *in l. un. n. 2. ff. de conditt. ex leg.* Joh. Petr. Surd. *decis. 58. n. 2.* Similiter & ſtatutum præſumitur uſu fuiſſe receptum *l. Annam. C. de hæret.* Rip. *in l. admonẽdi. n. 1. ff. de jurejur.* Menoch. *consil. n. 14 lib. 1.* Roland. a Velle *conſ. 90. n. 53. & ſeq. & conſ. 99 n. 39. vol. 2. & in tr. de lucro dot. q. 99. circa fin.* Borgnin. Cavalc. *in tr. de tut. & cur. n. 42.* Petr. de Bennitend. *deciſ. 13. n. 10.* maximè quando inter alia ſtatuta reperitur regiſtratum in volumine ſtatutorum. Bero. *conſil. 173. n. 54. lib. 1.* Joh. Vincent. Honded. 1. *conſil. 4. n. 90. & ſeq.* Et hæc præſumptio ejus eſt roboris, ut obſervantiam legi ſcriptæ contrariam adſeveranti, non ſufficiat ſola probatio
32 † non uſus, ſed neceſſe eſt ut probetur, & caſum in lege vel conſtitutione comprehenſum eveniſſe, & tamen longo retrò tempore contrarium obſervatum fuiſſe, *arg. l. ſancimus. 27. C. de teſtã. l. & Aulicinus. ff. de ſervit. ruſt.* Bart. *in proœm. ff. §. & antea.* Alberic. de Roſat. *ad rubr. C. quæ ſit long. conſuetud.* Gozadin. *conſil. 16. n. 16.* Cephal. *conſil. 515. n. 24. lib. 4.* Joh. Vincent Honded. *conſil. 110. n. 22. vol. 1.* Schrader. *de Feud. d part. 10 ſect. 20. num. 155.*
33 Nam lex non per non uſum † ſed per contrarium tollitur uſum. Felin. *in c. 1. verſ. limita ſecundò, de Treug. & pac.* Johan. de Amic. *conſil. 1. n. 43. & 44.* Proſp. Farinac. *conſil. 30. n. 108.* ubi tradit, quod non ſufficiat dicere, quod talis conſtitutio non ſit uſu recepta. Et licet civitas per mille annos non uteretur lege ſcripta, quia fortè non evenit caſus, non tollitur lex, quia requiritur non uſus, habens actus contrarios. Jaſon. *ad l. 32. n. 33. ff. de legib.* Corn. *conſil. 15. col. 4. verſ. præterea vol. 3.* M. Anton. Natt. *conſil. 575. n. 35.* Joh. Vincent. Honded. 1 *conſil. 110. n. 22.* Burſat. *conſil. 222. n. 22. lib. 2.* ubi dicit communem eſſe hanc ſententiam. Et dixi etiam in tractat. *de regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 2. c. 9. n. 17.* Andr. Geil. *2. obſ. 6. num. 3.* ubi pariter ſcribit, Quod ſi caſus novæ legis non eveniat, ex diuturnitate temporis etiam longiſſimi, nũlla inducatur legis novæ mutatio, Et ita etiam in noſtris terminis concludit Matth. de Afflict. *ad iſtam Conſtitution. de jur. protimiſ. §. ſcriptum eſt n. 2. & ſeq.* Neque adverſatur ratio Menochii

chii ſuperius adducta, quod videlicet dicere uſu eſſe aliquid receptum ſit facti, quod non præſumitur; quia hoc procedit niſi ex poſitione unius facti, alterius poſitio, juris præſumptione, inferatur. Nam quoties cauſa præſumendi † factum ſubeſt, quæ inducitur ex 34
aliis præſumptionibus factum præſumitur, uti regulam à Menochio adductam poſt alios limitat Maſcard. *de probat. concluſ. 732. num. 7.* Vutej *conſil. Marp. 22. num. 11.* Et factum præſumitur, quod de jure faciendum erat. *l. final. C de alim. pupill. præſtand.* Cravett. *conſil. 22. n. 15. & conſil. 149. n. 12.* De jure leges & conſtitutiones Principum ſunt ſervandæ & uſu recipiendæ. Aut † (ut ad ſecundum diſtinctionis 35
membrum deveniamus) de conſuetudine & jure loquimur, quod non eſt relatum inter leges & jura Authentica, ſed in quibuſdam locis ita demum ſervatur, ſi vel uſu receptum ſit, vel quà in re propriis moribus deficiamus, ut in ſimili loquitur Cujac. *in proœm. Tractat. Feudal. fac. text. in l. deprecatio*, ibi: ſecundùm eas judicetur, quatenus nulla legum (vel conſuetudinum) noſtrarum illis adverſatur, *ff. ad leg. Rhod. de jactu.* Et in hoc caſu vera eſt Menochii ſententia *2. præſumpt. 2. n. 1.* quod talis lex † vel conſtitutio de cujus auctoritate du- 36
bitari contingit, in dubio non præſumatur uſu recepta, ſed alleganti uſum & obſervantiam onus probandi incumbat. Cùm verò ex ſupradictis conſtet, hanc noſtram Conſtitutionem Friderici in corpus juris Authentici † non eſſe relatam, ſed extraordinariis illis Feu- 37
dorum capitulis, quæ non habent juris indubitati auctoritatem annexam, adeoq; contradictionem in Imperio Romano admittere, ideoq; qui ſe fundat in ea, uſum & obſervantiam ejuſdem probare tenebitur, eoq; non probato iſta conſtitutio in cauſarum deciſionibus tam in judicando quàm reſpondendo non erit attendenda. In quam etiam ſententiam propendet Matth. de Afflict. *ad conſtit. Friderici. §. ſcriptum eſt. ſub. num. 1* ubi dicit, quod in civitate Anverſæ vel alibi ubi non obſervatur uſu iſta conſtitutio, non poſſit allegari in judiciis, cùm allegata non ſervetur. Hinc Dd. & JCti maximè Germani retractum † proximitatis, quatenus ille in Germania, Gallia & Italia viget, de quo in ſpecie ex aliis teſtatur Virgil. Pingizer. *quæſt. Sax. 36. n. 1, & duob. ſeqq.* tractantes, non juri communi & Conſtitutionibus Principum, ſed conſuetudinibus & ſtatutis locorum adſcribunt. Andr. Geil. *2. obſ. 19. num. 1.* Bernhard. Græv. *2. concluſ.*

Digitized by Google

pp.19.num.1. Joh Köppen.*deciſ.52.num.11.* Roſenthal.*de Feud.cap.9.*
membr.2.concluſ.86.n.2 & paſſim. Weſenbec. *in par.tit.ff.de reſcind.*
vendit.ſub n.6.verſic.item moribus,&c. Mynſing.*3 obſ.51.num.1.&*
Andr. Rauchbar.*quæſt.22.part.poſter.n.7.* Beuſt.*ad l.admonendi.n.87.*
verſ.quod jus civile commune attinet,&c. Matth.Coler. *deciſ.Saxon.23.*
n.2 Matth Berlich *p.2 concluſ.39.n.12.* Ad hoc facit. *text.in c.conſti-*
*tutus,*ibi:ipſis proximioribus competeret jus offerendi emptoribus
precium juxta municipii Parroſinenſis conſuetudinem approba-
tam,&c.*extr.de in integr.reſtitut.* Conſtit.Elector *32.part.2.ibi:* Man
hat ſich aber deſſen verglichen/ wo auß Statuten / oder verwehrter Ge-
wonheit herbracht / daß Freunden oder jemands anders der Vor-
kauff zuſtehet/ꝛc. Daniel Moller. *ad d. Conſtitut.* Zobell.*part.2.differ.*
37.n.10. Similiter in ordinatione Solmenſi cautum reperitur.*p.2.*
tit.12.in pr.ibi: Nach dem der Abtrieb durch vndencklichen gemeinen
Gebrauch in dieſer Landart eingeriſſen/ꝛc. Tiraquell. *in præfat.de jure*
retract. Petr. Gregor.*in ſyntagm jur.univerſ.lib.26.cap.19.n.1.* Garſ.
Maſtrill.*deciſ.Sicil.4.n.2.* Erneſt.Cothman.*reſp.42.vol.4.num.17.* Sic
& Statutis Lubecenſium de jure protimiſeos ſingulariter cavetur,
teſte Erneſt.Cothman.*1.conſil 38.num.1.& ſeqq.paſſim per tot.* Ex qui-
39 bus omnibus infertur, † Statuta & conſuetudines locorum in mate-
ria retractus potius, quam Friderici Conſtitutionem inſpici debe-
re, indeque retractus proximitatis non legalis, ſed municipalis &
conſuetudinarius dicitur. Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund.tit.retract.*
in pr. num.1.

Stante autem & firmatâ hac noſtra concluſione novum ex-
40 ſurgit dubium, anne conſuetudo loco † in quo contractus celebra-
tur, an retrahentis, an verò rei ſitæ attendenda. Expeditum namque
eſt Statuta & conſuetudines locorum variare. *c.1.de conſtit.in 6.* Cum
quælibet ferè provincia ſuo abundet ſenſu. *c.fin. diſtinct. 25.* Matth.
de Afflict.*deciſ.105.n.6.* Et ex quotidiano rerum uſu apparet, quamli-
bet ditionem, civitatem, imò quemlibet ferè vicum, peculiares ſuas
habere conſuetudines, Ludovic. Bender. *in tract. de reviſion. concluſ.*
41 *53.n.16.* Et quidem locum contractus inſpiciendum eſſe † non vi-
detur à ratione juris alienum, ſiquidem in contractibus, quoad litis
ubicunq; incidentis deciſionem ſuper natura ſeu perfectione con-
tractus, locus contractus, ejusque conſuetudines & Statuta inſpi-
cienda

cienda ſint per *text. in l. ſi fundus. ff. de evict. l. vinum. de reb. credit.* Jaſ.
ad l. 1. C. de ſumm. Trinitat. Geil. *2. obſerv. 123. n. 4.* Græ væ. *ibid. in coro-*
nid. Mynſing. *4. obſ. 82 per tot.* Cacheran *deciſ. 141. n. 1.* Retractus † 42
autem nihil aliud eſt, quàm translatio contractus inter emptorem
& venditorem celebrati, in perſonam retrahentis, *arg. eorũ quæ tra-*
dit Carol. Molin. *in Conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 13. gl. 1. n. 20. & gloſſ. 5. ſub*
n. 33. Et retrahens per omnia ſubintrat veſtigia emptoris. Surd. *conſ.*
424. num. 19. vol. 3. Weſenbec. *conſil. 73. num. 77.* Dubium autem non
eſt, mota inter emptorem & venditorem controverſiâ, conſuetudi-
nem loci contractus quoad litis deciſoria attendi debere, per tradi-
ta modò. Sed quod conſuetudo loci retrahentis inſpicienda ſit, et-
iam rationem habet. Nam retractus jus fundatur in perſona re-
trahentis, & ita perſonale videtur; At in perſonalibus inſpicitur
conſuetudo domicilii, ubi perſona ipſa habitat. Bald. *in l. mercatores*
n. 1. C. de commerc. Magis tamen eſt, hoc caſu in materia retractus,
† qui communiter in immobilibus locum habet, inſpiciendas eſſe
conſuetudines locorum, in quibus res, retractui obnoxiæ, venditæ, 43
ſitæ ſunt. Eſt enim hoc jus magis reale per ea quæ tradit Matth. de
Afflict. *de jur. protimiſ. §. tota hæc lex. n. 31. verſ. in contrarium.* Tiraq.
de retract. lignag. §. 8. gloſſ. 5. n. 6. & ſeqq. Martin. Peg. *in tract.* vom Vor-
kauff oder Einſtandt *lib. 2. c. 36. verſ.* Es mag aber *ibi*: Dann dieſe
Gerechtigkeit deß Vorkauffs gehet nicht vff die Perſon deß Käuffers/
ſondern auff das Gut/ *fol. 19. B.* Neque venit ex conventione, ſed
lege, Statuto & conſuetudine, quæ ipſo jure operantur. *l. ſi unus. §.*
pactus. ff. de pact. & rem ipſam afficit Weſenbec. *conſil. 39. ſub num. 6.*
circ. fin. Indeq; actio ex jure hoc competens perſonalis quidem eſt,
ſed tamen in rem ſcripta, ut quæſt. 9. concl. 2. latius dicemus. Gene-
raliter autem ubi de rebus † agitur, ſequimur conſuetudinem loco- 44
rũ ubi res ſitæ ſunt. *l. ſi ſine herede. §. Lucius. ff. de adminiſtr. tut. l. vendit.*
§. ſi conſtat. ff. commun. præd. tot. tit. & ibi Dd. C. ubi in rem. act. Geil. *2.*
obſerv. 124. Honded. *2 conſil. 13. n. 7.* Mynſing. *4. obſ. 95.* Joh. Köppen.
deciſ. 31. n. 9. 10. & ſeq. & ita in materia retractus uti poſt Tiraquell.
§. 1. gl. 1. n. 1. 2. 3. concludit Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26.*
c. 19 Benedell. *in tr. de jure prothimiſ. ad princip. conſtitut. n.* 109. Paul.
Chriſtin. qui ſic judicatum refert *deciſ. Cur. Belgic. vol. 3. deciſ. 58. n. 2.*
addẽs ob id ex Chopp. *lib. 2. de morib. Pariſ. tit. 6. n. 16. ſerviẽtis prædii cõ-*

ſuetudinem non dominantis in retractu ſervandã. repetit hoc idẽ Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 302. n. 25.* etiam quoad forenſes. *l. an in totum. C. de ædific. privat. l. venditor. §. ſi conſtat ff. commun. prad. not.* Bart. *in l. 1. n. 27. C. de ſumm. Trinit.* Paul. Caſtrenſ *conſil. 10. n. 2. lib. 1* Cravet. *conſil. 843 n. 10.* Burſat. *conſ. 198. n. 42. vol. 2.* Neq; adverſatur, quod forenſis non utatur beneficio Statutorum, ut notat Bart. *in tractat. de repreſſ. q. 5. n. 1.* Alber. *de Statut. part. 2. q. 9.* Caſtrẽſ. *in l. omnes populi in fin. ff. de juſt. & jur.* quia hoc procedit in merè perſonalibus, quia in illis forenſis non eſt ſuppoſitus ſtatuentibus Crot. *in l. omnes populi. num. 158. ff de juſtit. & jur.* Barbat. *conſil. 51. vol. 2.* Roland. à Vall. *conſil. 24. n. 26. & ſeqq. vol. 3.* ſecus autem eſt in realibus vel actionibus in rem ſcriptis, quia & hæ rem ipſam ejusq; conditionem ſequuntur, Bart. *in l. 1. C. de ſum. Trinit.* Roland. à Valle *d. conſil. 24. n. 26. lib. 3.* Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ. 554 n. 3. verb. ſtatutum lit. S.* ubi permultas declarationes
45 explicat, & infra ſuo loco dicemus. Ex hiſce infertur † extraneo ratione ſui fori & Statutorum jus retractus non habenti id competere poſſe, ſi in loco rei ſitæ jus retractus moribus & Statutis receptum ſit, & ibidem à conſanguineo vendatur, ut in terminis tenet Balthaſ. Benedel. *in tr. de jure Prothimiſ. ad princ. conſtitut. n. 175.* Tiraq. *hic §. 1. gloſſ. 9. n. 164.* & alii ab his allegati. Qui enim vendit ſecundùm leges & mores patriæ vendere cenſetur, quibus ſe conformare tenetur. *l. ſi duo. ubi Bald. & Caſtrenſ. de acquir. hered.* Bart. *in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* Cravett. *conſil. 33. n. 18 per l. quæro §. inter locatorem. ff. locat.* Nicol. Everhard. *conſil. 78. per tot.* Et ita intelligitur conventum, quod reperitur eſſe conſuetum, *l quod ſi nolit §. quia aſſidua. de ædilit. ed. Et. l. ſemper in ſtipulationibus, ubi Deci. ff. de reg. jur.* Huc faciunt quæ in ſimili tradunt Dd. Si Imperator in Italia concedat feudũ Germano, ſecundum conſuetudinem Italiæ illud cenſeri conceſſum, & è converſo, ſi Italo Feudum in Germania donet, juxta leges Germaniæ donatum cenſeri. Bald. *in c. 1. §. ſi qua controverſia de pace Conſtant.* Molin. *de jur. primogenit. Hiſpan. li. 1. c. 13. n. 50.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit. 226. n. 5.* Sic & de jure Saxonico, bona hereditaria ſecundum jura & conſtitutiones loci, ubi ſita ſunt, dividuntur, Landrecht / *lib. 1 artic. 30.* ubi dicitur, Ein jeglich einkommen Mann / einpfäher Erbe im Land zu Sachſen / nach deß Landes Recht / vnd nicht nach deß Mannes Recht / er ſey Beyer / Schwab oder Franck. Con-

cordat

cordat text. in Landrecht/ *lib. 3. artic. 79.* Coler. *de proceſſ. executiv. part. 1. c. 3. n. 226. & 229.* Neque quæ primo loco pro ratione dubitandi adducta ſunt, adverſantur; quia licet retrahens tranſeat in locum, jus & conditiones emptoris, ipſe tamen retractus non conventione contrahentium, ſed lege, conſuetudine, ſeu ſtatuto nititur, remque ipſam affectam habet, per ea quæ modò dicta ſunt, fac. *text. in c. conſtitutus. de in integr. reſtitut.* Ex eadem ratione etiam ea, quæ ſecundò loco adducta ſunt, corruunt. Ultimò hîc quæritur, ſitne jus retractus ſingulare, odioſum, † & contra jus commune introductum. Et 46
quidem ita multi ſtatuunt *per l. dudum.* & ibi Bald. *in verſ. ſed quær. C. de contrahend. empt.* Roland. à Vall. *conſil 21. num. 8. part. 1.* Honded. 1. *conſil. 7. n. 6.* Mynſing. *3. obſ. 31. n. ult.* D. Vultejus *conſ. Marp. 24. n. 7. vol. 2.* Tiber. Decian. *reſp. 59. n. 2. vol. 1.* Card. Tuſch. *tom. 4 pract. concluſ. jur. lit. I. concluſ. 583. n. 17* Joh. Köppen. *d. deciſ. 52. n. 11.* Rauchbar. *d. quæſt 22. n. 6.* ubi dicit hodie jus protimiſeos generaliter ſublatum, abolitum & antiquatum eſſe. Contrarium † tamen rectiùs defendit 47
Tiraquell *de retract. lignag. in præfat. n. 16. & ſeqq.* Chriſtoph. Zobel. *de different. jur. Civil. & Sax diff. 37. p. 2.* Cardin. Seraphin. Olivar. *p. 2 deciſ. aur. 734. incip. fuit dubitatum. n. 2.* Joan. Vincent. Honded. ſibi contrarius *conſ 3. n. 1. vol. 1.* ubi ex multis reſpondit, ſtatutum hoc validiſſimum eſſe; quod etiam affirmat Joan. Petr. Surd. *conſ. 371. n. 19. & ibi alleg.* & Decian. *reſponſ. 35. num. 1. in fin. vol. 4.* Berlich. *p. 2. concluſ. 39. n. 10. & ibi alleg.* Confer Marant. *conſ. 2. num. 4. & ſeqq.* Joh. Philip. Monſpel *conſ. 81. in fin.* Balthaſ. Benedell. *ad rubr. de jur. prothemiſ. n. 11.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 281. n. 2.* Anton. Gomez. *in commentar. ad l. 70. cum 5. ſeqq. Tauri. num. 1 pag. 529.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. 578. n. 1. verb. ſtatutum. lit. S.* Nam Dd. allegati fundamentum ſuæ intentionis collocant in adducta *l. dudum.* quâ tamen penitus inſpectâ, in noſtris terminis, jus protimiſeos, non videtur prohibitum. Siquidem d. l. loqui videtur, in tali caſu, quo ſolis proximis & conſortibus vendere licebat, non etiam aliis, quod durum ac iniquum videbatur, Atqui juxta receptas noſtrorum & aliorum locorum conſuetudines, nihil tale ſtatuitur, cùm quilibet vendere rem ſuam cui velit poſſit, ita tamen, ut eam venditam conſanguineus vel vicinus, refuſo pretio ab emptore retrahere & ſibi vindicare poſſit, quomodo vendendi libertas, non conſtringitur vel

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſuetudinem non dominantis in retractu ſervandã. repetit hoc idẽ Chri-
ſtin. vol. 1. deciſ. 302. n. 25. etiam quoad foren ſes l. an in totum. C. de ædi-
fic. privat. l. venditor. §. ſi conſtat ff. commun. præd. not. Bart. in l. 1. n. 27. C.
de ſumm. Trinit. Paul. Caſtrenſ conſil. 10. n. 2. lib. 1 Cravet. conſil. 848 n.
10. Burſat. conſ. 198. n. 42. vol. 2. Neq; adverſatur, quod forenſis non
utatur beneficio Statutorum, ut notat Bart. in tractat. de repreſſ. q. 5.
n. 1. Alber. de Statut. part. 2. q. 9. Caſtrẽſ. in l. omnes populi in fin. ff. de juſt.
& jur. quia hoc procedit in merè perſonalibus, quia in illis forenſis
non eſt ſuppoſitus ſtatuentibus Crot. in l. omnes populi. num. 158. ff de
juſtit. & jur. Barbat. conſil. 51. vol. 2. Roland. à Vall. conſil. 24. n. 26. &
ſeqq. vol. 3. ſecus autem eſt in realibus vel actionibus in rem ſcriptis,
quia & hæ rem ipſam ejusq; conditionem ſequuntur, Bart. in l. 1. C. de
ſum. Trinit. Roland. à Valle d. conſil. 24. n. 26. lib. 3. Cardinal. Tuſch.
pract. concluſ. 554 n. 3. verb. ſtatutum lit. S. ubi permultas declarationes
45 explicat, & infra ſuo loco dicemus. Ex hiſce infertur † extraneo ra-
tione ſui fori & Statutorum jus retractus non habenti id competere
poſſe, ſi in loco rei ſitæ jus retractus moribus & Statutis receptum
ſit, & ibidem à conſanguineo vendatur, ut in terminis tenet Balthaſ.
Benedel. in tr. de jure Prothimiſ. ad princ. conſtitut. n. 175. Tiraq. hic §. 1.
gloſſ. 9. n. 164. & alii ab his allegati. Qui enim vendit ſecundùm leges
& mores patriæ vendere cenſetur, quibus ſe conformare tenetur. l. ſi
duo. ubi Bald. & Caſtrenſ. de acquir. hered. Bart. in l. heredes mei. §. cum
ita. ff. ad Trebell. Cravett. conſil. 33. n. 18 per l. quæro §. inter locatorem.
ff. locat. Nicol. Everhard. conſil. 78. per tot Et ita intelligitur conven-
tum, quod reperitur eſſe conſuetum, l quod ſi nolit §. quia aſſidua. de æ-
dilit. ed. Et. l. ſemper in ſtipulationibus. ubi Deci. ff. de reg. jur. Huc faciunt
quæ in ſimili tradunt Dd. Si Imperator in Italia concedat feudũ Ger-
mano, ſecundum conſuetudinem Italiæ illud cenſeri conceſſum, &
è converſo, ſi Italo Feudum in Germania donet, juxta leges Ger-
maniæ donatum cenſeri. Bald. in c. 1. §. ſi qua controverſia de pace Con-
ſtant. Molin. de jur. primogenit. Hiſpan. li. 1. c. 13. n. 50. Matth. de Afflict.
deciſ. Neapolit. 226. n. 5. Sic & de jure Saxonico, bona hereditaria ſe-
cundùm jura & conſtitutiones loci, ubi ſita ſunt, dividuntur, Land-
recht/ lib. 1 artic. 30. ubi dicitur, Ein jeglich einkommen Mann/ em-
pfähet Erbe im Land zu Sachſen / nach deß Landes Recht/ vnd nicht
nach deß Mannes Recht/ er ſey Beyer / Schwab oder Franck. Con-
cordat

[illegible] part. [illegible] Neque [illegible] ad-ducta sunt, adversantur [illegible] communes [illegible] sed lege, consuetudine, seu statuto [illegible] ipsam [illegible] debet, per ea quæ modò dicta sunt. Sic *text.* [illegible] *restitut.* Ex eadem ratione etiam ea, quæ secundo loco adducta sunt, corruunt. Ultimo hic quæritur, sitne jus retra-
ctus ſingulare, odioſum, † & contra jus commune introductum. Et 46
quidem ita multi ſtatuunt *per l. dudum.* & ibi Bald. *in verſ. ſed quær. C. de contrahend. empt.* Roland. à Vall. *conſil. 21. num. 8. part. 1.* Honded. 1. *conſil. 7. n. 6.* Mynſing. *3. obſ. 51. n. ult.* D. Vultejus *conſ. Marp. 24. n. 7. vol. 2.* Tiber. Decian. *reſp. 59. n. 2. vol. 1.* Card. Tuſch. *tom 4 pract. concluſ. jur. lit. I. concluſ. 583. n 17* Joh Köppen. *d. deciſ 52. n. 11.* Rauchbar. *d. quæſt 22. n. 6.* ubi dicit hodie jus protimiſeos generaliter ſublatum, abolitum & antiquatum eſſe. Contrarium † tamen rectius defendit 47
Tiraquell *de retract. lignag. in præfat. n. 16. & ſeqq.* Chriſtoph. Zobel. *de different. jur. Civil. & Sax diff. 37. p. 2.* Cardin. Seraphin. Olivar. *p. 2 deciſ. aur. 734 incip. fuit dubitatum n. 2.* Joan. Vincent. Honded. ſibi contrarius *conſ 3 n. 1. vol. 1.* ubi ex multis reſpondit, ſtatutum hoc validiſſimum eſſe; quod etiam affirmat Joan. Petr. Surd. *conſ. 371. n. 19. & ibi alleg.* & Decian. *reſponſ. 35. num. 1. in fin. vol. 4.* Berlich. *p. 2. concluſ. 29. n. 10. & ibi alleg.* Confer Marant. *conſ. 2. num. 4. & ſeqq.* Joh. Philip Monſpel *conſ. 81. in fin.* Balthaſ. Benedell. *ad rubr. de jur. prothemiſ. n. 11.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 281. n. 2.* Anton. Gomez. *in commentar. ad l. 70. cum ſeqq. Tauri. num. 1 pag. 529.* Card. Tuſch *pract. concluſ. 578. n. 1. verb. ſtatutum. lit. S.* Nam Dd allegati fundamentum ſuæ intentionis collocant in adducta *l. dudum.* quâ tamen penitus inſpectâ, in noſtris terminis, jus protimiſeos, non videtur prohibitum. Siquidem d. l. loqui videtur, in tali caſu, quo ſolis proximis & conſortibus vendere licebat, non etiam aliis, quod durum ac iniquum videbatur, Atqui juxta receptas noſtrorum & aliorum locorum conſuetudines, nihil tale ſtatuitur, cùm quilibet vendere rem ſuam cui velit poſſit, ita tamen, ut eam venditam conſanguineus vel vicinus, refuſo pretio ab emptore retrahere & ſibi vindicare poſſit, quomodo vendendi libertas, non conſtringitur vel

 impedi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

impeditur. Ideoq; hujuſmodi conſuetudines potius præter quam contra jus eſſe cenſeri debent. Cyn. & Caſtren. *in d. l. dudum*. Neque ſi aliter d. l. accipiatur & adverſus noſtras cõſuetudines adhibeatur, bona niteretur conſequentia, ſi ex ea ita quis colligeret: Cognati removent extraneos ab emptione. Ergò venditor non habet vendendi libertatem. Nam re demum vendita retractus jus pleriſque locorum moribus proximioribus competit, quamvis aliquando denunciatio interveniat & utilis etiam ſit. Et quæ eſſe invidia, potius rem venditam videre manſuram in manu extranei, quam eam a conſanguineis retractam in familia & ſanguine retineri & conſervari, hoc enim non ſibi commodantis, ſed generi & familiæ ſuæ, contra naturæ & ſanguinis jura, invidentis eſſet. *arg. l. in fundo. 38. ver. conſtituimus. ff. de rei vindicat.* Ernest. Cothman. *1. conſil. 27. n. 169. 170. & ſeqq.* Quare tàm quoad ipſum alienandi effectum, quam finem & intentionem venditoris nihil intereſt, utrum cognatus vel alius pretium venditori numeret, vel ab emptore numeratum refundat. Et quantum finem ipſum & intentionem vendentis attinet, certum eſt ideò venditorem rem venum exponere & dare, ut potius velit pretium habere quam rem, quod cum conſequatur, nihil ejus intereſt, an penes emptorem, an verò retrahentem conſanguineum res maneat, cùm fine præſente & efficiens quieſcat. Præſertim cum & quàm plurima alia ſpecialia, favore conſanguinitatis, in jure noſtro conſtituta ſint, & conſanguineis competant, quæ extraneis denegantur, cujus rei plurima exempla ex jure adduxit Matth. de Afflict. *de jur. protimiſ. in rubr. à n. 14. uſq; ad n. 87. in rubr.*

48 Deinde apparet in noſtris terminis † per retractum vendendi libertatem non impediri, ideoq; nec ſæpè allegatam *l. dudum. C. de contrahend. empt.* contra hanc conſuetudinem rectè adduci Ratio namque in lege expreſſe eam vel auget vel reſtringit, etiamſi agatur de legũ antiquatione. *l. ex his ſolis. C. de revocãd. donat. l. 3 § cum Pollidius. ff: de uſur.* Petr. Gilken. *ad Auth. ex teſtam num. 7. C de collat.* Siqui-

49 dem cujuslibet generalis diſpoſitionis reſtricta † ratio, ipſam reſtringit diſpoſitionem, eamque rationis ſubnixæ limites revocat. Everh. *in Topic. legal. in loc. a ratione legis ſtrict. per l. cùm pater. § dulciſſimis.* ubi Bart. *ff. de leg. at. 2.* Joh Gœdd. *de ſequeſtrat cap. 1. num. 89.* Et in ipſa lege excipiuntur illi, quibus hoc jus ſpecialiter, quod etiã

ſpe-

ſpeciali conſuetudine fieri poteſt, competit, Matth. de Afflict. in rubr. de jur. protimiſ. n. 10. Neque adeò infrequens eſt in jure noſtro & irrationabile † ut aliquandò quis vendat rem ſuam invitus, l. 1. C. de 50
commun. ſerv. manum junct. §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. ſi quis ſepulcrum, ff. de relig. & ſumpt. fun. ubi quis cogitur alicui vendere viam eundi ad ſepulcrum, ſi aliam nō habeat. Huc facit l. non enim & ibi Bart. ff. rer. amotor. ubi dicit, ſi quis rē ſuam venalem expoſuit, quodq; amplius pœnitere non poſſit, quodq; ipſam dentibus invitis vendere cogatur, cujus rei plura adducit exempla Marc. Mant. de jur. protimiſ. n. 7. & ſeq. Fab. de Monte in tract. de empt. vendit. quæſt. princ. 3. n. 138. Balthaſar. Benedell. in tr. de jur. prothomiſ. § penult. n. 22. verſ. & ſciendum eſt. Hœnon. quæſt. ſeu controverſ. jur. diſput. 16. theſ. 5. Sunt & caſus de jure communi, quibus jus prælationis in emendo expreſsè locum habet, ut in l. 3. C. de jur. emphyt. ubi Dominus præfertur aliis. l. 1. C. non licere habitat. Metrocom. lib. 11. ubi habitatores præferuntur extraneis in emptione Metrocomiæ, hoc eſt, majorū villarum, l. 1. C. de metall. ubi Imp. fiſco tribuit prælationem in emptione metallorum. Similiter in conductione prædiorum publicorum, antiqui poſſeſſores præferūtur aliis. l. congruit l. prædia. C. de loc. præd. civil. idq; multis diſtinctè confirmatur à Berlich. p. 2. concluſ. 39. n. 3. & ſeqq. Neque contra hæc oberit triviale illud, quod ſuarum rerum quilibet ſit moderator & arbiter, per l. in re mandata. C. mandat. quia præterquam quod illud arbitrium à jure, ſeu quæ legis vice eſt, conſuetudine regularum eſſe debeat. l. libertas. in princ. ff. de ſtatu homin. Erneſt. Cothm. vol. 3. reſp. 11. num. 29. & ſeqq. inſuper etiam intelligēdum erit de eo caſu, quo quis abſolutè & irrevocabiliter rei factus eſt dominus, non ſi revocabiliter, ut hic per retractum, quemadmodum ita in ſimili reſpondit Gregor. Everhard. conſ. num. 34. volum. 1. haut aliter ac jus quæſitum alteri irrevocabiliter auferri non poteſt, ſecus ſi irrevocabiliter, Nicol. Everhard. Sen. conſil. 136 num. 10. & conſ. 148. num. 2. 7. Obſt præterea l. 1. C. commun. dividund. & l. 1. C. de commun. rer. alienat. ad quas reſpondet Tiraquell. allegat. loc. num. 30. illis videlicet legibus non prohiberi, quò minus Statuto vel conſuetudine jus retractus introducatur, ideoque ejusmodi conſuetudines contra ſed præter jus vigere, quod latius perſequitur ipſe Tiraquell.

Hiſce

Digitized by Google

51 Hiſce præmiſſis ulterius infertur † jus retractus conſuetudinarium in noſtris terminis, tanquam generis, familiæ & domus cõſervativum, non odio ſed favore potius dignum cenſeri, propter æquitatem quâ nititur, Andr. Geil. *d. obſ. 19 n. 1.* ubi poteſt allegatos à ſe dicit ita communiter Dd. concludere. Johan. Oldendorp. *de jur. & æquitate tit. 5.* Petr. Rebuff. *ad l. recte dicimus 25. fol. 150. A. in princ.*
52 *ff. de verb. ſignific.* Cenſetur autem conſuetudo vel ſtatutum † odioſũ vel favorabile ex principali intentione Statuentium, ut puta; ſi principaliter in alicujus favorem aliquid ſtatuatur, vel moribus utentium introducatur, licet per conſequentiam in alterius odium vergere poſſit, favorabile erit. Bart. *in l. qui exceptionem. in princip. ff. de condict. indebit. per ill. text.* Bald. *in l. cunctos populos. colum. 12. verſ. ſed hic quæro de effectu. C. de ſumm. Trinitat.* Alex. *conſil. 197. col. 1 li. 7.* Roman. *conſ. 39. n. 2.* Nicol. Everhard. *in loc. à rat. leg. larga. ſub. n. 68.* Menoch. *recup. poſſ. rem. 1. n. 28. 37. in fin. & n. 38.* Peck. *de teſtam. conjug. lib. 4 c. 3. poſt. n. 6. verſ. ſecundo adduco,* Honded. *conſ. 95 n. 17. lib. 1.* Cephal. *conſ. 35. lib. 1.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ. 26. n. 23.* Georg. Everhard. *conſ. 39. num. 21. vol. 1.* Corne. *conſil. 89. col. 1. lib. 3.* Cravett. *conſil. 118. n. 9. & 10. & conſ. 242. in princip.* ubi dicit, quando principalis cauſa ſtatuti eſt favor, idipſum dici favorabile. Et hoc videri quando perſona contra quam quid ſtatuitur, non eſt digna aliquo odio, nec aliquid admiſit, cur in ejus odium ita ſtatui debeat. Idem infert Menoch. *conſil. 4. n. 14.* Jam verò inſpectâ principali ratione hujus conſuetudinis & Statuti, nihil in odium emptoris vel venditoris, qui contractum jurisgentium celebrando nullum merentur odium, ſed in ſolius retrahentis favorem, ut res redeat in eam familiam, ex qua per venditionem exitura erat, vel ſubſecutâ jam traditione exierat, diſponitur. Et qnamvis reſpectu emptoris & vendi-
53 toris aliquid odioſi admixtum habeat, (cùm non rarò appareat, † quàm poſſit & ſoleat, poſſeſſionum pretia & animos empturientiũ, Retractus timor, debilitare & frangere. Jacob. Curt. 1. *conjectur. cap. 6. p. mihi 127.*) tamen cùm id accidenti & per conſequentiam veniat, non eſt conſiderabile. Bald. *conſ. 439. ſuper primo puncto, col. 1. in fin. lib. 4. quem ad hoc allegat* Cravett. *d. conſil. 118. n. 10.* Similiter ſtatu-
54 ta † quæ fœminas excludunt à ſucceſſione univerſali, non odioſa, ſed favorabilia cenſeri quam plurimi tradidêre. Deci. *in l. venia. n. 5.*

C. de in

[illegible] Gozadin. *conſil* [illegible] Menoch [illegible] Weſenbec. *conſil. 1. n. 65.* [illegible] *40. & ſeq.* Geil. [illegible] & eleganter Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut.* [illegible] Caſpar. Anthon. Theſſaur *Quæſt. Forenſ.* [illegible] principaliter favore maſculorum, à quibus familiæ propagantur, *l. pronunciatio. ff. de V. S. § ſed etiam vetuſtas* [illegible] *defer.* non vero in odium fœminarum concepta ſunt, cum fœminæ intuitu ſexus nullo per ſe odio dignæ ſint, ſed potius propter obſequia, quæ maritis præſtant, propter partus periculum, & ipſam liberorum procreationem, favorem & privilegia in multis juris articulis mereantur. text. *in l. aſſiduis. C. qui potior in pignor. &* honorari debeant. text. *in l. maximum vitium, verſ. ſancimus verbis & in ſcripturâ teſtamento* [illegible] *eas honorari, &c. C. de liber præterit. Novell. de donation. 162. c. 3. in fin.* ibi: oportet enim ipſam dignari majore ſtudio, ut quæ & parturierit & pepererit & nutrierit, &c. *& l. 4. in* [illegible] Pietas æqualis. *ff. de curat. furioſ.* Hinc ortum proverbium, quo dicitur, Prieſter vnd Frawen ſoll man ehren / quod refert Hieronym. Schurff. *conſil. 44. n. 4. cent. 1.* E contrariò odioſum dicitur ſtatutum † 55
vel lex, quæ principaliter in odium quorundam hominum concipitur: utputa, quando aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbantur, quotiens nimis multis perſonis graſſantib. exemplo opus eſt, *juxta l. aut facta. 19. in fin. ff. de pœn.* Similiter SCtm Macedonianum dicitur odioſum; quia inductum fuit in odium creditorum mutuantium filiisfamilias, ideoq; non habet locum in vendente, locante, vel alio modo contrahente, *l. ſi filiusfamilias, §. is autem ſolus, ff. ad Macedon.* Trentacinq. *d. reſol. 1. de ſtatut.* Licet enim & hic favor publicæ tranquillitatis & utilitatis verſetur, tamen exacerbatio illa principaliter in odium graſſantium ſtatuitur, quod illi creſcentibus delictis majus odium & graviores pœnas mereantur.

An verò eadem conſuetudo ſeu ſtatutum † diverſo reſpectu 56
poſſit eſſe & dici odioſum & favorabile, dubitatur? Negat id Tiraquell. *in d. præfat. n. 65. & ibi allegat.* At affirmativam alii non poſtremi nominis JCti tuentur Andr. Geil. *de arreſt. Imper. c. 6. n. 20.* Menoch. *remed. recuper. poſſeſſ. 1. 2. 33. & ſeq.* Pariſ. *conſ. 85. n. 28. lib. 2.* Alciat.

D *reſponſ.*

reſp. conſ 66. in fin. Idq; eleganter poſt Bald. Deci. & alios firmat Cravett. *d. conſil. 118. num. 10.* Neque multum adverſatur ratio adducta à Tiraquello, quod videlicet una eademq; res non poſſit cenſeri diverſo jure: *per l. eum qui ædes. ff. de uſucap.* quia hoc procederet, ſi nō diverſi reſpectus in eandem rem caderent, & ſic ex eadem conſi-
57 derari poſſent. Nam tunc eadem res pro diverſitate † reſpectus diverſo jure cenſeri poteſt. *l. mutes. § pro parte. de legat. 2.* ubi in prælegatis pars habetur jure hereditario, pars jure legati. *l. ſi quis preſcindendum. §. ult. de furt.* ubi furtū unius rei à duobus commiſſum pro parte unius occultum, pro parte verò alterius manifeſtum dicitur. Panormitan. *in c. cum in tua. in fin. de decim.* Ripa *in l. ult. n. 122. C. de rev. ccād. donat.* Deci *in l. in teſtamento. la. 1. n. 8. C. de teſtam. milit.* Menoch. *d. loc. n. 36.* Eamq; conſiderationem admittit ipſe Tiraquellus *de lin. retractu. §. 1. gloſſ. 18. n. 23.* addens quod etiam duo contraria ex eadem re poſſint procedere diverſis reſpectibus *per not. gloſſ. in c. 2. in verb.*
20 † in cognatione non minus per remotiores quàm proximiores conſervantur, Tiber. Decian. *reſp. 7. n. 53. lib. 1.* quem ad hoc allegat. Joh.
21 Vincent. Honded. *conſil. 4. n. 43. vol. 2.* Et ita † etiam in retractu feudali ex communi interpp. ſententia ſervatur. Schrad. *d. p. 1. q. 3. num.* 14. ubi ſe ita reſpondiſſe teſtatur, *& p. 8. c. 7. n. 57.* Andr. Fachin. *6. controverſ. c. 17.* Roſenth. *de Feud. c 9. concluſ. 82. n. 11. 12. & 13.* Gacheran. *deciſ. Pedemont. 177. n. 4.* Quamvis contrarium teneat Hartman. Piſt. *lib. 2. p. 1. q. 12. n. 56. & ſeqq.*

22 Pro ratione dubitandi adferri poteſt, quod quoties † à lege vel ſtatuto, pluribus intra certum tempus jus aliquod datur, ita ut aliqui eorum cæteris præferantur, poſteriores non admittuntur, dum locus eſt illis qui priori gradu ſunt, *l. ſi filius qui patri. §. cum filius ff. de bon. libert. in illis verbis: Et ſine dubio, qui ſequentis gradus ſunt, non admittuntur interim, junct. l. 3. de acquir. hered. l. ſi plures ff. de jur. deliber. l. 1. § ſi intra centeſimum ibi: ſi mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti debet. ff. de ſucceſſ. edict. c. ne pro defectu, extr. de elect.*

23 Pro ratione decidendi facit, quod quando † aliquid non integrè, nec in ſolidum multis defertur, quilibet eorum ad id admittitur, etiamſi non ſit primi gradus. *l. 3. §. ſi ad plures ff de ſepulchr. violat.* quamvis proximiores in gradu, ſi eo jure uti velint & poſſint, præferantur, nec præventione excludantur, modò intra tempora legitima veniant. *l. ſi maritus. § ult ff. de adulter. & in ſeq. limitat. 1. ad hanc*
24 *ampliat. plura dicentur.* Nec enim † remotior, vel qui minus juris habet, præferri debet ei qui plus juris habet, & potior eſt. Weſenb. *conſ. 31. num. 32.*

Limita

Limita itaque I. hanc ampliationem, † niſi alius proximior hoc 25
jure uti velit, is enim remotiorem excludit, exemplo ſucceſſorii
edicti, Tiraquell. *hic* §. 11. *gl.* 2. Joh. Vincent. Honded. 1. *conſil.* 7. *n.*
2 Petr. Rebuff. *reſp.* 153. *incipit præſuppoſita.* D. Gœdd. *conſil. Marp.* 32.
n. 128. *vol.* 3. Martin. Peg. *in tract.* vom Verkauff, *lib.* 1. *cap* 34. *in princ.*
Matth. Berlich. *p.* 2. *concluſ.* 39. *n.* 29. *& duob. ſeqq.* Petr. Gregor. Tho-
loſan. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib.* 26. *cap.* 13. *num.* 7. Benedell. *ad princ.*
conſtitut. de jur prothomiſ. n. 186. *& ad* § *inprimis. ante n* 5. *cum ſeq.* Paul.
Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol.* 3. *deciſ.* 56. *n.* 1. ubi *ad fin.* hanc ſententiam
ſupremum ſenatum Mechlinienſem in judicando ſæpius ſecutum
fuiſſe refert. Quanquam frequentius ſit, cognato vendita à pro-
pinquiore non retrahi, ut ex Renato Chopino *de legib. Andeg.* tradit
idem Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 302. *n.* 24. Papon. *lib.* 11. *tit.* 7. *arreſt.* 28.
Anton. Gomez. *in comment. ad l. Tauri.* 70. *cum* 5. *ſeqq. n.* 13. *fol.* 533. Et
ita etiam in retractu Feudali ſervatur. *per text. in c.* 1. §. *ſed etiam rei, per*
quos fiat inveſtit. c. 1. §. *donare. verſ. porro. in fin. qual. olim feud pot. alien.*
Hartm Piſtor. 2 *q.* 6. *& n.* 61. D. Gothofred. Anton. *affinis meus p. m.*
bonor. diſp. Feud. 10. *th.* 5. *lit. D. in notat.* Nam quando † plures vocantur 26
perſonæ indefinitè & ſub nomine collectivo ſanguinis ſeu familiæ,
intelliguntur vocatæ ordine ſucceſſivo, ut ſcilicet proximior primo
loco, & deinceps cæteri admittantur. *l. pero.* §. *fratre. l. cum ita.* §. *in fi-*
deicomm. & ibi Bart. & alii. *ff. de legat.* 2. *l. heredes mei.* §. *ult. ff. ad Trebell.*
Caſtrenſ. *conſil.* 383. *in pr. lib.* 1. Stephan. Bertrand. *conſil.* 30. *in fin. lib.* 4.
& conſil. 105. *ibid.* Cravett. *conſil.* 13. *n.* 2. Georg. Everhard. *conſil.* 4.
n. 4. *vol.* 1. Et potior † in ſanguine potior cenſetur in jure. Matth. 27
de Afflict. *de jur. protimiſ.* §. *in alio Græcorum. n.* 8. perindè ac proxi-
mior in gradu, potior eſt in ſucceſſione. *c. un.* §. *ult. de nat. ſucceſſ. feud.*
Roland. à Valle *conſil.* 82. *n.* 36. *vol.* 2. Sic & in retractu vicinitatis
vicinus † propinquior remotiorem excludit. Bald. *de jur. protimiſ. n.* 28
9. *per l. adeò.* §. *inſulam. ff. de acquir. rer. domin.* Et medium † inter duo 29
extrema poſitum ſemper vergit ad proximius. §. *inſula. Inſtit. de rer. di-*
viſ. Bard. *ad l. qui juriſdictioni.* 10. *n.* 5. *ff. de juriſdict.* De conſuetudine
† ſpeciali Pariſienſi, ille præfertur, qui proximus in jus vocavit em- 30
ptorem, licet alii fuerint proximiores, ut poſt Benedict. refert. Petr.
Gregor. *d. lib.* 26. *c.* 17. *n.* 8. Et ita † juxta eam, ſicuti in aliis ſimili- 31
bus, locus erit præventioni & præoccupationi, ut poſt Caſtrenſ. *conſ.*

221.*n.*2.*lib.*1.Tiraquell.*hic.*§.*10.gloſſ.*4.*n.*2. notat. Stephan.Gratian. *Diſcept.Forenſ.*526.*n.*9.*vid.* Cardin. Tuſch. *pract.concluſ.*578.*n.*12. *verb.ſtatutum.lit.S.*

32 Declara I. hanc limitat † modò proximior intra annum & diem agat, vel remotiorem argentem afferendo ſe ad retractum excludat. Petr. Gregor. *in ſyntagm.cap.*17.*n.*8.*d.lib.*26. Ludolph.Schrader.*de Feud.p.*1.*quæſt.*3.*n.* 14.*in fin.*ubi ſcribit, agnato proximiori, annali ſilentio vel alio modo excluſio, remotiorem non excludi à facultate hujus juris. *vid.tamen quæ adduximus infr.quæſt.* 7. *concluſ.*5. *Ampliat.*4.ubi contrarium defenditur.

33 Declarat.2. † eandem limitat. quod licet proximior dicatur is, quē nemo antecedit in gradu cognationis.*l.proximas.*92.*l proximi.* 155.*de verb.ſignif.l.qui duos.*9.*ſub fin.princ.ff.de reb.dub.l.*1.§.*proximus. ff.unde cognat.l.ex duobus.*34.*ff.de vulgar.& pupill ſubſtit.l.*2.§ *hac hereditas.*2.§.*legitima.*4.*ff.de ſuis & legitim.* Hond. *conſ.* 4.*nu.*104.*vol.*1. Joh.Philip.Monſpel.*reſp.*7.*n.*36.tamen hoc ipſum in uſu juris & maximè hac retractus materia, non ita ſtrictè ſemper ſervatur. Alciat.

34 *ad d.l.proximus.n.*1.*& ſeq.de V.S.* adeoq; proximus † non rarò appellatur, quicunque jure conſanguinitatis aliquem attingit. Marc.

35 Mantu.*de jur.protimiſ.ſeu ad d l.dudum.C.de contrah. empt.* etiamſi † ante ſe alios habeat, eos tamen, qui uti hoc jure vel nolint, vel non poſſint, text.*in l. quamvis adulterii.C.ad leg.Iul.de adulter.* ubi patruus dicitur proximus, quamvis frater exſtet, eo prximior. *fac. l. cum rem alienam. C.de legat.* ubi legatum proximæ perſonæ relictum intelligitur etiam de iis, qui non ſunt gradu priores *l.gradatim.ff.de muner.& honor.*ita Ulpian. proximum accipit eum, qui tunc, cum repudiatur hereditas, primus eſt. *l.*2. §.*proximum.ff.de ſuis & legitim. junct.l.*1.§.

36 *proximus.ff.unde cognat.* Ex quibus patet proximum † quandoq; accipi pro ſanguine conjuncto, quandoq; pro eo quem nemo antecedit. Rebuff.*ad d.l.proximus.ff.de verb.ſignif.fol.* 401. *verſ. ex prædictis.*

37 In hoc itaq; † retractus negocio proximus rectè dicitur is, qui ex venditoris conſanguineis hoc jure utitur, quamvis alii proximiores exiſtant, qui tamen idipſum negligant, repudient, vel alio modò inhabiles ſint, modò inter duo diſcreta nullum adſit impedimentum. Sic proximiore mortuo, proximus eſſe incipit, qui moriente teſtatore non erat proximus. § *proximus. Inſtit.de legit, agnat.ſucceſſ.* Forſt.

de ſuc-

de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 1. c. 30. num. 2. & 3. Johan. Vincent Honded,
1. conſil. 72. num. 36. & ſeq. ubi dicit paria eſſe, aliquem non exſtare,
vel exſtare, & non ſuccedere, ad effectum, ut alius poſt eum voca-
tus admittatur *per l. 1. § ſi pater emancipatus. & §. ſi pater in poteſtate.*
ibid. Bart *ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Cravett *conſil. 113. num.* 4. Simili-
ter lex † quæ primogenito regum defert, in eo etiam obtinet, qui 38
mortuo, repudiante, vel inhabili exiſtente primogenito, ex poſt fa-
cto major natu exiſtit. Satis enim eſt, ne ante ſe aliquem, vel talem
habeat, qui ſit incapax, quive jure ſuo uti nolit, Alciat. *in d. l. proxi-
mus. de verbor. ſignific.*

Declarat. 3. † proximitatem æſtimari à tempore venditionis, 39
ita ut is cenſeatur potior, qui tempore venditionis proximior erat,
non obſtante, quod alius quiſpiam proximior ante fuerit, vel poſtea
naſcatur. Chaſſan, *ad Conſuetud. Burgund. tit. detract. verb. l. plus pro-
chain. annot. ult.* Petr. Greg. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. c. 16. per tot.*
Alex. Raudenſ, *in tr. de analog. lib. 1. c. 27. n. 55.* Matth. Berlich. *p. 2.*
concluſ. 39. num. 28. Nam † ubi proximior vocatur in eventum alicu- 40
jus conditionis (quæ hîc eſt venditio) tunc quia conditio ſtat non
ſolum in vim conditionis, ſed etiam in vim demonſtrationis, cenſe-
tur demonſtrata perſona, quæ reperitur proximior, quo purificatur
conditio, hoc eſt, quo perficitur ipſa emptio venditio *arg. l. cum pa-
ter. §. à filia. verb. non eſſe. & ibi gl. ff. de legat. 2. l. cum pater. §. hereditatē l.
non oportet. ff. eod. l. intervenit. de legat. præſtand. facit. §. proximus. Inſtit.
de legitim. agnat. ſucceſſ.* Cuman. *in l. commodiſſimè. col. fin.* & ibi Aret.
col. 1. de liber. & poſthum. quos allegat Alexand. Raudenſ. *reſp. 2. n. 79.*
Idemque latius perſequitur *in tr. de analog. d. c. 27. num. 51. & ſeqq.*
Qui itaque tempore venditionis non fuit proximior, non eſt in cō-
ſideratione: quia † omnis diſpoſitio judicatur ſecundum tempus, 41
in quod confertur effectus, *arg. l. quod ſponſæ. C. de donat. ant. nupt. l. in
fuga. C. ad L. Flav. de plag.* & huc faciat appoſitè, quod tradit Tiraq.
in tr. de jur. primogen. dum ſcribit, quod quando diſpoſitio loquitur
generaliter, cujus tamē executio in uno tantum ſuppoſito vim exer-
ceat, tunc in dicta generali diſpoſitione nullum ſuppoſitorum de-
terminatè comprehendatur, ita ut ſi ante eventum eſſe deſinat, per-
inde ſit, ac ſi ab initio ſub illa generalitate non fuiſſet comprehen-
ſum *quæſt. 40. num.* 148. Qualitas † namque adjuncta verbo intel- 42

ligi debet ſecundũ tempus verbi *l.in delictis.§ ſi extraneus ff.de noxal. l. Titius.ff.de milit teſtam.cum ſimilib.* Crot.*conſil.4.n.22.lib.1.* Cephal. *conſ.765.num.17.lib.5.* Roland.à Valle *conſil.100. num. 27.volum.2.* Cravet.*in reſp.pro genero.num.40.* Bertazol. *conſ crim.245.num.7 lib.1.*
43 adeò,ut ſufficiat,† ſi reperiatur adeſſe tempore,quo actus fit & perficitur,licet poſtea deficiat vel ante non fuerit,per leges & authoritates,quas ad hoc congerit Schrad.*in tr.de feud.p.10.ſect.7. num.* 111. *&* 112.& Andr.ab Exea *in tract.de pact.n.155. & ſeq.* atque ita diſpoſi-
44 tio † conſideranda eſt ſaltem eo tempore, in quod confertur *l. Titio cum monetur ff de uſufruct.* Dd.*in l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt.* Menoch.*conſ.106.num.323.lib.2.* Grat.*conſ.63.num 20.lib. 1.* Decian.
45 *reſp.86.num.40.vol.3.* dicens, habilitatem † perſonæ in quacunque materia conſiderari debere eo tempore , quo caſus de quo agitur, occurrit.*per.Dd.& jura ibi alleg.* Schrad.*d. p. 10 ſect. 7.num.115.* Dec. *conſil.40.colum.7.*

46 Limita hanc † declarationem , modò is qui tempore venditionis proximior eſt,hoc jure utatur, antequam proximior naſcatur,aliàs enim intra tempus præfinitum , & is qui tempore venditionis nondum natus fuit,ab hoc jure non excluditur , & ita Pariſiis judicatum refert Papon.*rerum judicat lib.11.tit.7.arreſt.1.* Paul. Chriſtin. *vol.3.deciſ.Cur Belg.58.num.3.* Joan. Gutierrez. *lib.2.pract.q.87.* Alphonſ.à Carranza *in tract.de partu natur.& legitim.c. 2. §. 4. num.40.* Balthaſ.Benedell.*in tr.de jure prothomiſ.ad princ. conſtit. n.158.* Conf. Martin.Peg.*li.2.* vom Vorkauff/ *c.34.verſ.* hie iſt aber ein Frag/ Marc.
47 Mant *de jure protimiſ.n.58.& ſeq.* Intellige † tamen per tutores & Curatores id fieri debere. Diſſ. Philip. Dec.*conſ. 222.n.2.3.* Marian.Socin.Jun.*conſ.22.dub.1.lib.1.* & alii ab iſtis allegati.

48 Declara 4. † proximitatem hic non conſiderari reſpectu primi acquirentis , ſeu ejus à quo primum bona alienata proceſſerunt, ſed reſpectu venditoris. Tiraquell. *hic §.11 gl.1.num.18 per l.ſed & ſi plures.§ filio impuberi.ff.de vulgar. & pupill. ſubſtit.* ubi non ſtipitis, cujus deſiit eſſe hereditas, ſed ſequentium , quorum per aditionem ſubſecutam patrimonium proprium fit,ratio habetur, Bart. *in l.ult. colum.1 ad Trebell.* Petr.Gregor. *in ſyntagm.jur. univerſ.lib.26.cap.13. num.2.* Valentin. Forſter. *de ſucceſſ.ab inteſtat.lib.3. cap.30.num.17.* Borlich.*p.2.concluſ 39. num.27.*

Con-

Contrariū † tenet Chaſſanæus [illegible] 49
d'un noble / ou de lige, cujus rationes [illegible]
n. 11 *& ſeqq.* Prior † autem opinio verior [illegible], 50
cum retractus reguletur ſecundum naturam ſucceſſionis ab inteſtato, in qua proximitas conſideratur reſpectu ultimi defuncti, Schr[illegible] *conſil.* 12 *n.* 321. Confer Berlich. *de concluſ.* 39 *n.* 27 [illegible] 24. [illegible] *jus* [illegible] & Forſter. *d.c.* 3 ubi id latius perſequitur.

Declara 5. † gradus cognationis & proximitatis hic computari potius ſecundum jus civile, quàm Canonicum, ut monet Cujac. *conſultat.* 9. Et ita etiam in quorundam locorum ſtatutis expreſſe cavetur. 51

Limita † hanc declarat. non procedere, ſi fortè alia computatio graduum in retractu vel ſucceſſionibus moribus aut ſtatuto recepta ſit, vel in terris Eccleſiæ, ubi jus viget Canonicum, verſemur. 52

Limita II. † Ampliat. niſi remotior hoc jus prætendens ſit ultra decimum gradum, per tradita Tiraquell. *hic* § *1. gl. 9. num. 22. & ſeqq.* Ludolph. Schrader. *de Feud. p. 10. ſect. 19. n. 44.* Martin. [illegible] vom Vorkauff oder Einſtandt / *lib. 1 cap. 7.* Martin. Berlich *p. 2 concluſ. 39. n. 34* Hartman. Piſtor *obſ. 207 n. 5.* Petr. Gregor. † *in ſyntagm.* 53 54
jur. univerſ. lib. 26. c. 13. n. 3. ubi tamen in eam propendet ſententiam, proximitatem ultra ſextum & ſeptimum gradum in retractu non eſſe extendam. Ordinatio † Solmenſis ad quintum tantum gradum 55
incluſivè in linea collaterali, juxta computationem juris civilis, retractum proximitatis admittit *part. 2. tit.* 12. §. damit man auch / *&c ibi:* Alsdann die Nechſtgeſippte in der zwerch oder beſeits Linien / biß in das fünffte Glied einſchließlich (den Käyſerlichen Rechten nach zu rechnen) das iſt Brüdern / Geſchwiſtern / Bruder vnd Geſchwiſter Kindern / vnd fürter derſelben Kinder / weiter ſoll ſich die nechſten Blutsverwandſchafft / ſo viel den Abtrieb belanget nicht erſtrecken; inſpiciendæ itaque hoc caſu erunt locorum conſuetudines & ſtatuta, quæ ſi circa gradum nihil determinent, gradus ſucceſſionis ab inteſtato attendentur.

Limita III. † niſi unus ex agnatis ſit confinans, is enim, ſe- 56
cundum quoſdam, eſſet præferendus agnato non confinanti, ſecundum Borg. *deciſ. 19. de contract. lib. part. 2. n. 85 quem refert* Ariſmin.

Tepat.

57 Tepat *in compend. decis. tit. 399. c. 8. in fin.* Siquidem † duo vincula, fortius ligant, quam unum, & ne quidem Hercules contra duos.

58 Ampliat. II. † procedere concluſionem etiam in conſanguineo, qui non eſt ex ea ſtirpe, unde bona provenerunt vendita, & ita pronunciatum fuiſſe pro Guilielmo de Cotereau, retrahente Dominum de Cobbogem, contra Dominum de Landas emptorem, illum nempe admittendo, Anno 1600. teſtatur Paul. Chriſtinæ. *decis. Cur. Belgic. vol. 1. decis. 372. n. 3.*

59 Limitatur † tamen rurſus non procedere hæc Ampliatio, ſi proximior aliquis exſtaret, qui ex eodem ſanguine proficiſceretur, unde bona retrahenda profecta ſunt, tunc enim in concurſu talis veniret præferendus, uti ſæpiſſimè alibi judicatum ſe meminiſſe teſtatur, idem Chriſtinæ, *d. decis. 372. num. 3. vers. ſed ſi proximior.* Cum
60 non ſit † abſonum, certis caſibus, retractum gentilitium dari etiam adverſus cognatum, ſecundum Papon. referentem ſic judicatum fuiſſe, *lib. 11. rer. in Curia Parſ. judicat. tit. 7. arreſt. 27. de quo vid. etiam hic ſupr. limitat. Ampliat. 1. n. 1.*

61 Extende † hanc Ampliationem in conſanguineo vel filio qui patris venditoris aut cognati heres eſſe non vult, ejusque hereditate abſtinuit vel eam repudiavit, ſive etiam ab eadem exhæres ſcriptus eſt; quia jus retractus nullam habet connexitatem cum hereditate, & citra controverſiam ad retractum admittitur cognatus qui heres non eſt venditoris, neque etiam eſſe poteſt, imò etiam exhæredatus
62 *arg. l. ſi ex patronis. 10. §. Iulianus. ff. de bon. libert.* Siquidem † per exhæredationem jura ſanguinis & cognationis non tolluntur, *l. jura ſanguinis de reg. jur. cum ſimilibus.* Atquis jus retractus nititur jure cognationis & ſanguinis, ut ſuo loco dictum ſatis, & non jure hereditatis. Et ita in cauſa quadam in Dicaſterio Marpurgenſi agitatum & reſolutum memini, 10. Maji An. 1630. tenetq; hanc opinionem expreſsè Ant. Gomez. *in comment. ad l. Tauri. 70. cum 5. ſeq n. 5. fol. 521.*

63 Ampliat. III. † concl. 1. procedere, etiam ſi plures exiſtant venditoris conſanguinei ejuſdem gradus, tunc enim omnes, ſi hoc jure uti velint, admittuntur, ſinguli ſcilicet pro rata. Joh. Fab. *in §. ſi plures Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Tiraq. *hic § 1. gl. 9. num. 178. &* §. 11. *gl. 10. n.* 1. Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. tit. 13. num. 6.* Anton. Gomez. *in comment. ad l. Tauri. 70. cum 5. ſeqq. n. 13. in fin.* ſubjiciens, ita

ſcim

ſe in quæſtione defacto dixiſſe Martin. Peg. *in tract.* vom Verkauff/
lib. 2. cap. 10. (ubi addit etiam, quod fratres utrinque conjuncti fra-
tres ex uno latere in retractu excludant, de quo tamen valdè dubi-
to, cum in retractu non ad duplicitatem vinculi in gradu, ſed jus fa-
miliæ & agnationis reſpici ſolet) Matth. Berlich *p. 2. concluſ. 39. num.
25.* Conſule omninò Joan Bapt Coſtam *in tract. de rat. rata, quæſt.
237. per tot.* Balthaſar. Benedell. *in tr. de jure prothomiſ. §. penult. n. 10.
& ſeqq & ad §. in primis. n. 10. & ad princ. conſtitut. n. 119.* Paul. Chri-
ſtin. *deciſ. Cur. Belgic. vol. 3. deciſ. 56. n. 2.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ.
578. n. 12. verb. ſtatutum* juxta illud: Quorum † æqualis eſt ſanctitas, 64
eorum & feſtivitas æqualis celebrati debet. *c. ſcire debes. diſtinct. 76.*
Et ita etiam in ordinatione Darmbſtadina cavetur. §. Würde ſichs
dann auch zugetragen/ ꝛc.

Extende hanc † Ampliationem procedere, ut etiam gradu re- 65
motiores ſimul pro rata admittantur, jure repræſentationis, cum iſti
ſuccedentes in locum prædeceſſorum eorum jure gaudeant, exem-
plo ſuccedentium ab inteſtato, prout in conſuetudinibus Pictonum
quas Tiraquell. explicat diſertis verbis cavetur, ibi: *Ou ceux qui les
repreſentent. &c. d. §. 11. gl. 9.* Et idem in retractu feudali defendunt,
Johan. Köpp. *deciſ. 54. n. 61.* Dn. Gothofred. Anton. *diſp. Feud. 10. th. 5.
lit. D. in notat.*

Verum hæc † extenſio in retractu proximitatis non tranſit ſi- 66
ne difficultate in aliis locis ubi id in ſtatutis non reperitur expreſſum,
vel moribus receptum. Nam hoc jus retractus licet ſit favorabile,
tamen ſtrictè † venit interpretandum, neque ultra caſus, in ſtatutis 67
expreſſos vel moribus receptos, facilè extendendum eſt, per ea *quæ
ſupr. in fin. 1. quæſt. adduximus.* Si itaque verba ſtatuti vel conſuetudi-
nis, proximiores ad jus retractus vocent, die Nechſtgeſippte / Ange-
wandten vnd Blutsfreunde / eo caſu remotiores cum proximiori-
bus non concurrerent. I. quia ‡ ſtatuta & conſuetudines ſtrictè 68
accipiuntur, neque de caſu ad caſum extenduntur, per allata ſupr.
d. q. 1. II. Quando † ſit mentio proximi propriè loquendo, alio 69
proximiore exiſtente & agente, qui gradu remotior eſt, licet is ſit,
qui priorem repræſentet, non comprehenditur. *l. jubemus in princ.
junct. §. ult & ibi* Dd. *C. ad Treb. l. ſi libertus præterito. §. ſi libertus ff. d bon.
libert.* Socin. *conſil. 252. col. 2. verſ. ad idem adducitur.* Et ubi ſola † con- 70

ſideratur gradus prioritas, frater excludit filium fratris. *l.3.§.ſi duo.ff.*
de legit.tutor. quod latiſſimè perſequitur Tiraq. *tr.de jur.primog.q.40.*
71 Natura † ſiquidem in generationibus non facit ſaltum, ſed priorita-
tem gradus, ex prioritate generationis æſtimat. Atqui in ſtatutorũ
72 † & conſuetudinũ interpretatione, verba quoad fieri poteſt, propriè
& prout jacent accipienda. *l. Labeo.7.ff.de ſupellect.leg.l.non aliter.de*
legat.3. Bart. *in l.quod conſtitutũ.21.ff.de teſt.mil.* Bald. *in l.maximum vi-*
tium.n.15.C.de liber.præter. Joh.Sichard. *ad l.1.C.qui teſt.fac.poſſ.* Crav.
conſ.271.n.3. Herm.Vult. *2.conſ.Marp.26.n.25.* Andr.Geil. *2.obſ.140.n.*
73 *14.& 15.* III. Huc facit quod traditur, repræſentationem † locum nõ
habere, quãdo ſpecificè vocatur proximior. *§.ſi igitur defunctus, verſ.*
hos præponi volumus.verſ.vicinores gradu. Nov.118. Auth. poſt fratres
frat.verſ.quicunq; ſunt gradu proximiores. C.de legit hered.l.pronunc.§.
familiæ.verſ.agnatus proximus.de verb ſignific.junct. §.ſi plures.Inſtit.de
legit.agnat.ſucceſſ. & ſic ſuper ſtatuto reſponderunt Grat. *conſil. 27.n.10.*
lib.1. Joh. Bologn. *conſil.9.n.46.* inquiens eam eſſe veram & commu-
nẽ, & ſecundũ eam fuiſſe ſæpius judicatum. Bald. *l.3.in princ.C.de ſuis*
& legitim. Martin. Laud. *de primogen.q.38.circa fin.* Anton.Gabriel.
de ſucceſſ.ab inteſtat.concl.2 n.20.quos & alios ad hoc adducit & in ſimi-
li multis confirmat Alexand. Randenſ. *reſp.2.pro Rege Hiſpan.n.45 &*
74 *mult.ſeqq.* IV. Retractus † hodiè ſpeciali jure, ſtatutis videlicet &
locorum conſuetudinibus nititur, præter juris communis diſpoſi-
75 tionem, *ut ſupra in q.1.dictum.* Sed & repræſentatio † ſimiliter ſpe-
ciali jure & privilegio ſubſiſtit, *Nov.118.c 3.verb.hujuſmodi verò pri-*
vilegium, Benedict. *in repetit.cap.Raynutius,in eod. verb.n.616.* Zaſ.1.
76 *ſingul.reſp.c.7.num.7.& 9.* Indeq; ultra † fratrum & ſororum liberos
77 non extenditur. *Auth poſt fratres.C.de legitim. hered.* Duorum † autẽ
ſpecialium concurſum in eadem re jus noſtrum nauſeat, & non fa-
cilè admittit. *l.cum poteſt.§ gener.ff.de jur.dot.l.1.in fin.& quæ ibi not.C.*
de dot.promiſſ. Ruin. *conſil.66.n.20.vol.3.* Joh. Petr.Surd. *conſil.135.n.79.*
78 V. Repræſentatio † quandam juris fictionem ſapit, quæ fratris fi-
lium vel alium remotiorem fingit eſſe parem cum fratre, eundem in
defuncti patris ſui locum ſubſtituendo, *d.Nov.118.cap.3.* Schrad. *conſ.*
79 *3.n.12.vol.1.* Statuta † autem & conſuetudines in caſu vero, non
ficto intelligendæ, nec ad caſum fictum extenduntur. *text.in c.in no-*
ſtra,de jur.l.3.§.hæc verba.ff.de negoc.geſt. Bart. *in fin.ff.eod.* Schrad. *d.*
conſ.3.

conſ. 3 num. 13. verſ. [illegible] Andr. Gaill. [illegible] *& ſeq.* ubi [illegible] pluribus illuſtrat. VI. Fallit quod † in diſpoſitione ſtatuti vel 80
conſuetudinis, agnationis, ſeu cognationis [illegible] nominatim expreſſe. Socin. Jun. [illegible] *lib. 2.* Dec. [illegible] Paris. *conſ. 34. num.* [illegible] *lib. 2.* Joh. Vincent. Honded. 1. *conſ.* [illegible]

Neque obſtat, quod † retractus reguletur ſecundum jura ſucceſſionis ab inteſtato, ubi repræſentationis jus viget, Peg *in tract.* vom Vorkauff *lib. 1. c. 7 in fin. pr.* [illegible] *& paſſim per tot. tract.* Balthaſ. Benedell *in tr. de jur. prothomiſ.* [illegible] *n. 54 & ad §. inprimis. n.* [illegible] Joan. Parlador *rer. quotid. lib. 2. c. 15. n. 3.* quia hoc procedit in caſibus in ſtatutis expreſſis. Item quoad jura ſucceſſionis regularia & communia, non vero quoad ſpecialia, irregularia & ſingularia, ad quæ jus repræſentationis pertinet. Et hanc ſententiam † poſt Tiraquell. & alios tenet Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 4. c. 22. n. 15. & ſeq.* ubi etiam in aliis caſibus, puta fideicommiſſis, jure patronatus, emphyt., &c. licet & hæc ſecundum ſucceſſionis jura regulentur, juri repræſentationis tanquam ſingulari locum non eſſe oſtendit, contra Harum, Piſtor *obſ. 164.* ubi pro utraq; ſententia multos congeſſit auctores, diſtinctione tandem diſſenſionem concilians. In ſtatuto Darmbſtadino † cavetur, daß das jus repræſentationis, da die Kinder an ſtatt jhrer Eltern tretten / bey dem Abtrieb ferner nicht dann in der abſteigenden Linien gelte. Hoc eſt jus repræſentationis in retractu, non niſi in deſcendenti linea locum habere. 81 82 83

Limitat. hanc Ampliat. III. † non procedere, ſi res retrahenda ſit individua, & partitionem non admittat, tunc enim potiores videntur partes prævenientis, ut ei inſolidum detur actio, *l. 2. C. quando & quib. quarta pars conſ.* Tiraquell. *hic §. 11. gloſſ. 2 n. 2.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jure prothomiſ. § penult. n. 13. & ad § inprimis. n. 10.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. 578. n. 12. verb. ſtatutum. lit. S.* Peg. vom Vorkauff/*lib. 2. c. 10. verſ.* wiewohl auch in den Rechte/*pag. 14. A.* Maximè cùm & aliâs dicatur, quod † duabus cauſis concurrentibus celerior præoccupet *l. ſi ita quis ſtipuletur. de V. O. l. ſi quis ita ſcripſerit. de hered. inſtit.* Bald. *in l. 1. C. de ſerv. fugit.* Henning. Gœden. *conſ. 84. n. 40.* & qui † prior eſt tempore, potior ſit jure. *c. qui prior. de R. I. in 6. cum ſimilib. apud* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 22. n.* [illegible] 84 85 86

87 Vel ſi † ſimul ad judicium provocent, ſorte lis dirimatur *per tradita*
Matth. de Afflict. *de jur. protim ſeu ad l. dudū. n. 52. C. de contrah. empt.*
Chaſſanæ. *ad conſuet. Burgūd. tit. de retract. § 1. ad verb. le plus prochain.*
n. 1. Bendell. *ad § inprimis. n. 10.* Peg. *d. loc. in fin pag. 14. B.* Matth.
88 Berlich. *p. 2. concl. 39. n. 26.* Quia † dubia ſorte ſunt derimenda. *l. quod*
ſi ambo. ff. de judic. §. adoptionis. Inſtit. de legat. cum ſimilib. Cævall. *in*
ſpec. commun. opin. contra commun. q. 248. n. 19. & ſeqq. & ubi humanum
non ſufficit ingenium, ibi fortuna altercationem dirimit, ſecundum
Bald. quem refert Laur. Tennin. Rodulph. *in tract. cautel. cap. 179.*
89 *num. 18.* Sic in † judicio communi dividundo, ſi res commodam di-
viſionem non admittat, & omnium jura ſint æqualia, ſorti res com-
mittitur. *l. fin. ubi* Dd. *C. comm. de legat. d. l. 2. C. quand. & quibus quart.*
90 *pars.* Weſenb. *in paratit. n. 5 ff. de com. divid.* uti & in hereditatis † di-
viſione *d. l. 2. C. quand. & quibus quarta pars. l. 5. ff. famil. erciſc. l. genera-*
liter 24. § quid ergò 17. ff. de fideicom. libert. Anton. Fab. *in Cod. rer. in*
Saband. judic. lib. 3. tit. 25. defin. 2. n. 1. in notat. Philip Matt. *conſ. Marp.*
91 *32. n. 23. verſ. quod verò etiam num. vol. 1.* Ordin. † Solmenſ. *part. 2. tit. 12.*
§. Jtem wollen wir/ wann deren / ſo den Abtrieb begehren zu thun/ viel
vnd in gleichem Grad der Sieppſchafft verwandt ſeynd / vnd keiner
dem andern den Abtrieb allein gönnen will / daß ſie alsdan alleſampt-
lich darzu gelaſſen werden ſollen / ſeynd dann die verkauffte vnd abge-
triebene Güter theilbar / vnd ſie die Abtreiber können ſich derwegen/
was einem jeden davon werden ſoll/ vergleichen/ ſo bleibts darbey/ wo
aber nicht/ ſollen ſie ſamptlich darumb loſſen / welchem das vntheilbar
abgetriebene Gut allein bleiben ſoll. Hoc eſt, quando plures in pari
gradu exiſtentes eandem rem venditam retrahere deſiderant,
& nullus ex his alteri cedere velit, omnes ſimul admittuntur, modò
res vendita diviſionem commodam admittat: Sin minus ſortis
judicio relinquitur, cui res cedere debeat. Concordat Ordinat.
92 Darmbſtadina. *§.* Würde ſichs dann. Quæ autem † & quot modis
res dicatur individua, tractant Dd. *in l. ſtipulationes non dividuntur*
ibiq. ff. de Verbor. Obligat. Hotoman. *illuſtr. quæſt. 20. & 21.* Frider.
Mindan. *de cauſ. continent. cap. 2. num. 7.* Cardin. Tuſch. *tom. 4. lit. I.*
concluſ. 102.

93 Pro ratione dubitandi facit, quod ſortilegia † jure ſint prohi-
bita. *l. nemo. 5. C. de maleſic. & mathem. can. 1. ibiq.* gloſſ. *cauſ. 25. quæſt. 1.*
c. fin.

[illegible] ubi circus [illegible]

[illegible] 94
divinatio [illegible] eſſe [illegible] illa verò [illegible] quæ [illegible] ſuperſtitio-
ne, [illegible] jure & legibus [illegible] improbata [illegible], [illegible]
utroque divino & humano jure comprobata [illegible]
[illegible] Frideric. Balduin [illegible]
Sic poſſeſſio † terræ Canaan inter [illegible] 95
[illegible] *Deuteron.* [illegible] *v.38* [illegible]. Per [illegible] 96
[illegible] *c.1.v.7* [illegible] 6. ubi [illegible]
[illegible] Sorte ex duobus hircis [illegible] Deo
offerendus. *Levit.16.v.8.* Apoſtoli † in eligendo collega & Apoſtolo 97
ſorte utuntur in novo teſtamento, *Act.* [illegible]. Sorte Saul deſigna-
tur Rex, *1 Sam.10.* Hinc Salomon, ſortes † quidem, inquit, mittun- 98
tur in ſinum, ſed dominus gubernat eventũ. *Prov.16.v.33.* Ex de jure
civili faciunt textus modo adducti, [illegible]
[illegible]. Ubi etiam notandum illis caſibus, quibus [illegible]
admittitur, ab ipſis eſſe effectus, ut ab eo † appellationem [illegible] 99
cauſa cognita & ibi DD. *C. de tranſact.* Bart. [illegible]
ult. [illegible] *C comm. de leg.* Jaſ. *ad l.* [illegible] *§. ult. n.16 ff. de leg. 1.* Hippol.
de Marſil [illegible] *n.140. C. de virg.* Cornel. Brederod. [illegible] *de appell.*
p.1. colum.519. lit. C. Catel. Cotta *in memor. verb. ſortis adjudicatio.* Ti-
raq *de jure primog. q.17 opin.1. num.95* Mandel. *conſ.286 n.12.* inique
Annibald. *in addit. lit. D.* Sigiſmund. Scacc. *in tr. de appellat. q.16. lim.6.*
num.1. & q.17 lim. 24. Peregrin *conſ.80 num.9 lib 2.* Vent de Valent.
Parth. litig lib.2.c.5. num.10. Imò reſtitutio † in integrum peti non 100
poteſt adverſus illud. Bald. [illegible] *Prætor.* [illegible] & [illegible] ſæpius pro
nunciatum refert Matth. Coler *deciſ.54. num.9.* Mandel. [illegible]
num.11. Scacc. *d. quæſt.16. lim.6 num.2.* Matth. *d. conſ.* [illegible]
[illegible] *reſtitutionem. & num.34.* Vent. de Valent. [illegible]
ter contra [illegible] Simoncel. *tr. decret. minor. lib.2. tit 4 n 30.* [illegible]
adducitur infra. Conſtat etiam Romanos, † vetuſto olim more, le- 101
gationibus ſortem poſuiſſe, ne inter competitores legationum am-
bitioni aut [illegible] locus foret, teſte Cornel. Tacit. *lib.4* [illegible]
Annal. Concordat jus Canonicum *c.1. 26 q. 2.* ubi Auguſtin. Sors,
inquit, † non aliquid mali eſt, ſed res in dubitatione humana, divi- 102

 nam

nam indicans voluntatem.*c.non exemplo*, *ibid.* & *per tot illam quæſt.* Erneſt.Cothm.*conſil.29.per tot.vol.*5.Philip.Matth. *conſil.Marp.26. n.23.& n.*34.Mandel.*conſ.701.num.11.lib.* 3. Vent. de Valent. *d.lib.2. c.5.n.8.& ſeqq.* Joh.Oldendorph.*claſſ.4.action.* 22. *verſ.ſed eſtne hodie licitum uti ſorte,&c.* ubi tamen prudenter monet, idem quod de
103 jurejurando dicitur, obſervandum eſſe, ne ea † ſicut cibo quotidiano, ſed velut condimentis utamur, ad ultimum definiendæ quæſtionis ſubſidium, neceſſitatemque: Imò in facti quæſtionibus, cum aliquid divinationis ſapere videatur ſortis judicium, ad exemplorũ ſingularium ex ſacris adductorum imitationem, non eſt admittendum,
104 dum, cum ſingularia † non faciant legem communem *per text. in c. non ſtatim.c.non exemplo 26.d.quæſt.2.* Joh.Azori *Inſtitution.Moral li. 9.d.cap.21.Tom.1.* Et ita etiam determinat. Andr.Gail. *de pignorat.ob-*
105 *ſerv.22.num.7.* ubi infert dubiam † poſſeſſionis quæſtionem, tanquam facti, ſorte non eſſe dirimendam. Idem concludit Dn. Referens apud Meichſn.*deciſ.Camer.3.n.14.tom.3.per allegat. ibid.* Cõtrarium tamen contra communem defendere conatur Carol. Molin. *in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.8.gl.1.num.8.& ibid. n.13. & ſeqq.* ubi de varia ſortis acceptione aliaque de ea materia notabilia proponit. In
106 juris autem † quæſtionibus advertendum, ut eo caſu, quo ſors admittitur, diſceptantes parem cauſam, & æquale omninò jus habeant. Andr.Rauchbar.*quæſt.42.num.2.lib.1.* Cothman.*d.conſil.29.*
107 *num.23.* Idem obſervandum, † ſi munera publica, præmia, dignitates, &c. ſorti committantur: id aliter juſtè fieri non poſſe, niſi conſideratâ exactè perſonarum qualitate, ſtatu & conditione, ita ut inter eos demum locus ſit ſorti, quorum par & æqualis virtus, indu-
108 ſtria & conditio: Siquidem expeditum eſt, ſorte † & urnâ mores
109 non diſcerni, inquit Tacit.*lib.20. Annal.* Ideoque quorum † inæqualis eſt ſanctitas, eorum æqualis celebrari non debet feſtivitas,
110 *arg.c.ſcire debes.diſtinct.76.* Et quæ † intellectu & rationis delectu fieri oportet, ea caſui & fortunæ ſubjici non debent. Bald. *in conſtit.ff. §.itaq; ad finem.* Carol.Molin.*alleg.modo loc.n.23.in fin. vid.* Azori.*allegat.modo loco.& lib.11.c.3.verſ.tertiò quæritur, part.2.* ubi quomodo & quando ſorte Rex eligi poſſit, ejus rei adducens exempla. Id-
111 ipſum † tantò magis advertendum, ſi fortè inter plures delinquentes, (prout apud milites uſu ſervari videmus in delictis non ita atro-

cibus

eſibus, multitudinis miſeratione [illegible] ſeveritatem, & publicam ſecuritatem [illegible] ex pluribus captis reum facit, [illegible] puniatis. Quod ſolis a juſtitiæ regula [illegible] omnes, qui ſorti committuntur, æquales planè in reatu [illegible] genere in militaribus judiciis, hac rerum tempeſtate, peccari [illegible] timus, quando inter inæquales in reatu, lubricum & cæcum ſortis judicium admiſſum audivimus: Juris enim divini & humani regula perpetua, quod † ex ſuo quiſque admiſſo ſorti ſubjiciatur. *l. crimen. 26 ff. de pæn.* Et pœna † ſemper delicto commenſuretur. *l. ſi fugitivi. C. de ſerv. fugit. Auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſ.* nec metu ulterius progrediatur pœna, quam reperitur delictum. *l. ſancimus. 22. C. de pæn.* Neceſſe eſt enim, teſte Horat. *ſerm. lib. 1. ſatyr. 3.* ut 112 113

Adſit —

Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.

Et quod in † caſibus tertii præjudicium reſpicientibus ad ſortis judicium recurri non poſſit, tradunt omnes *in l. [illegible] §. fin. ff. de [illegible]. 1. & in l. ſi duobus. C. commun. de leg.* ubi Alberic. de Roſate *n. 1.* rationem aſſignat, quod alienum præjudicium non ſit judicio fortunæ committendum. Sixtin. *in tract. de regalib. lib. 2. c. 16. n. 70.* 114

Ampliat. IV. † Concluſionem procedere non ſolum in proximiore, ſed etiam in herede ejus extraneo. Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univ. lib. 26. c. 15. n. 2.* 115

Limitat. † hanc Ampliat. modò defunctus, qui heredem extraneum reliquit, intra legitima tempora, ad retractum ſe obtulerit & agere cœperit, per tradita Petr. Gregor. *d. c. 15. n. 2.* Anton Gomez. *in comment. ad l. Tauri 70. cum 5. ſeqq. n. 8. fol. 531. & ſeq.* 116

Pro ratione dubitandi occurrit illud: Quod non † eſt ceſſibile, neq; ad heredes eſt tranſmiſſibile. *l. ex partibus ff. de damn. infect.* Bald. *in l. per diverſos. n. 16. quæſt. C. mandat.* Atqui jus retractus non eſt ceſſibile, ut infra concluſ. 2. dicetur. 117

Pro ratione decidendi nota, quod illa regula non ſit perpetua, cum † actiones in judicium introductæ, in heredes tranſeant, & in eorum perſona activè & paſſivè radices agere cenſeantur. *l. 1. C. ut act. ab hered. & cum hered.* Joh. Sichard. *ad rubr. n. 1. C. de heredib. inſtit.* Et ita † in retractu adductam regulam non obtinere, teſtatur Matth. 118 119

de Afflict.

120 de Afflict. *de jur.protimiſ.§ ut intra 30.dies.num 32.* Nam multa † ſunt ad heredes tranſmiſſibilia, quamvis non ſint ceſſibilia per not. Tira-
121 quell.*hic* §.*26.gl.1. num. 48.* Sic fideicommiſſum † univerſale tranſmittitur ad heredes fideicommiſſarii. *l.cogi.*§. *idem Marianus ff.ad Trebell.* & tamen cedi non poteſt. *l. ſi mulier.* §.*ex aſſe.ff.de jur.dot.*
122 Bart.*in l.quia ita.§.1. ad Trebell.* Sic actiones † directæ ad heredes tranſmittuntur, cedi tamen non poſſunt, velut affixæ oſſibus noſtris. *l.quis ergo caſus.& ibi gl.&* Caſtrenſ.*l.ſi Sticho.ff.de pecul.*gl.*in l.3.ff.pro ſoc.*Matth.de Afflict. *deciſ. Neapolit 335.num. 23.* regula autem hæc è
123 converſo † ſi inferatur, magis obtinet, ut quicquid non ſit tranſmiſ-
124 ſibile ad heredes, id quoque non ſit ceſſibile. Quid verò † ſi proximior, qui ſe ad retractum obtulit, plures relinquat heredes, an unus ex illis ſolus hoc jus perſequi & totam rem redimere poterit? Hanc quæſtionem in utramque partem ventilat, Nicol.Boër. *deciſ.Burdegall.251.per tot.* Et eandem affirmativè concludit, ſi reliqui coheredes pro ſua portione expreſsè repudient, vel etiam negligant. An
125 verò † pro portione hereditaria, partem rei venditæ tantum retrahere poterit? In negativam propendet, per rationes ibi adductas & quæ referuntur *infr.quæſt.3.limitat.5.princip. concluſ.* maximè in ratione conciliationis.

126 Ampliat. V. † concluſionem noſtram, ſi plures eandem rem vel diverſas, conjunctim tamen, vendant, tunc omnium cognatis, ac ſi ſinguli vendidiſſent, retractus pro rata competit, ut puta ſi vir & uxor rem communem vendant, *per ea quæ notavit* Tiraquell. *hic* §. *31.gl.1.& unic.per tot.* eaque de re expreſſam ibi recenſet Pictonum conſuetudinem.

127 Limitat. 1. † hanc Ampliat. niſi res ita conjunctim à marito & uxore vendita, alterutrius tantùm ſit & ab ejus familia proveniens: quia is ſolus totum vendidiſſe videtur, qui ſolus eſt Dominus.arg. *l.ſi liqueat.*§.*1. C.de inoffic. donat.* ubi ſi vir & uxor in eodem inſtrumento donaverunt rem viri, ipſe vir tantum cenſetur donâſſe, *junct. l.2.C.ſi adverſ.donat.* Tiraquell. *d.loc.*

128 Limitat. 2. † ut cognati à patre, paterna: cognati à matre, materna bona retrahant. Johan. Fab. *in* §.*ſi plures.Inſtit.de legitim.hered.* Chaſſanæ.*in conſuetud.Burgund. tit.de retract.* §.4.*n.1.* Tiraquell.*hic* § *14.gloſſ.*4. ubi expreſſam hac de re Pictavienſium recenſet conſuetudinem.

tudinem. Dan. Moller. *in commentar. ad conſtitut. Electoral. 31 n. 3. p. 2.*
Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 39. n. 89.* ubi tamen *n. 51.* hanc diſtinctio-
nem de jure Saxonico uſu non receptam teſtatur. Proximi † enim 129
appellatione tam cognati, quàm agnati, in præſenti materia conti-
nentur regulariter. Rebuſt. *ad. l. proxim. verſ ad hæc. fol. 542. ff. de verb.*
ſign. Idq; ad † communia ſucceſſionis jure accedit. *arg. d. l. de eman-* 130
cipatis, in verbis : exceptis maternis rebus, in quibus, ſi de eadem matre
fratres vel ſorores ſint, eos ſolos vocari oportet. C. de legitim. hered. junct. l.
quod ſcitis. §. ſin autem. & ibi gl. & Bart. *C. de bon. quæ lib.* & in hoc o-
mnes modernos Bart. ſequi teſtatur Hyeronym. Schurff. *conſil. 19. n.*
4. cent. 3. eamq; eſſe frequentiſſimam ſententiam aſſerit Didac. Co-
varruv. *in epitom. de ſucceſſ. ab inteſtat. ſub n. 3.* & ſequitur Donell. *li. 9.*
commentar. jur. civ. c. 4. ibiq; Hilliger *in notat. lit. F.* Jacob. Cujac. *con-*
ſultat. 23. circ. fin. ubi ita ſcribit: in bonis quæ à parte habuit, potior eſt
is, qui per patrem, etiamſi remotior ſit, eo, qui per matrem conjun-
ctus eſt: Et ſimiliter † in bonis maternis præferuntur, qui per ma- 131
trem conjuncti ſunt. Rebuff. *ad l. proximus eſt. 92. fol. 400. ff de verb.*
ſignif. ubi dicit : conſiderandam eſſe cognationem illius lineæ, ex qua bona
proveniunt. Quò facit verſic. maternis cedant materna, paterna pa-
ternis, quem refert Conrad. Rittershuſ. *in commentar. Novell. part. 7.*
c. 13. n. 10. adde Berlich. *d. p. 2. concluſ. 39. n. 90.* Quæ jura † in aliis etiam 132
locis, in quibus jus retractus viget, & aliud cautum non reperitur, re-
ctè ſervatur, quamvis in ſucceſſionibus ultra fratres eorumq; libe-
ros, id non obtinere certum ſit, per tradita Valent. Forſter. *de ſucceſ-*
ſion. ab inteſtat. lib. 8. c. 8. n. 6. & 7. Aliud tamen de jure Saxonico ſerva-
ri teſtatur. Dan. Moll. *ad d. conſtitut. 31. n. 4. per conſtit. 14. p. 3.* licet hoc
loco poſteriori *ad fin.* & contrarium in Scabinatu Lipſenſi obſerva-
tum fuiſſe in ſpecie teſtetur.

Ampliat. VI. † & declara concluſionem noſtram in conſangui- 133
neis cujuſq; venditoris, non alterius, utputa ſi primus emptor rur-
ſus vendat : tunc enim non primi ſed ſecundi venditoris cognatis
retractus ius competit.

Extende hanc † Ampliat. etiamſi emptor primo venditori rur- 134
ſus vendat, quia nihilominus ſecundi venditoris cognatis jus hoc
competit, modò conſuetudo vel ſtatutum in acquiſitis retractum
non excludat Tiraquell. *hîc §. 1. gl. 10. n. 35. verſ. quartum illo caſu.*

135 Limitat. 1. † hanc VI. Ampliat; niſi emptor primus intra tempora, quibus competit retractus, rurſus vendat, tunc enim cognatis prioris, non ſecundi venditoris, jus hoc datur & ſalvum manet, cõtra quemcunque poſſeſſorem, quamdiu currit tempus retrahendi. Marc. Matt. *de jur. protim. ſeu ad l. dudum. num. 42. & ſeq. C. de contrah.*
136 *empt.* Nicol. Boër. *deciſ. 182 num. 52.* etiamſi † per mille manus ambulaverit, *idem* Boër *d. loc. & ex eo* Ariſmin. Tepat. *in compend. deciſ. tit.*
137 *399. cap. 9. circ. fin. 137.* tum quia † reſoluto jure datoris, reſolvitur jus acceptoris *l. lex. de pign. l. 3. cũ ſeqq. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.*
138 tum quia actio † hæc eſt in rem ſcripta Geil. *2. obſ. 19. n. 7.* tum quia
139 cognati primi † venditoris ex ipſa prima venditione habent jus quæſitum durante tempore legali, quod ipſis invitis ſine eorum facto auferri non debet. *l. id quod noſtrum. cum ſimilib. de reg. jur.* Matt. de Afflict. *de jur. protim. §. ſcriptum eſt. n. 11.*

140 Pro ratione dubitandi facit 1. quod omnis † diſpoſitio intelligatur rebus ita ſtantibus, ſeu in eodem ſtatu qermanentibus. Vincent. de Franch. *deciſ. 181. num. 12.* Petr. Peck *de teſtam. conjug. lib. 1. cap. 45. n. 7.* Surd. *conſil. 113. n. 67. & ſeq.* Zaſ. *2. conſil. 1. n. 83.* Johan. Vincent.
141 Honded 1. *conſil. 9. n. 28.* Vult. 1. *conſil. Marp. 30. n. 78.* Item 2. dubium movet illud, quod dicitur, mutatâ † causâ perſonæ, mutari etiam jus, *arg. l. 1. C. de imponend. lucrativ. deſcript. l. licitat. §. fin. & ibi* Bart. & Dd.
142 *ff. de publican.* Hoc eſt, quod Philoſophi dicunt: † Variatâ causâ ſecundum circumſtantiam & diſpoſitionem ſubjecti, variatur etiam effectus. Ariſtot. 2. *Phyſ. c. 3.* Jam verò re ab emptore in tertiam alienatâ, res non permanet in eodem ſtatu, mutaturq́; cauſa perſonæ, & conſequenter ipſum jus retractus.

143 Pro ratione decidendi notandum, regulam iſtam † pro prima dubitandi ratione adductam, non ita promiſcuè & indifferenter eſſe accipiendam, aliâs facilè ſubverterentur tractu temporis omnes diſpoſitiones & jura, cum ſemper poſſet allegari rem ſic non exſtare. Bart. *in l. quod ſervius. n. 4. ff. de condict. ob cauſ.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 91. num. 14.* maximè ubi etiam in futurum eventum de jure cavetur, deq́; eo cogitari potuit; quia tunc cauſa nova ſuperveniens nihil operatur. Gozadin. *conſil. 27. num. 9.* Ruin. *conſil. 105. in fin. vol. 5. quos & alios ad hoc allegat & ſequitur* Cacheran. *d. deciſ. 91. n. 15.* Atque contrahentes potuiſſent & debebant de tali caſu cogitare,

quod

quod re venditâ, intra annum & diem proximiori fas ſit vigore ſtatuti vel conſuetudinis rem venditam retrahere. Neque ſecunda dubitatio ſtringit, quia illa regula † procedit in juribus merè perſona- 144
libus, quæ perſonæ tantum cohærent, eaq; variatâ variantur. Jus autem retractus non tantum perſonæ inhæret, ſed etiam rem ipſam reſpicit, eamq; perſequitur, etiamſi per mille manus ambulaverit, per tradita Chaſſanæ *ad conſuetud. Burg. tit de retractu. §. 11. ad verb. ou detenteur, n. 2. 3. & 4. & dicetur infr. q. 9. illat. 1.*

Extende † hanc limitationem, ut etiam poſt annum à tertio 145
revocare poſſit proximior rem alienatam, ſi intra annum lis ſuper retractu mota & pendens, & interim tamen ab emptore rurſus alienata ſit. Tiraquell *hic § 11. gl. 5. n. 1. ibi: & necdum emptor fuerit in jus vocatus* Franciſc. Viv. *lib. 2. deciſ. 320. ubi ſub num* 3. quamplurimi pro iſta ſententia allegantur. Benedell. *in tr de jure protomiſ. ad §. verum ſi infra. num. 15.* Martin. Peg. *in tract.* vom Vorkauff/*lib. 2. cap. 1. verſ.* Wann aber der Dieß. Nam lite † pendente nihil innovandum, *tot.* 146
tit. C. ut lit. pend. & extr cod. tit. c. dilectus. §. quia verò. de appellat. Joh. Andr. *ad c. bona. de appellat.* Matth. de Afflict. *deciſ. 354. n. 19. & ſeq.* Nã per † litis pendentiam res efficitur litigioſa Johan. Oldendorp. *Claſſ.* 147
1. act. 11 verſ. proinde judicii &c. Petr. Frider Mindan *de proceſſibus, li. 1 c. 43. num. 1.* Geil. 1. *obſ. 118. num. 4.* Rei autem † litigioſæ alienatio 148
jure eſt prohibita. *l. 2. l. fin. Auth. litigioſa. C. de litigioſ.* Mynſing. 1 *obſ. 55. num. 1.* Etſi † fiat, ipſo jure nulla eſt *d. l. 2. ibi: tanquam ſi nihil factum* 149
ſit junct. l. fin. Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de litigioſ.* Jaſ *conſil 149 in fin. lib. 4* Matth. de Afflict. *deciſ. 331. num. 2.* Menoch. *conſil. 2 num. 290. & ſeq.* Cacheran. *deciſ. Pedomont. 65. num. 13.* Wurmbſ. *pract. obſ. 7. num. 1 tit. 13.* vel ſaltem † exceptionis ope, ut voluit Cujac. *in paratit Cod de litigioſ. &* 150
Weſenb. *in paratit. n. 5. ff. de alienat. judic. mut. cauſ. fact.* Inducitur † 151
autem litis pendentia, quò ad effectum litigioſi, per citationem ritè emiſſam & inſinuatam. Clem. 2 *ut lit. pendent. Auth. litigioſa. C de litigioſ.* & in hoc omnes convenire teſtatur Didac. Covarruv. *pp. qq. 15. n. 6.* Joh. Oldendorp. *claſſ. 1. act. 11. verſ. pendere autem lis dicitur.* Matth. de Afflict *deciſ. 220. n 13.* Gylman. *in ſymphorem. ſupplic. tom. 3. fol. 00* Geil *d. obſ. 118. num. 4.* modò citatio † contineat narrata li- 152
belli, & quidem talia, ex quibus reus inſtruatur, qua de re ad judicium trahatur, ut not. Mynſing. 4. *obſ. 20. num. 1. per text. in d. Clement.*

153 *ut lit. pend. nihil innov.* Et agatur † actione reali, ſeu quæ ei aſſimilatur, in rem ſcriptâ. Covarruv. *d.q.15.num.6.* Guid.Pap. *deciſ.479.* Natt.*conſil.145.num.16.& ſeq.lib.1.* Cravett. *conſil.279.num.1.* Johan. Vincent. Honded. *conſil. 20.num.31.vol.1.* Bernhard. Græv. *practic. concluſ.118.conſiderat.1.num.3.lib.1.* Wurmbſer. *d.obſ.7.num.3.* minus
154 tamen dubii habet, ſi citatio † non ſolum ritè emiſſa & inſinuata, ſed etiam in termino competenti legitimè reproducta ſit, per tradita Geil.*1.obſ.64.n.6.*

155 Limitat. 2. † eandem VI. Ampliation. non procedere, ſi venditor non ſuam, ſed alienam rem de conſenſu, vel mandato domini veri vendiderit: tunc enim non venditoris, ſed ejus cujus res vendita fuit, cognatis retractus conceditur; quia nihil intereſt an quis ipſe, an verò per alium vendat, & quod per alium quis facit, id ipſe feciſſe cenſetur. *l. ita autem. §. quod ſi quis. ff. de adminiſtr. & peric. tut. l. 1. §. dejeciſſe. ff. de vi armat. l. 180. ff. de reg. jur.* Conf. Tiraq. *hic §. 1. gl. 9. n. 107. & ſeqq* Benedell. *in tr. de retr. ad princip. conſtit. n. 110.*

156 Pro ratione dubitandi occurrit, quod verba † ſtatuti & conſuetudinis in retractu ita loquantur, ut cognatis ipſius venditoria jus
157 congrui concedant. Statuti autem verba ſtrictè, & prout jacent, accipienda, per ea quæ *ſupra circ. fin. prim. quæſt adducta ſunt*: Jam verò
158 venditio † attribuitur vendenti, non conſentienti. *c. paſtoralis. & ibi notat. verſ. iſta decretalis. extr. de donat. c. 1. in princ. ne ſede vac. in 6.* &
159 aliud † eſt vẽdere, aliud vendẽti cõſentire. *l. aliud ff. de reg. jur.* ideoq;
160 jure † loquentia in uno, non obtinebunt in alio. *l. ſi pater. §. ult. & l. ſi*
161 *minor ſit annis. de manumiſſ. vind.* indeq; conſentientem † ſimpliciter venditioni, non teneri ut vendentem, patet *l. exceptione. C. de eviction.*

162 Pro ratione decidendi conſiderandum, aliud † eſſe conſentire venditioni rei ſuæ: aliud verò conſentire rei alienæ, vel ratione officii, ſeu adminiſtrationis, ut faciunt tutores & curatores: vel alio reſpectu. Priori caſu alienationi rei ſuæ, nomine ſub alio factæ, conſentiens, vel alii vendendam mandans ipſe vendere cenſetur, *per ju-*
163 *ra ad ipſam limitationem noſtram adducta.* Nam ſemper † inſpiciendũ, quo jure aliquid fiat, quo reſpectu, quáve vel cujus contemplatione, ut dicit Everhard. *in loc. de tanquã ſeu reſpectivus per l. ſi quis domũ. §. penult. ff. loc. l. ult. C. de uſufr.* Bald. *in l. 1. in fin. C. de reb. cred.* & licet verba
164 ſtatuti ſtrictè, prout jacent, accipienda, tamen hoc ipſum civiliter, †

& cum

& cum temperamento juris intelligendum. *l. 9. ibi: civiliter tamen.* 165
Nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur ff. de ſervitut. ideoq; reſtringuntur † non ſolum ob rationem & cauſam expreſſam, ſed etiã 166
tacitam conjecturatam & præſumptam. Cravett. *conſil. 259. num. 5. & ibi allegat.* Petr. Weſenbec. *conſil. 42. num. 19.* Non † enim abhorrent ab æquitate, idem Cravett. *conſil. 195. n. 4.* Matth. Weſenbec. *conſil. 4. 14 n. 10. & conſil. 51 num. 41.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 4. ſub. n. 8.* dicens, quod verba legis ſeu ſtatuti quantumcunque præciſa recipiant interpretationem legalem & temperamentum æquitatis: *per ibi alleg.* maximè † eo caſu, ubi eadem & quidem unica 197
& finalis ſtatuti vel conſuetudinis ratio militat. *l ſcire oportet. § aliud. ibi: ſed etſi maximè. ff. de excuſat. tut. l. regula. 9. § ſi quis 5. ibi: & licet municipium mentio fiat in hac epiſtola: tamen & in qualibet perſona idem obſervabitur, ff. de jur. & fact. ignor.* gl. & Bald. *in l. quamvis. C. de fideicom.* Sichard. *ad l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Cacheran. *deciſ. 21. n. 3 & ſeqq. ubi dicit tali caſu in ſtatutis eſſe faciendam extēſionem de ſtricta ſignificatione ad latam.* Eſt enim potius declaratio quàm extenſio. Jam verò finalis † & unica ratio juris congrui ſeu retractus eſt, ne res exeat de 168
familia, & ſi exitura ſit, vel exierit, retrahendi jus detur, ut ſuo loco dictum. Sed non † minus res exit de familia, ſi quis venditioni rei 169
ſuæ conſentiat, vel eam per alium ſuo nomine fieri procuret, ac ſi ipſe vendidiſſet. *l. 2. & quæ ibi not. C. de remiſſ. pignor. l. 180. de reg. jur.* ne quod † unâ viâ & per directum prohibetur, aliâ viâ & per obliquum 170
concedatur. Abb. *in c. dilect. 2. extr. de præbend.* Joh. Gœdd. *ad l. 3. n. 39. ff. de verb. ſignif.* & ita facilè fieret fraus ſtatuto, illudq; eluderetur, quod † permittendum non eſt. *l. fraus. ff. de legib.* 171

Ampliat. VII. † concluſionem noſtram procedere, ut non 172
ſolum ex ſua, ſed etiam alterius perſona quis ad retractum aliquando admittatur, utpote maritus ex perſona uxoris; tum ut legalis ejuſdem procurator & adminiſtrator rerum vulgò Ehevogt / *l. maritur. ubi gloſſ.* & Dd. *C. de procurat. l. fin. C. de pact.* Joſeph. Ludovic. *commun. concluſ. 32. n. 1.* Geil. *1. obſ. 133.* tum ratione particularis intereſſe, quod habet in bonis conſtante matrimonio acquiſitis, ſeu adquirendis, per ea quæ latè tradit Tiraq *hic § 10 gl. un. per tot.* Martin. Peg. *in tract.* vom Vorkauff / *lib. 1. c. 32.* Et huc facit regula: quod † quis 173
aliquando ex alterius perſona quid conſequatur, quod ex ſua perſona

Digitized by Google

ſona conſequi non poſſet, *text. in cap. auctoritate. § fin. de conceſſ. præ-*
re. per. cum diſpoſitum † in uno correlativorum cenſeatur etiam di- 490
ſpoſitum in altero. *l. fin C. de edict. vid. toll.* Bapt. de S. Blaſ. [illegible] *ad reg. correlativ. ibiq;* Matth. Boyſ. Præceptor meus in Academ. Colon. *in addition. paſſim per tot.* Quod præterea adductum fuit, neminem alteri ſtipulari poſſe, hoc ipſum etiam fallit, † quoties intereſt ejus, 491
qui alteri ſtipulatur, in eumq; tranſit. *l. ſtipulatio iſta §. alteri in illis verbis nihil intereſt mea. & ibi* gl. *& in § ſi ſtipuler. § ſi quis inſulam ff. de V.O.* Hoc autem caſu intereſſe poteſt venditoris, ut ſublato retractus onere carius forte rem vendat, maxime, cum hæc exceptio renunciationis ſit excluſiva intentionis & juris agentis, tunc enim † 492
talis exceptio de jure tertii rectè opponitur. *l. ſi quis emptionis §.* [illegible] *ro nullum C. de præſcript. 30. vel 40. l. ſi cui. ibiq;* Caſtrenſ. *C. de* [illegible] *pec.* Zaſ. *d. l. 2. ſub n. 10. verſ, quinto fallit.* Cravett. *d. conſil. 1. pro genere n. 400.* Menoch. *conſil. 395. n. 66. lib. 4.*

Amplia III. † in renunciatione tacita; quia non ſolum ex- 493
preſsè ſed etiam tacitè huic juri renunciari poſſet, per tradita Matth. de Afflict. *de jur. protim. § ſcriptum eſt. n. 18.* Nam taciti † eadem cen- 494
ſetur vis quæ expreſſi *l. cum quid ff ſi cert. pet. l. ſtipulationem ff. de jur. dot. l. quod ſi nolit §. qui mancipia ff. de ædil. edict. l. triticum ff. de V.O.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 3. n. 5.* Andr. Geil. 2 *obſ. 30. n. 4.*

Exemplifica hanc Ampliat. † ut ſupra in limitat. 9. quando 495
videlicet quis conſocio vel conſorte rem communem vendat, tunc enim tacitè etiam pro parte ſocii cenſetur renunciaſſe juri congrui. Item ſi quis tempora retractus labi patiatur, quia ex hoc renunciare tacite cenſetur, ut exemplificat Matth. de Afflict. *d. n. 18.* Joh. Petr. Surd. *conſil. 37. n. 13.*

Nota ad præcedentia, renunciationem † in facto conſiſtere, 496
eamq; non præſumi, ſed probari debere ab aſſerente. *text. in c. ſuper hac*

ditori & non emptori ſit facta. Matth. de Afflict. *de jur. protim. §. tota hæc lex. n. 59.* quem ſequitur Tiraq. *hic §. 1. gl. 9. n. 130. & ſeqq.* per rationes & jura ibid. adducta.

479 Pro ratione dubitandi facit, quod pactum † cum una perſona factum non habeat locum in alia. *l. ſi unus. § ante omnia. ff. de pact.* ex quo fit, ut ſi pactus ſim, ne à me, néve à Titio aliquid petatur, non proderit Titio, etiamſi mihi heres extiterit. *l. ſi tibi decem. §. ſi pactus*
480 *ſim. ff. eod. tit.* Neq; etiam quis † alteri ſtipulari aut cavere poteſt. *l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. ff. de verb. obl. quo tutela. §. fin. de reg. jur. l. fin. C. de inutil. ſtipulat.* adeò ut ne quidem exceptionem pariat. Eſſet enim
481 exceptio de jure tertii, quâ † nemo ſe juvare poteſt. *l. loci corpus §. competit. ff. ſi ſervit. vind. l. cum ſervum. C. de ſerv. fugitiv.* Bart. *ad l. qui*
482 *cum. 2. ff. de except. rei jud. ibidemq́;* Zaſius *n. 9.* (ubi dicit, excipere † de jure tertii nihil aliud eſſe, quàm alienis armis ſe contegere, cum propriis ſit nudus.) Anton. Teſſaur. *deciſ. 4. in pr.* Burſat *conſil. 240. n. 21. lib. 3.* Joh. Meichſner. *deciſ. Camer. 3. ſub n. 34. fol. 46. tom. 3.* poſſet enim
483 retrahens emptori, in cujus manus non renunciavit, opponere, † quantum ad te attinet, ædes habeo liberas. *d. l. loci corpus. § competit.* Roland à Vall. *conſil. 57. n. 10. vol. 3.* Tiber. Decian. *conſil. 101, in fin. vol. 3.* Herman. Vult. *1. conſil. Marp. 18. n. 25. & 3. conſil. 35. n. 242.* & ibi allegati. Et ita in noſtris terminis tenet Chaſſanæ. *in conſuetud. Burgund. tit. de retract. §. 10. gl. fin. verſ. ſed quæro.*

Pro ratione decidendi facit, quod licet jure tertii ſe nemo re-
484 gulariter juvare poſſit, tamen hoc fallit, † ſi quis ſuccedat in locum
485 & jus tertii, ab eoq́; cauſam poſſeſſionis habeat. Quia, qui † in jus ſuccedit alterius, eo jure, quo ille, uti debet & poteſt. *cap. is qui in jus. 46. de reg. jur. in 6.* Bart. & Bald. *in d. l. 2. ff. de except. rei judic.* Paul. Caſtrenſ. *conſil. 369. col. 2. circ. med. lib. 2.* Aym. Crav. *conſil. 1. pro gener. nu.*
486 *399.* Emptor † autem cauſam habet à venditore, in ejuſq; locum ſuccedit, ideoq́; non immeritò eidem ſuffragari debet jus, quod habuit venditor, prout reſtrictionem hanc exemplificat Zaſ. *ad d. l. 2. n. 10. per text. in l. Pomponius. §. 1. 2. 3. & 4. ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi diſponitur, quod emptor ex perſona venditoris experiatur. *fac. text. in l. dolia. §. 1. de contrah. empt.* ubi JC. eum, inquit, qui in locum emptoris ſucceſſit, iiſdem defenſionibus uti poſſe, quibus venditor uti potuiſſet. *l. invitus. §. plerumq́; ff. de reg. jur.* ubi dicitur plerumq; emptoris eandẽ debere

[illegible] eſſe caſu [illegible] vi-
[illegible]
[illegible]
[illegible] exceptiones † [illegible] 487
ptoris. Etiam † [illegible] emptori, [illegible] ff. 488
com. [illegible] & tacitum venditoris [illegible]
[illegible] *ff.* de V. O. Itaq;
faciunt † venditoris prodeſſe emptori. *arg. l. [illegible] ff. de* 489
reg. jur. cum diſpoſitum † in uno correlativorum cenſeatur etiam di- 490
ſpoſitum in altero. *l. fin. C. [illegible] vid. toll.* Bapt. de S. Blaſ. *[illegible] ad*
reg. correlativ. ibiq; Matth. Boyſ. Præceptor meus in Academ. Colon.
in addition. paſſim per tot. Quod præterea adductum fuit, neminem
alteri ſtipulari poſſe, hoc ipſum etiam fallit, † quoties intereſt ejus, 491
qui alteri ſtipulatur, in eumq; tranſit. *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. in illis*
verbis: nihil intereſt mea. & ibi gl. *& in § ſi ſtipuler. § ſi quis inſulam. ff.*
de V. O. Hoc autem caſu intereſſe poteſt venditoris, ut ſublato retra-
ctus onere carius forte rem vendat maximè, cum hæc exceptio re-
nunciationis ſit excluſiva intentionis & juris agentis, tunc enim † 492
talis exceptio de jure tertii rectè opponitur. *l. ſi quis emptionis. § [illegible]*
ro nullum C. de præſcript. 30. vel 40. l. ſi cui. ibiq; Caſtrenſ. *C. de [illegible]*
pec. Zaſ. *d. l. 2. ſub n. 10. verſ. quintò fallit.* Cravett. *d. conſil. 1. pro ge [illegible] n.*
400. Menoch. *conſil. 395. n. 66. lib. 4.*

Amplia III. † in renunciatione tacita; quia non ſolùm ex- 493
preſsè ſed etiam tacitè huic juri renunciari poſſet, per tradita Matth.
de Afflict. *de jur. protim. § ſcriptum eſt. n. 18.* Nam taciti † eadem cen- 494
ſetur vis quæ expreſſi *l. cum quid ff. ſi cert. pet. l. ſtipulationem. ff. de pr.*
dot. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia ff. de ædil. edict. l. [illegible] ff. de V. O.
Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 3. n. 5.* Andr. Gail. 2 *obſ. 30. n. 4.*

Exemplifica hanc Ampliat. † ut ſupra in limitat. 9. quando 495
videlicet quis conſocio vel conſorte rem communem vendat, tunc
enim tacitè etiam pro parte ſocii cenſetur renunciaſſe juri congrui.
Item ſi quis tempora retractus labi patiatur, quia ex hoc renunciare
tacitè cenſetur, ut exemplificat Matth. de Afflict. *d. n. 18.* Joh. Petr.
Surd. *conſil. 371. n. 13.*

Nota ad præcedentia, renunciationem † in facto conſiſtere, 496
eamq; non præſumi, ſed probari debere ab aſſerente. *text. in c. ſupr.*
hæc

hoc extr. de renunciat. Bald. *in l. 1. not. ult. C. de edict. D. Adrian. coll.* Ti-
ber. Decian. *conſil.* 100. *n.* 24. *vol.* 3. Cravett. *conſil.* 200. *n.* 10. Weſenb.
497 *conſil.* 11 *n.* 34. & quidem † evidenter, & per probationes arctiores, ut
498 notat Cephal. *conſil* 84. *in fin. lib.* 1. adeò ut † ex actu aliquo etiam
proximo non inducatur, niſi de ea vel expreſsè agatur. *c. ſanè. & ibi.*
499 gl. *in verb. ſuſtinere, in fin. extr. de renunciat* vel tacite, † ex actu aliquo,
infallibili conſequentia, ac juris præſumptione colligatur, quia ex-
500 preſſum † dicitur, quod in neceſſarium conſequens vel antecedens
venit. *c. cum olim. de cenſib.* gl. & Dd. *in l. prætor. in pr. verſ. expreſſum. ff.
de nov. oper. nunciat.* Crav. *conſil.* 556. *n.* 4. Regner. Sixtin. *conſil. Marp.*
18. *n.* 26. *vol.* 2. Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol.* 44. *n.* 14. *&* 15. ubi dedu-
501 cit, non ſolum expreſſa † cenſeri ea, quæ verbis exprimuntur, ſed etiã
quæ ex conjecturis, maximè juris adminiculis munitis apparent.
Hiſce autem deficientibus, renunciatio non præſumitur, ſed potius
502 alia † quàm renunciationis conjectura ſumenda eſt. Cephal. *conſil.*
503 25 *n.* 50. *lib.* 1. *& conſil.* 434. *n.* 5. *lib.* 3. eſt enim renunciatio † quædam
donationis ſpecies. *c. ſuper hoc. de renunciat. l. cum de indebito. ff. de
probat. l. ſi cum aurum ff. de ſolut.* Cravett. *d. conſ.* 200. *n.* 10. Roland à
504 Vall. *conſil.* 11. *n.* 17. *vol.* 1. & qui † renunciat, alienare videtur. *l. fuit*
505 *quæſtionis. ff. de acquir. hered.* Ruin *conſil.* 205. *n.* 5. *lib.* nemo † autem
ſuum jactare præſumitur. *l. cum de indebito. ff. de condict. indeb.* & in
506 dubio magis † præſumendus error, quàm donatio Bald. *in l. generali-
ter. C. de non num. pec.* Cravett. *conſil.* 76. *n.* 14.

Sublim. lim. 12. non procedere in filio, qui renunciavit cum juramento tantum ſucceſſioni patris vel aſcendentis, nihilominus enim retrahere poteſt: Tum quod hujuſmodi renunciatione non abdicavit à ſe jura ſanguinis. Tum quod diverſa ſunt jura ſucceſſionis & retractus, quod inde patet, quia & filius quantumvis exheredatus, rei à patre venditæ retrahendi poteſtatem habere traditur apud Anton. Gomez, *in comment. ad l.* 70. *Tauri. cum* 5. *ſeqq. n.* 5. *fol.* 521. qui & in terminis hanc ſublimitationem ſtabilit *ibidem n.* 6.

507 Limita XIII. † concluſionem non procedere, ſi cognatus
non in ſui, ſed alterius uſum & utilitatem velit retrahere, tunc enim
ſi de eo conſtet, planè denegabitur retractus, ſi verò nondum con-
ſtet, & tamen hoc ipſum timeatur, juramento ſe purgare ab iſta ſu-
ſpicione retrahens adſtringitur; nec admittitur ante, quàm illud
præ-

[illegible] 508
venditio ſimpliciter conceptum, non extenditur ad illum caſum, quo [illegible] commodum redimere vellet, [illegible]

Amplia I. [illegible] † etiamſi aliquis in ſui quidem utilita- 509
tem, ſed alterius tamen uſum retraheret; quia [illegible] repelli-
tur. Ratio hujus ampliationis eſt, quia retractus † contra omnes 510
juris regulas, quæ ratam Domini volentis transferre rem ſuam in a-
lium voluntatem habent, ex æquitate quadam propter affectionem,
quam quis erga rem majorum ſuorum vel proximiorum habet, in-
ductus eſt, eò tendens, ut bona in familia conſerventur, per ea quæ
in prima quæſtione & paſſim adducta ſunt. Quando vero † cogna- 511
tus non in ſui, ſed alterius uſum retrahere conatur, licet aliquam ex-
inde ſentiat utilitatem, res non conſervatur in familia. *arg. textum l. peto. §. ult. ff. de legat.* 2. Ideoq; ceſſante † ratione finali diſpoſitionis, 512
ipſa quoq; diſpoſitio ceſſabit, nec rectum videri poteſt, ut cujus rei
gratia quidquam conſtitutum eſt, ei poteſtas illius ſit contraria.
l. legata. ff. de adim. vel transfer. legat. & poteſt judex † in formula ju- 513
ramenti, quod retrahens præſtare tenetur ad tollendum rationis fu-
cum, hoc diſertis verbis exprimere: Daß der angemaſte Näherkauf-
fer das verkauffte Gut zu ſeinem ſelbſt eigenem Gebrauch vnd Nutzē/
vnd keinem andern zum beſten abzutreiben gemeinet / hoc eſt, quod
in ſui, non verò alterius uſum & utilitatem retrahat. Et ita etiam in
Dicaſterio Gieſſenſi, cum aliquis accepto lucello & propriæ utili-
tatis prætextu, retrahere conaretur, deciſum memini. Hoc niſi † at- 514
tendatur, facile quivis rei venditæ inhians, proximiorem quempiam
ſpe lucelli exigui, ad retractum, præter finem & intentionem ſta-
tuentium, ac in fraudem ſtatuti, ſubornare poſſet.

Amplia II. † ut non ſolum in alterius uſum & commodum 515
retrahere volens appellatur, ſed etiam ſi ex poſt facto compertum
fiat, conſanguineum in fraudem rem venditam retraxiſſe, ut ſi
poſtea alteri cederet, non ſolùm emptori exceptio, ſed etiam actio

ad rem revocandam dabitur, per tradita Tiraq. *d.§ 5.gl.1.n.3.per l.1.§. quæſitum ff.de ſeperat.* Confer Peg. vom Vorkauff / *lib.2.c.27.verſ.*
516 Dieſer Betrug mag auß den Anzeigungen. quia nemini † dolus ſuus & fraus opitulari debet. *l.ſed etſi.§.planè ff.ad exhibend c.2.extr de dol. & contum.* neq; alteri obeſſe. *c.ſi compromiſſarius.§ 1.de elect.in 6.l.*
517 *cum non in princ. de liber.cauſ.* ne ex † aliena malignitate alienum emergat damnum, ut dicit Juſtinian. *in l.ult.C.de acquir. vel amitt.poſ-*
518 *ſeſſ.* Colligitur † autem ejuſmodi fraus inter alia ex eo vel maximè, quando aliquis ſtatim poſt retractum rem in alium transferat, *arg.l. ſi ventri,§.ult.ff.de privileg.cred.c.officii.extr.de electione.* Tiraq. *d gl.1.n.4.* Quare nec cedi retractus jus poteſt, ut ſeq. concluſione dicetur.

519 Extende † limitationem noſtram, ut ex quorundam locorum ſtatutis retractus jus non detur, ſi conſanguineus venditoris ſit forenſis domicilium in alia ditione & territorio habens, quod veriſimile ſit, talem non in ſui, ſed alterius commodum retrahere velle, uti cavetur in Ordinat. Solmenſ. *part.2.tit. 12.* §. Item ein Außländiſcher (ſo in unſer Graff- oder Herrſchafft nicht wohnhafft) ob er wol dem Verkauffer nahe verwandt / ſo mag er doch den inländiſchen Kauffer nit abtreiben / dieweil unzweifflich zu vermuhten / daß er den Abtrieb nicht jhme ſelbſten / ſondern einem andern zu Vortheil und Gutem thue.

520 Limita XIV. † Quod vigore conſtitutionis Friderici de jure protimiſ. retractus non competat illis proximioribus, qui atroces injurias, vel manus impias venditori, vel ejus familiæ intulerunt, vel ipſius ſubſtantiæ gravem jacturam moliti, vel contra ejus vitam niſi ſint, omnes iſti nullo modo ſine voluntate venditoris, ad retractum admittuntur. *text. in d. conſt. Frider. verſ. licet autem ſupra diximus, &c.* Qua de re latè Matth. de Afflict. *ibid.n.2. & aliquot ſeqq.* Carſ. Maſtrill. *deciſ. Sicil.4.n.4.* Balthaſ. Bened. *in tract. de jure prothomiſ. ad §. & licet.n.17.& ſeqq.* Martin. Peg. *in tr.* vom Vorkauff / *lib.3.c.1.* was maſſen der Vorkauff verwrückt werde. *pag.32.& ſeq.*

521 Sublimita † hanc limitationem, niſi aliquis ad neceſſariam ſui defenſionem venditorem realiter aut verbaliter offendat: vel etiam niſi offenſionem inſecuta ſit reconciliatio. Afflict. *ad.d.§.licet autem. ſub n.5.* Garſ. Maſtrill. *d.deciſ.4.n.13.14.*

CONCLUSIO II.

Retractus † conſanguinitatis & familiæ cedi non poteſt. Matt. 522
de Afflict. *de jur. protim. §. tota hac lex. n. 61. in fin.* quod latè deducit
Tiraq. *hic §. 26. gl. 1. per tot.* Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univ. verſ. lib.*
26. cap. 18. num. 1. Lanfranc. *deciſ. 193.* Borgnin. Cavalcan. *deciſ. 1. viz.*
19. n. 80. part. 2. Franciſc. Marc. *quæſt. 404.* Papon. *lib. 11. tit. 7. arreſt.*
4. Coraſ. *miſcellan. jur. lib. 3. c. 3. num. 7. & ſeq.* Anton. Gomez. *in com-*
ment. ad l. 70. Tauri. cum 5. ſeqq. n. 8. fol. 530. verſ. item quæro, an conſan-
guineus. Hippolyt. Riminald. Jun. *conſ. 475. licet poſt lucam nu. 2. lib. 4.*
Jacob. Ferrer. *in addit. ad Guidon. Papæ. quæſt. 257. verſ. an autem retra-*
ctus conſanguinitatis Idem Pap. *quæſt. 411. n. 1.* ubi dicit, ita ſe vidiſſe
ſemper judicari in Curia Parlam. & ibi Ant. Rambaud. Stephan.
Ranchin. & inprimis Jac. Ferrer. *in addition.* Martin. Peg. *in tract.* vom
Verkauff *lib. 2. c. 40. pag. 30. A.* Daniel Moller. *in comment. ad Con-*
ſtitut. Saxon. Elect. Aug. part. 2. conſtit. 32. Virgil. Pingizer *quæſt. Sax.*
30. per tot. ubi in fine teſtatur ita à Jenenſibus reſponſum. Ratio hu-
jus concluſionis deſumitur à ratione finali ipſius juris retractus,
quod † ſanguinis & familiæ favore iis tantùm perſonis datur, quæ 523
ſunt de familia, & ad effectum rem conſervandi in familia, quam ob
rem hoc jus tanquam privilegium certis perſonis ex ſingulari ratio-
ne, ſanguinis videlicet & familiæ, conceſſum, cedi alteri non poterit.
Bart. *in l. etiam ff. de jurejur. per l. ſi ex pluribus. ff. de adminiſtr. tut. l. non*
ſolùm. §. ſi puell. ff. de rit. nupt. l. cerdonem ff. de oper. libert. Matt. de Affl.
deciſ. 74. n. 2. & 3. quia perſonalia † non ſunt ceſſibilia. Dyn. *in c. privi-* 524
legium. de reg. jur. in 6. Schrad. *conſil. 7. n. 32. & ſeqq. vol. 1.* Vult. *conſil.*
Marp. 2. n. 67. volum. 3. & ceſſio † non poteſt fieri in eum, qui non 525
habet qualitatem cedentis. *l. mulier. §. ex aſſe ff. de jur. dot. l. ſervus ſi he-*
redi. verſ. demonſtratio perſonæ. ff. de ſtatu lib. l. nemo tutorum, in princ. ff.
de teſtam. tut. Brun. *conſil. 80. n. 22.* quod multis rationibus firmat. Ale-
xand. Raud. *reſponſ. 2. n. 67. & ſeqq.* Nam ceſſante † causâ impulſivâ 526
& finali privilegii, ceſſat & ipſum privilegium. *c. cum ceſſante. extr. de*
appell. cap. Abbate. extr. de verb. ſignif. facit. l. 1. & tot. tit. ff. de condict. ob
cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Geil. *de arreſt. imper. c. 10. n. 9. in fin.* & privile-
gia † perſonalia, perſonam non egrediuntur. Joh. Gœdd. *conſ. Marp.* 527
28. n. 125. vol. 1. ac in noſtris terminis *conſ. 19. n. 138. vol. 4.* Et huc facit,

528 quod † in ſimili reſpondit Udalric. Zaſ. 2. *ſing. reſp. c.* 19. ſi videlicet
tibi princeps promittat per modum conventionis, ut poſſis hanc
vel illam arcem, quæ fortè impignorata erat, utram velis, redimere,
ſi tibi mens redimendi non ſit, te non poſſe hoc jus transferre in ali-
um, *per l. ſi ſtipulatus fuerim illud. ff. de verbor. obligat.* Huc facit etiam,
529 quod † ea, quæ contra jus commune competunt, ceſſionem plerũq;
nauſeent. *l. quod verò. l. jus. ff. de legib. c. quæ à jure. de reg. jur. in 6.* Bald.
c. de cætero. colum. 2. verſ. ſed pone. de re judic. Roman. *conſ.* 484. Tiraq.
de retract. lignag. §. 26. *q.* 1. *n.* 59. Alexand. Raudenſ. *d. reſp.* 2. *n.* 75. *vol.* 1.
530 Quamobrem retrahens † repellitur, ſi emptor demonſtrare poſſit,
illum pepegiſſe, ut rem venditam, quam retraxerit, poſtea in ipſum
transferat, eumque pecuniam ad hoc contuliſſe, uti Arreſto Pari-
ſienſi deciſum refert Papon *rer. judicat. lib.* 11. *c.* 7. *arreſt.* 4. & 5. juxta
ſententiam Guid. Pap. *quæſt.* 257. *n.* 2. & Jaſon. *in l.* 4. §. *ſin. ff. de oper.
nov. nunc.* vide infra quæſt. 5. concluſ. 2. ubi de ſuſpicione colluſionis
juramento purganda.

531 Pro ratione dubitandi facit 1. quod quælibet † actió tam in
rem quàm in perſonam, & quodlibet jus, cedi regulariter poſſit. *tot.
tit. ff. & C. de hered. vel act. vend. l.* 2. ubi Jaſ. *C. ne liceat potent. l.* 2. *ubi* gl.
& Bald. *C. de litigioſ.* Roland. à Vall. *conſil.* 28. *n.* 17. 18. *volum.* 2. Johan.
Gœdd. *d. conſil.* 28. *num.* 111. quod quàm plurimis & infinitis ferè ex-
532 emplis illuſtrat Tiraquell. *hic d.* §. 26. *gl.* 3. *per tot.* Regulæ autem †
ſtandum eſt, ubi disertè exceptio non doceatur. *l.* 5. *ff. de probat.* Bald.
ad c. 1. *n.* 2. & 6. *extr. de alien. jud. mut. cauſ.* Geil. 2. *obſerv.* 151. *ſub nu.* 3.
533 Meichſner. *deciſ. Cameral.* 18. *fol.* 717. *tom.* 3. Nam regulam † habens
pro ſe, intentionem fundatam habere dicitur. Bald. *in l. ſi inter. Cod.
commun. ſerv. manum.* Zaſ. *conſil.* 22. *vol.* 1. Hieron. Schurff. *conſ.* 59. *nu-*
534 *9.* 10. *cent.* 1. Weſenbec. *conſil.* 48. *n.* 31. & pro † illo res dicitur eſſe certa.
Bart. *in l. quoties. ff. ſi quis cantion.* Deci. & Cognol. *in l.* 1. *de reg. jur.*
535 cum regula † ex jure deſumatur, indeq; idem ſit quod jus. *d. l.* 1. *de
reg. jur.* Corat. *de comm. opin. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 31. Niſi itaque ceſſio ſpe-
cialiter locorum ſtatutis ſit prohibita, cenſeri debet permiſſa. 2. Du-
bium movet, quod jus retractus cohæreat quidem perſonæ, ſed ta-
536 men gratiâ & intuitu rei, quæ revocatur. Quoties autem † jus ali-
quod cohæret perſonæ intuitu tamen rei vel propter rem, tunc il-
lud jus cedi poteſt, per nótat. Joh. Andr. *in addition. ad ſpeculat. tit. de*

ceſſ. act.

conſil. [illegible] *2.* [illegible]
[illegible] 537
[illegible] 538
[illegible]
Vall. [illegible] *num* 20. *&* 32. *vol.* 2. Herman. Vult. [illegible]
volum. 2.

Pro ratione decidendi conſiderandum, quod licet negari non poſſit, jus retractus conſanguineis competere occaſione, cauſam [illegible] rei [illegible] familiam alienatæ, expeditum tamen eſt, quod & perſonæ intuitu, habendo ſpecialem reſpectum ad ipſam perſonam ratione ſanguinis & cognationis detur, & ejus, cui datur, oſſibus inſeparabiliter cohæreat, ut non magis quam ipſum ſanguinis jus, qui imitatur, cedi poſſit. Quod † enim juris eſt de aliquo, idem eſſe debet 539
de his, quæ dependent ex eo, & per quæ pervenitur ad illud. *l. eciam.*
ff. de [illegible] *l.* 2 *ff. de* [illegible] *l.* Rom [illegible] *l.* 1 *§ fin. de nov. oper. nunciat.* Atqui
jus ſanguinis, † quod naturali vinculo conſtringitur, cedi aut renun- 540
ciari non poteſt. *l. jus cognationis* 34 *ff. de pact. l. jura ſanguinis &c. qua*
ibi not. Dd. *ff. de reg jur.* Andr. Daln. [illegible]
n. 2. Ergo nec id, quod à jure ſanguinis dependet, & quod [illegible] intuitu datur, cedi poterit. Cùm itaque qualitas ſanguinis ratione perſonæ retrahentis, ſit fundamentum hujus juris & actionis, illud in extraneum, in quo illa qualitas, quæ à ſtatuto vel conſuetudine requiritur, non eſt, transferri ceſſione aliquâ non poterit. Nam quando
qualitas † in lege vel ſtatuto expreſſa, eſt cauſa, ut quis audiatur vel 541
admittatur, illa ante omnia præſupponi & probari debet. *l. ut prætor 7 decere ff. de vi bon rapt* Rol. à Vall. *conſil.* 10. *n.* 22. *& conſil.* 32. *num.* 13. *vol.* 2. Joh. Meichſn. *deciſ. Camer.* 13. *num.* 250. *tom.* 3. Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 165. *n.* 6. Sixtin. 2. *conſil. Marpurg* 14. *num* 131. *& ſeq.* Confer Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ. tom* 3 *cap.* 486. *num.* 6. 7.
Qualitas † enim informat ſubjectum cui inhæret. *c. ſtatutum. de elect.* 542
in 6. *c. ubi periculum. §. cæterum. eod. tit.* Paul. Pariſ. *conſil.* 53 *num.* 45. *&*
conſil. 58. *n.* 5 *vol.* 4. ideoq; ceſſante † qualitate, ceſſat actio *l. Julia-* 543
nus. §. & ſi quis. ff. ad exhib. nd. Gylman. *in ſymphorem. tom.* 1. *tit.* 1. *vot.* 4.
n. 18. & qui vult † admitti ut talis, debet ſe talem probare. Fel. Pacian. 544
de probat. lib. 2. *c.* 12 *num.* 25. *verſ tum etiam quia. &c.* Anton. Faber
Cr[illegible] *in ſabaud. judicat. lib.* 3. *tit* 5. *defin.* 1. Joh. Gœdd. *conſil. Marp* 21.

num.195.volum.1. Jacob. Schult. *qq.pract.15.num.15. & ſeq.* Et hoc eſt,
545 quod dicimus, in † omni ſubjecto præſupponendos eſſe terminos habiles, hoc eſt, ſubjectum aptum natum recipere *l.adige; c.6.§. quamvis.de jur.patron.cum ſimilib.* Anton Fab. *in Cod.rer.in Sab.judic. lib.5.tit.17.defin.1.num.5.in not.u.* Extraneus autem non eſt ſubjectum habile & qualificatum, ut recipiat hoc jus, deficiente in eo qualita-
546 te ſanguinis & proximitatis. Sic uſusfructus, † licet rem reſpiciat, quia tamen inſeparabiliter perſonæ, cui competit, oſſibus adhæret, cedi non poteſt. *§ finitur. Inſtitut.de uſufr.l.ſi uſufructus. ff. de jure dot.l.*
547 *uſufructu.§.1.ff.ſolut.matrim.* quamvis commoditas † percipiendi uſumfructum cedi & vendi poſſit. *l.12.§.2.ff.de uſufr.l.neceſſario.§.ult.de peric.& comm rei vend.* Bart. *in l.ſi uſusfructus.4.in fin ff. de novat.* Zaſ.
548 *1.conſil.12.n.13.* Deinde conſiderandum, quod quoties jus † retrahendi competit perſonæ, non ex pacto, & ſic de jure communi, ſed de jure ſpeciali, ex ſtatuto vel conſuetudine, contra communis juris regulas, habendo ſpecialem reſpectum ad ipſam perſonam, prout hoc noſtrum jus retractus reſpicit perſonam ejus, qui eſt de familia, ut res penes eam & in familiam conſervetur, cedi non poteſt, uti ex Bald. Gozadin. & aliis infert Roland. à Vall. *d conſil.27. num.53.* Et
549 pro regula tradit Tiraquell. quod quicquid † competat contra jus commune, ceſſibile non ſit. *d.§ 26.gl.1.n.59.* quam regulam firmat Alexand. Raud. *reſp.2.num.75.* Roman. *conſil.*484. Cardin. Tuſch. *pract.concluſ.212.num.20.lit.C. verb.ceſſio.* Et directò tangendo primum dubium reſpondetur: licet ceſſio ubique cenſeatur permiſſa,
550 niſi diſertè reperiatur probibita: hoc tamen fallit, † ſi ratio vel cauſa finalis alicujus juris obſtet, quo minus cedi non poſſit, aut debeat. *l.quia perinde.§.1.ff.ad SC.Trebell.l.ex pluribus, 42. ibi: non enim cauſæ, ſed perſonæ ſuccurritur.ff.de adminiſtr.tut. cum ſimilib.* Joh. Gœdd. *d, conſil. Marp.28.n.126.in fin.vol.1.* ratio autem finalis hujus juris obſtat quò minus cedi extraneo poſſit, cùm propter affectionem in res majorum & familiæ & ut in ea res conſerventur, hoc privilegium indultum ſit certis perſonis ac proximis & proinde per ceſſionem ad extraneos extendi non debet. Petr. Gregor. *d.cap.18.num.1.* Præterea actiones perſonales, quæ directò perſonæ oſſibus inhærent, alteri cedi, neque à perſona abdicari poſſunt. *l.3.ff.pro ſoc.* Jaſ. *in §. omnium.n.1.Inſtit.de action.* Anchoran, *conſil.5.num.5.& 6.* Cravett.

conſil.

[illegible] Cramm. [illegible] *Tiraq.*

Ampliatur hæc conclusio [illegible] oc- 551
[illegible] de familia. [illegible] & hoc caſu, [illegible] [illegible] dum militat, [illegible] ideoq; idem jus non minus hoc, quam altero caſu [illegible].

Pro ratione dubitandi adferri poteſt, quod in terminis non plané diſſimilibus in jure diſponitur, rem † alienari prohibitam ex- 552
tra familiam, ſi non ſuperſit, niſi unus de familia, poſſe ab eo extra familiam alienari, cum nullus ſit de familia, qui alienationem poſſit impedire vel revocare. *text. in l. cum pater. §. libertis. in fin. & l. qui ſoluta m § pr*[illegible] *m ff. de legat.* 2. & ubi obique gl. & Dd. Johan. Coraſ. *lib. 3. miſc.* [illegible] *c. 3. in fin.*

Pro ratione decidendi notandum, quod argumentum † a ſi- 553
mili ſit fragile & periculoſum, & non procedat, quando non datur medium, quod ſit utriq; extremo commune in omnibus. *l.* [illegible] *C. de revoca. donat. l.* [illegible] *§ qui primipilum ff. de excuſat.* Bald. *in l. 1. in princ. ff. de juſt. & jur. & ibid. n. 2.* ubi ſimile finit, quod † ſit ve- 554
ra adaptatio ab uno particulari ad aliud particulare, per aliud utriq; commune. Tiber. Decian. *conſil. 19 num. 126 & conſil. 114. in fin. vol. 3.* Andr. Knich. *de autocrat. Rom. Imper n.* 1001. *& ſeq.* ideoq; modus † 555
deſtruendi argumentum a ſimili [illegible], probare diſſimilitudinē in medio, quod debet utrique extremo adaptari Abb. *in c. conſtitutus. in 3. notab. ext. de appell.* gl. *in l.* [illegible] *ff. de nov. oper. nunc.* Matt. de Affl. *deciſ. Neapolit.* [illegible] *num. 11.* Jam vero evidens occurrit diſſimilitudo in caſibus pro ratione dubitandi adductis, & in hoc noſtro caſu; quia in illis nullius intereſſe potuit, ſi res ab eo, qui eſt ultimus de familia, alienetur in extraneum, in hoc autem maximè intereſt emptoris, qui jus habet in re empta ſibi tradita quæſitum, quod per retractum nō niſi reſpectu conſervationis in familia revocare potuit. Contrarium conſuluit Paul. Caſtrenſ. *conſil. 1. verſ.* [illegible] *lib. 2.* ut eum allegat Tiraq. *d. loc. n. 10.* Petr. Greg. *d. lib. 26. c.* [illegible] *n. 2.* Sed priori ſententiæ tanquam veriori calculum addo.

Declara præcedentem † concluſionem, ut procedat, ſi cui 556
extra-

extraneo conſanguineus proximus jus hoc retractus ceſſiſſet; ſecus verò, ſi à conſanguineo proximo alii conſanguineo proximè ſequēti, hæc facultas ceſſa diceretur per rationes & autoritates, quas diſtinctè in hoc adduxit Berlich. *p.2. concluſ.39.n.43.& ſeqq.* Joſeph.
7 Ludov. *deciſ.Lucenſ.47.n.4.* An verò conſanguineus † hoc jus urgente neceſſitate cedere poſſit creditori in ſolutum? latè tract. Tiraq.
8 *d.§.26.gl.1.n.12. & mult.ſeqq.* Quæ hîc † de prohibita ceſſione juris retractus adducta ſunt, non veniunt extendenda ad retractum conventionalem, quia verior & communior eſt ſententia, illius jus cedi poſſe, per tradita Roland. à Vall. *d.conſil.28.per tot.vol.2.* Tiber. Dec. *reſp.68.n.19.volum.2.* Franciſc. Cardin. Mantic. *vatican.lucubrat.de tacit.& ambig.convent.lib.4.tit.32.n.13.* Michaël Wirth. *in repet.l.2.p.ult.q.3.C.de pact.inter emptor.& vendit.* Treutler. *vol.1.diſp.28.theſ.10.lit.C.* Tileman. *diſp.adff 24 theſ.15.* Matth. Berlich. *p.2 concluſ.2.n.25.& concluſ.39.n.48.* Geil. *lib.2 obſ 16.* Covarruv. *1.var.reſolut.n.2.5.* Joſeph. Ludov. *deciſ Peruſ.23.n.25.& deciſ.Lucenſ.47.per tot.* Borcholt. *de pact.c.6.n.54.55.* Georg. Everhard. *conſil.45.n.7.vol.1.* Vult. *3.conſil. Marp.21.n.233.& ſeqq.* & aliorum ab his allegator. Confer etiam de hâc quæſtione, quæ diſtinctè tradit Balthaſ. Benedell. *in tr. de jure prothomiſ.ad rubr.n.56.*

AD QVAESTIONEM III.

SUMMARIA.

Concluſ. I.

1. Statutum vel cōſuetudo de retractu indefinitè in rebus extra familiam alienatis locum habet, niſi quarundem rerum natura & qualitas abhorreat.

2. Indefinita æquipollet univerſali etiam in ſtatuto vel cōſuetudine.

3. Indefinita impropriè & ex quadã benignitate univerſali æquipollet, & quatenus hoc verum ſit? 7.8.9.

4. Statuentium mens principaliter præſtrictâ verborum interpretatione inſpicienda.

5. Statuentium mens etiã conjecturata & præſumpta inſtituenda.

6. Statuentium verbis indefinitis mens quænam ſit?

Ampl.1.Concluſ.

10. In bonis non ſolũ avitis, paternis & gentilitiis, ſed & quibuſcũq; patrimonialibus & hereditariis. 6.7.

11. Bona gentilitia & avita à bonis

patrime-

trimonialibus hereditariis multum differunt.

12. *Bona avita & gentilitia quænam ſint ac dicantur?*

Naboth vineam quod eſſet hereditas patrum ſuorum, Regi Achabo permutare vel vẽdere noluit.

13. *Feuda antiqua ſive paterna quomodo Germanis vocentur?*

14. Stammgüter *in Iure Saxonico deſcriptio.*

15. Stammgüter *vigore conſtit. Elect. tam ex paterna quam materna linea provenire poſſunt.*

16. *Bona ut dicantur majorum ſeu gentilitia & avita, quid requiratur?*

17. *Bonorum hereditariorum vulgo* Erbgüter *ſignificatio latè ſe extendit.*

Bona hereditaria à priori quanã ſint, & ut appellentur?

18. Erbgut *in ſtatutis Lubecenſ. quid ſignificet?*

19. *Bona hereditaria à poſteriori quænam dici poſſint?*

20. *Hereditario jure rem habere quid ſit?*

21. *Gerere pro herede, eſt pro Domino gerere, & quare?*

22. *Heres dicitur quaſi herus, id eſt, Dominus.*

23. *Dominum Germani vocant* Herrn *ab hero & herede.*

24. *Heres in π. Florentinis ſemper ſine diphthongo ſcribitur.*

25. Erblich *noſtris non rarò idẽ eſt, quod* Eygenthümblich / *&* Erbherr *quaſi* Eygenthumbsherr:

26. *Dominiũ propriè nihil aliud eſt, quã proprietas, & qui facit ut heres ut proprietarius facere cẽſetur.*

27. *Saxones res immobiles proprias* Erbe *vocarunt, idemq́; adhuc in VVeſtphalia & inferiori Saxonia ſervatur.*

28. *Bona hereditaria opponuntur quandoq́; bonis feudalibus, emphyteuticis, &c.*

29. *Statutum de retractu mentionẽ faciens bonorum hereditariorũ, quænam bona comprehendat?*

30. *Cõſuetudine ſuperioris Haſſiæ, &c.* hat der Näherkauff in den Erbkäuffen / Erb vnd ligendẽ / vnd nicht beweglichen Gütern oder fahrender Haab ſtatt / *ejuſdemq́; intellectus.* 32.

31. *Dictio, &,* vnd / *non rarò pro declaratoria præcedentis extremi ponitur.*

33. *Darmbſtadina Ordinatione in quibus bonis retractus locum habeat?*

Ampl. 2. Concluſ.

34. *In bonis acquiſitis, vulgò* wolgewonnen oder erungen Gut / *quæ Galli acqueſtum conqueſtũ dicunt.*

35. *Acquiſita bonorũ indefinitâ appellatione comprehenduntur.*

36. *Haſſia in locis retractus etiam in acquiſi-*

acquiſitis, quæ Erbgüter / Erb- oder eygenthumbliche Güter dicuntur, locum habet.

37. Acquiſita bona deſinunt eſſe talia, quamprimum ſucceſſionis viam ingrediuntur.

38. Feudum novum quodnam dicatur, & quando hoc nomen amittat? 39.

Statutũ retractũ excludens in acquiſitis non obtinet in iis, quæ ſemel ſucceſſionis viam ingreſſa ſunt.

Extend. Ampl.

40. In iis bonis acquiſitis, quæ longo tẽpore à venditoribus ſunt poſſeſſa, ita ut radices in familia egerint.

41. Decennium longum tempus dicitur.

42. Lubeccẽſis ſtatuti vigore quanã ad hoc, ut res vendita retractibꝰ obnoxia ſit, requirantur?

43. Saxonico jure in gentilitiis retractus non ipſis liberis, excluſis aliis conſanguineis conceditur.

44. Retractus juris ratio in affectione rerum avitarum fundatur? declar. n. 48. 51. 54.

Majorũ imagines nõ videre fixas aut revulſas ſatis lugubre eſt.

45. Majorum ex ſucceſſione profecta magis ſunt familiæ, quam quæ ipſi nobis acquiſivimus.

46. Vaſallus alienando feudum novum acquiſitum nocet filiis & agnatis, ſecus in alienatione feudi antiqui.

47. Conſtitut. Frider. retractui locus eſt in bonis ex communi parentela provenientibus. Vide tamen n. 56. 60.

48. Dictio, parentela, & bona inde deſcendentia pro gentilitiis, vulgò Stambgüter accipit Köppen.

49. Familiæ bonorum acceſſione creſcunt & conſervantur.

Familia ſine bonis ſordeſcunt & decreſcunt.

50. Familias conſervari Reipublicæ intereſt.

51. Familiarum ſplendor fulcrum eſt Reipubl.

52. Retractus jus propter affectionẽ tantò magis in rebus majorũ quã noviter quæſitis admittendum.

53. Plinii ad Valerianum dictum.

54. Conſtitutio Frider. de jure prothomiſ. tanquam minimè authẽtica in deciſionibus cauſarum non adducenda.

57. Dictionis disjũctivæ, Aut, natura eſt, diſpoſitionem disjunctim verificari in hoc vel illo caſu.

58. Dictio, vel, ejus eſt naturæ, ut ponatur inter diverſa quidem, ſed eundem effectum habentia.

59. Dictio, Alius, vel Aliud eſt repetitiva ſimilium.

60. Dictio alius, &c. facit poſitionem annexam ejuſdem qualitatis cum præcedentibus.

Dictio, alius, propriè ſimilitudinem importat cum expreſſis.

Dictio,

Dicta, parentela, in Conſtitutione Frid. poſita, quid ſignificet?

Cognati propter parentelam apti ſunt dici patrui, patrueles, & uno communi nomine parentes, vulgo Vettern.

Verbo, Parentes, etiam ſignificatur parentela, & ſic ex communi uſu loquendi omnes ſanguine juncti.

62. Parentela vocem non ſatis latinam eſſe.

Conſtitut. Frider. loquẽs de bonis ex parentela provenientib. non de bonis avitis ſed cognatorũ accipiẽda.

63. Dictio Gallica, parente, propinquitatem, ein Geſchlecht oder Verwandſchafft *denotat.*

De noble parente nobilis genere natus dicitur.

Dictio, parẽs, Gallis quos ſignificet

64. Provincia qualibet abundat in ſuo ſenſu.

65. Retractus ad bona tantũ paterna & avita non reſtringitur in Germania, idemq́; apud Pictones, Coenomannos &c ſervatur? 66. 67.

Ampl. 3.

68 In bonis feudalibus.

69. Vicinitatis jure feuda retractui non ſubjacent.

70. Dominus feudi permiſſâ feudorum alienatione de more regionis quomodo retrahat?

Limit. Ampl.

71. In alienatore primo feudi acquirente.

72. Adquirens in feudo novo qui nullum jus habet, aliud acquirens habere meliare [illegible].

Ampl. 4.

73. In bonis Emphyteuticis de conſenſu Domini directi alienatis, contra n. 76.

Ampl. 5.

74. In cenſibus & annuis reditibus.

75. Annui reditus propriè nec immobilibus neq; mobilibus rebus annumerantur, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituunt.

77. Annui reditus regulariter jure Civili & Canonico immobilium jure cenſentur.

78. Conſuetudine exiſtente, ut conjux in mobilibus ſuccedat, à reditibus annuis excluditur.

79. Annui reditus quoad effectum ſatisdationis an immobilium jure cenſeantur?

Extend. Ampl. 5.

80. In reditibus annuis, ſive in frumentis ſive pecuniis conſtitutis & ſolvendis.

Declar. 1. Ampl.

81. In reditibus in perpetuum vel ad longum tempus conſtitutis, ſecus ad modicum.

82. Annui reditus, qui non perpetuo duraturi ſunt, in terris Saxonicis pro mobilibus habentur ſecus verò de noviſſima Sax. Conſtitut.

83. Alienare prohibitus fructus in lõgum tempus conſtituere ne[illegible]

Declar. 2. Ampl.

84. In reditibus ſuper & ex reb. immobilib. conſtitutis & debitis. n. 86

85. Reditus ex bonis immobilibus ipſa prædia afficiunt, taciteq; pro illis obligantur.

Lim. Ampl.

87. In reditibus ſeu ceſſis penſionibus quæ rebus mobilibus annumerantur? n. 88.

Ampl. 6.

89. In fructibus pendentibus & nondum à ſolo ſeparatis, contra Autor. n. 90.

90. Ratione finali juris deficiente ipſum jus deficit.

91. Fructus ſeparatim ſine fundo venditi, & ſtatim à fundo ſeparandi perinde cenſentur, ac ſi jam à fundo ſeparati eſſent.

Ampl. 7.

93. In venditione uſusfructus, Vide tamen n. 97. 98.

94. Uſusfructus pars fundi eſt.

95. Adhærentia eodem jure cenſentur. quo id cui adhærent.

96. Uſumfructum conſtituens alienare videtur.

Ampl. 8.

99. In jurib. quibuſdam incorporalibus, ut pedagiis, Gabellis, &c.

Incorporalia immobilib. cohærent & ratione immobilium veniūt.

100. Pedagia ratione ſoli publici à tranſeuntibus pro ſecuritate itinerum ſolvuntur.

101. Retractus proximitatis locum habet in nominibus ſive actionib. ad rem immobilem competentib9, in venditione hereditatis. n. 102. ſervitute n. 103. decimis. n. 104.

Sequuntur limitationes concluſionis principalis:

Limit. 1. Concluſ.

105. In rebus mobilibus.

106. Mobilium rerum poſſeſſio fluxa, fragilis & ferè abjecta eſt.

107. Mobilia facilè pecuniâ parantur & diſtrahuntur.

108. Affectio tanta non cadit in mobilibus, ut quibus nec veſtigia majorum nec virtutis memoria retineatur.

109. Mobilia quænam dicantur?

110. Laudemia ex mobilibus non debentur.

111. Mobilibus moventia annumerantur.

112. Molendina quæ vento agitātur an reb. mobilibus vel immobilib. accenſeatur? 113. & ſeqq.

115. Immobilia dicuntur quæ immobilibus adhærent.

116. Molendina vento agitata quatenus immobilibus vel mobilibus adſcribantur?

117. Schiffmühlen ubi frequententur?

118. Molendina aquis ſupernatantia an ad mobilia referenda?

Molendina quæ in expeditionibus

bellicis

Digitized by Google

[illegible] curribus impoſita [illegible] pro mobilibus habentur.

119 *[illegible] mobilibus annumerari poſſint.*

120. *Mobilib. & immobilibus quænam præterea res adſcribantur?*

Infert. ex limit.

121. *In galliis [illegible] ſeribus, [illegible] atque idgenus aliis ſubditorum cibariis, comites, nobiles alioſq; Dominos jus retractus, emptionisve prærogativam ſibi vindicare non poſſe.*

Sublim. 1. limit.

122. *In rebus mobilibus, ſimul & acceſſoriè cū immobilibus venditis.*

Sublim. 2.

123. *Niſi ſpecialis alicujus loci conſuetudo vel ſtatutum in rebus mobilibus retractum admittat, ut in quibuſdam Haſſiæ præfecturis receptum.*

124. *Retractus proximitatis in Haſſia non niſi in immobilibus locum habet.*

Lim. 2. Concluſ.

125. *In re immobili vendita, quæ ſita eſt in alio loco, ubi jus retractus non viget.*

126. *Statuta & conſuetudines de loco ad locum non extenduntur.*

127. *Statuta unicuiq; loco localia ſunt.*

128. *Statutum de ſuccedenda conjuge ſuperſtite in medietate vel tertia bonorum parte ad bona alibi ſita non extenduntur.*

Extend. limit. 2.

129 *[illegible] jus [illegible] vigeat in loco domicilii ejus, qui retrahere conatur.*

130. *Jus, quod viget in loco rei ſitæ, at tenditur quoad res immobiles non autē jus loci, ubi perſona habitat.*

Lim. 3.

131. *In extraneo res familiæ ſuo nomine vendente, declar. n. 132. 133.*

Lim. 4.

134. *In re interim ex parte vel in totum deperditâ, utpote domo combuſta.*

135. *Domus deſtructa domus amplius non eſt, nec pars ejus, etſi ex iiſdem cæmentis refecta fuerit.*

136. *Retractus ſuper re interim evictâ non competit.*

Lim. 5.

137. *In volente retrahere unam vel quaſdam ex pluribus rebus conjūctim venditis, contra n. 142.*

138. *Venditis pluribus rebus per addictionem in diem, partem offerens non auditur.*

139. *Obligationes & ſtipulationes tot cenſentur, quot ſunt res.*

140. *Rebus ex pluribus ſimul in Emphyteuſin datis licet diſtinctis oneribus, aliquas Emphyteuta relinquere non poteſt.*

141. *Mancipiis pluribus uno pretio venditis, uno eorum morbido facto, omnia redhibentur.*

143. *Feudis pluribus uno pretio venditis,*

ditis, uno evicto, pro uno tantum de evictione agitur.

144. *Res una diverſi juris vendita non dicitur pars alterius vindeta niſi una ſit alteri acceſſoria.*

145. *Emptio una licet ſit plurimum corporum reſpectu unius pretii, reſpectu tamen corporum plures cenſentur emptiones, cum de ſingulis exempto agatur.*

146. *Teſtatore plures uno cõtextu legante, tot cenſentur legata, quot ſunt res. declar. n. 148. in fin.*

147. *Legatarius partem legatæ rei petere & aliam partem repudiare nequit.*

Declar. 1. limit.

148. *In retrahente ex plurib. rebus quaſdam, ſine quibus quis vix empturus fuiſſet, utputa ſi quis miſſis ſterilibus agris ſaltem fertiles retrahere vellet, & nu. 151. 154. 155. 156.*

149. *Fertiles ſine ſterilibus ex fundis unà conceſſis retrahi nequeunt, & quare?*

150. *Carnem qui vult retrahere, os annexum non recuſabit.*

151. *Comedens pingue comedet etiã macrum.*

152. *Venditionis natura eſt individua.*

153 *Contractus totus aut agnoſcendus, aut à toto recedendum.*

Declar. 2. limit.

157. *In rebus, quæ nec diſtrahi particulatim, nec dividi vel ſeparari commodè poſſunt. declar. n. 158.*

Declar. 3.

159. *In rebus pluribus, quarum ſingulæ retractui ſunt obnoxiæ vẽditis, ſecus ſi quædam retractui non obnoxiæ.*

Declar. 4.

160. *In retrahere volente ex toto patrimonio tertio alicui divendito, res quaſdam particulares.*

161. *Multa cum univerſitate tranſeunt, quæ ſeparatim non tranſirẽt.*

Lim. 6. Concluſ.

162. *In rebus principi venditis. Vide n. 174.*

163 *Princeps jure privatorũ utitur, legeq́; contractus adſtringitur,*

164. *Deus principi leges, non contractus ſubjecit.*

165. *Princeps ligatur lege cõvẽtionis aliâs nemo cũ ipſo contraheret.*

166. *Plenitudo poteſtatis vel alia urgens clauſula principem ab obſervantia contractus non liberat.*

167. *Contractus ferè omnes jure gentium nituntur.*

168. *Conſanguineum admitti ad retractum omnium ferè gentium inſtitutis & moribus receptum eſt.*

169. *Retractus quatenus ex contractu deſcendat?*

170. *Princeps quare in contractibus obligetur?*

171. *Princeps non innodatur ſtatutis à ſe firmatis.*

172. Prin-

Digitized by Google

172. Princeps qui ſolus legem imponere vel ſupprimere [illegible].

173. Perſona [illegible] conceſſionem [illegible].

175. Princeps culpam timere debet, ubi culpa non eſt.

176. Princeps ſupremus eſt & putatus [illegible].

177. Princeps eſt lex viva in terris.

178. Princeps quodcunq; agit, ſine injuria alterius agere debet.

Extend. 1. limit.

179. Ad Reges.

Extend. 2 limit.

180. Ad principes regalem dignitatem obtinentes.

Lim. 7 Concluſ. 1.

181. In rebus venditis ad uſum publicum vel pium, & ibi exemplif.

182. Omnia publica [illegible] præferuntur privatis.

Lim. 8.

183. Secundum Conſ. [illegible] & Darmbſtat. [illegible] prædium venditum, quod [illegible] vel Eccleſia con[illegible] præſtat conſenſum, vel penſionem annuam, ſi quoad mores & facultates ſit ſuſpectus.

184. Satiſdatio malevolum animum in emale verſantis non mutat.

Lim. 9.

185. In Caſtello ſine Regis conſenſu vendito.

Lim. 10.

186. Si proprietarius uſumfructum vel dominus directus utile dominium emat, & quare?

QUÆSTIO. III.

IN QVIBVS REBVS IVS PROTIMISEOS SEV retractus conſanguinitatis locum habeat?

In præcedenti quæſtione de perſonis, quibus jus retractus conſanguinitatis datur, vel denegatur, actum eſt: conſequens jam eſt, ut etiam de rebus, in quibus locum habet, agamus.

CONCLUSIO I.

STANTE † ſtatuto vel conſuetudine concedente jus retrahendi 1
proximioribus indefinitè & ſine reſtrictione in rebus extra familiam alienatis ſeu dimiſſis, id etiam indefinitè erit accipiendum, niſi ipſa quarundam rerum natura & qualitas, à ratione hujus juris & ſtatuti aliena ſit & deficiat. Nam indefinita † locutio æquipollet 2
univerſali, non ſolùm in expreſſis à lege, ſed etiam ſtatuto vel conſuetu-

ſuetudine, ut notavit Bart.*in repetit.l omnes populi.n. 57.ff.de juſtit.& jur.*Bald.& Angel.*in l ſi ſervitus.ff de ſervit urban.* Curt. Jun.*in l.1.n.7 ff.ſi cert.pet.* quos & alios ad hoc in terminis ſtatuti adducit & ſequitur Didac.Covarruv.1.*variar.reſolut.c.13.n* 8.*verſ.quartò hinc patet veritas,&c.*Et hunc pertinent, quæ Dd. paſſim de vi & efficacia indefinitæ locutionis adducunt.

3 Pro ratione dubitandi occurrit, quod indefinita locutio, † non ex natura ſignificationis propriæ, ſed impropriè & ex æquitate ac benignitate quadam, univerſali æquipolleat. *l.ſi ſervitus,verſic.& humanius.ibidemq;* Bart & Bald.*ff.de ſervitut. urban. præd.*& Bart.*in l.ſi pluribus.ff.de legat 2* Deci.*in l.1.num.12.& ibi* Cagnol.*n.8.* Hinc JC.Ulpian.ſi cui,inquit,lana legetur (indefinitè) id videtur legatū, quod tinctum non eſt,ſed ſpontè ſuâ natum. *l.ſi cui. 70.in pr.ff.de legat.3.& in l.quæſitum.§ illud fortaſſe.ff.eod.* ubi legato marmore indefinitè,reſpondit, non comprehendi imagines ex marmore factas, quamvis ſi iſthæc legata eſſent verbis univerſalibus concepta, omnia prædicta continerent.*l.1.de aur.& argent.leg.l.heres meus.§.2.de leg.at.3.*verba autem ſtatuti ſtrictè accipienda,ut in præcedentib.qq. paſſim adnotatum.

4 Pro ratione decidendi nota, 1. Quod † in ſtatutis non ſolùm ad verba, ſed etiam ad mentem ſtatuentium principaliter reſpiciendum ſit,eamque potius, quàm ſtrictam verborum interpretationē prædominari debere.*l.cum virum.ubi* Coraſ.*in princ.C.de fideicomm.* Bart.*in l.contra.n.1.verſ.ſed quid.ff de leg.*gloſſ.& Dd.*in c.intelligentia, de V.S.& in l.ſcire leges.ff. de legib.*Jaſ.*in l.jurisgentium.§.prætor ait.n.18. ff.de pact.*Paul Pariſ.*conſil.85.num.9. lib. 2.* Tiber. Decian.*conſil.46.n. 119.lib. 2.* Johan. Vincent. Honded. 2. *conſil.9 num.*21.Idque non
5 ſolùm † de mente expreſſa, ſed etiam conjecturata & præſumpta accipiendum.Cravett.*conſil.8.num. 21.* Matth. Weſenbec.*conſil.53.*
6 *num.41.* Atqui mens † ſtatuentium aliquid verbis indefinitis, eſt quod non excepta, & in quibus ratio ſtatuti non deficit,comprehendantur,ut eleganter declarat Didac.Covarruv.*lib 1 variar.reſol.*
7 *d.cap.13.ſub n.*8.*verſ cæterum cùm ipſe animadvertam.*2. nota, quod † tunc demum impropriè ex benigna interpretatione, indefinita locutio univerſali æquipolleat, ſi deficiat ipſius ſtatuti ratio vera & propria, adeoque & mens ſtatuentium: illa verò non deficiente,

omninò

omnium [illegible] univerſali [illegible] Covarr. [illegible] Quantum ad [illegible] *gu*.5. attinet, reſpondeo, [illegible] propoſitionem [illegible] æquipollere univerſali, quando eadem eſt ratio o- 8
mnium ſpecierum ſub genere contentarum. Dyn. *in [illegible] de [illegible]* .6 Et quando † prædicatum ineſt omni & toti ſubjecto, 9
ut notat Dn. Helfric. Ulric. Hunnius *lib.* 5. *reſolut.* [illegible] .5. [illegible] *reſpondeo*; vel ut loquuntur Philoſophi, quando prædicatum eſt eſſentiale ſuo ſubjecto. Jam verò non omni lanæ tanquam ſubjecto convenit eſſe tinctam, neq; id eſſentiale, ſed accidentale eſt, neq; etiam eadem eſt ratio lanæ artificioſè tinctæ & per ſe natæ, imo per ejuſmodi tincturam in aliud videtur migrare genus. Tanto minus in ſecundo exemplo, legato marmore indefinitè, cenſeri poterunt legatæ imagines ex marmore factæ, cum toto genere differant, nec imago ex marmore, ſub marmore rudi tanquam ſpecies ſub genere proximo comprehenditur.

Amplia I. † hanc concluſionem procedere non ſolum in bo- 10
nis avitis, paternis & gentilitiis, vulgò Stammgüter/ ſed quibuſcunque patrimonialibus & hereditariis vulgò Erbgüter/ quia indefinita ſtatuti locutio, non minus hæc quam illa comprehendere apta nata eſt, remanente in utroque caſu ſtatuti ratione finali, ne videlicet bona exeant de familia. Confer tamen in terminis omninò Anton. Gomez. *in comment. ad l.* 70. *cum* 5. *ſeqq. Tauri. num.* 3. *fol.* 530. ibique Dieg. Gomez. *in addit.* Johan. Guttuerez. *pract. quæſt.* 148. ubi quid in Hiſpania ſervetur.

Pro declaratione hujus ampliationis notandum, multùm † 11
differre bona gentilitia & avita, à bonis patrimonialibus hereditariis. Dicuntur † enim bona avita & gentilitia, vulgò Stammgüter/ 12
Altvätterliche Güter oder Erbe/ quæ fuerunt majorum noſtrorum. *l. ſi in emptionem. ibi: quod majorum ejus fuiſſet. ff. de minorib.* Hardewig. à Daſſel *in comment. ſuper conſuet. Lüneburg. art.* 10. *n.* 12 Matth. Berlich. *p.* 2. *concluſ.* 13. *num.* 5. & quæ à communi ſtipite tanquam traduce provenerunt, talis fuit vinea Naboth, quam propterea, quod eſſet hereditas patrum ſuorum ſeiner Vätter Erbe permutare vel vendere Regi Achabo denegavit. *1. Reg.* 21. Sic feuda † antiqua ſive pater- 13
na, Germanis vocantur Altvätterlich oder Stammlehen. Andr.

14 Geil. *2.ob. 49.num. 1. & ſeq.* De jure † Saxonico ita deſcribuntur, daß Stammgüter ſolche Güter ſeyn/welche der donator (ſeu quilibet poſſeſſor) nicht ſelbſt acquirit oder erlangt/ ſondern die von ſeinen Vorfahren/als Großvatter vnd dergleichen gewonnen/vnd von denſelbigen jhren Vrſprung haben. Conſtitut. Elect. 12. *part.* 2. hoc eſt, pro bonis avitis illa habenda eſſe, quæ non ipſemet donator ſive poſſeſſor acquiſivit, ſed quæ à majoribus ſuis, avo nimirum & ſimilibus ad ipſum pervenerunt. Jedoch daß vnter den Stammgütern dieſe verſtanden werden/ die nicht von Eltern allein/ ſondern von Groß Eltern herkommen/hoc eſt, ita tamen ut horum bonorum nomine bona à majoribus avitis & proavis, non verò proximis parentibus provenientia intelligantur, ut declaratur in Conſtitut. Elector. *31. part. 2.* Chriſtophor. Zobel. *2. different. 19. num. 19. & 20. in fin.* vid. Matth. Coler. *deciſ. 15. paſſim. per tot.* Dan. Moller. *in comment.*
15 *ad d. Conſtitut. Electoral.* 12. ubi ſub *num.* 2. notat. nihil † vigore dictarum conſtitut. referre, an ex paterna, an verò materna linea iſta bona provenerint, & ita à Scabinis tam Lipſenſibus, quàm Wittebergenſibus pronunciatum teſtatur idem Moller. *1. ſemeſtr. cap. 34.* & adde conſtitut *31. num. 11.* Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 13. num. 6.* Ad
16 hoc itaque † ut bona dicantur majorum ſeu gentilitia & avita, non ſufficit, quod ex patris hereditate viâ ſucceſſionis ad nos devolvantur, ſed neceſſe eſt, ut à majoribus ſeu progenitoribus noſtris proveniant, licet aliquando mediatè, non ab aſcendentibus, ſed collateralibus, qui nobiſcum à communi quodam ſtipite deſcendunt, capiamus, habitâ ſemper communis ſtipitis & primi acquirentis ra-
17 tione. Bonorum † verò hereditariorum ſignificatio multò ſe extendit latius, dicuntur enim bona hereditaria, vulgò Erbgüter vel à priori, vel à poſteriori. A priori, quando videlicet ex hereditate vel aſcendentium vel deſcendentium, vel collateralium nobis obveniunt, & tunc vulgò appellantur, angeerbte oder angefallene Güter/uti ex ſtatutis Lubecenſ. *lib. 1. tit. 10. art. 6.* deducit Erneſt. Cothman. *1. conſil. 38. num. 8. & conſil. 12. n. 13. vol. 3.* ubi ex cod. tit. art. ult.
18 ita deſcribit: † Erbgut werd geheiſſen allerhand Gut/welches einem Menſchen anfallen mag/ von ſeinen Eltern oder Blutsfreunden in Auffſteigender/Niederſteigender oder Seitlinien. A poſteriori verò
19 † etiam dici poſſunt bona hereditaria undecunque quæſita, ſi ejus

ſint

[illegible] qualitaria, [illegible] pleno jure poſſideat & [illegible] [illegible] poſſunt, & ſine determinatione, generis appellatione vulgò vocantur Eygüter. Hinc proprie [illegible] [illegible] rem habere, [illegible] haben / nihil 20
aliud eſt, quam alicujus rei dominum eſſe ejuſque [illegible] proprietatem habere ſecundum Juſtinian. *in §. item extraneus. Inſt. de hered. qualit.* & *differ.* ubi pro herede, † inquit, gerere eſt pro domino gerere, ve- 21
teres enim heredes pro dominis appellabant. Regner. Sixtin. *conſil. Marpurg. 2. vol. 3.* Guhelm. Bud. *in annotat. ad prior. pandect. l. ex l. 3. pro herede* [illegible]. Petr. Peck. *in tract. de teſtam. conjug. lib. 5 c. 4. num. 1.* Chriſtophorus Beſold. *in Theſaur. practic. verb.* Erben / *in E. §. 30.* indeq; heres † quaſi herus, id eſt dominus. *l. item Mela. §. legem. 6. ff. ad L. Aquil.* 22
quod eleganter & pluribus explicat Jacob. Cujac. 10. *obſerv. 16.* Et etiamnum Germani dominum † vocant Herr, ab hero forte & he- 23
rede. Indeque in Pandectis Florentinis heres † perpetuò ſine 24
diphthongo ſcribitur Borcholt. *ad d. §. item extraneus. Inſt. de hered. qual.* & vox erblich / † in communi noſtro idiomate & loquendi uſu 25
non rarò idem eſt, quod proprietariè erblich pro eygenthumblich / & Erbherr quaſi Eygenthumbsherr / Gylm. *in ſymphor. tom. 4. p.* [illegible] *n. 126. fol. 67.* quem ad hoc adducit Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſervat. verb.* erblich vnd ewig. Nam dominium † propriè nihil aliud 26
eſt, quàm proprietas, & ut heres facere quis dicitur, qui ut proprietarius facit, non qui ut patronus, vel fructuarius, vel alio modo, ut notat Cujac. *d. obſ. 16.* Saxones, † quorum lingua ſuperioribus ſe- 27
culis apud Germanos fuit frequentior, res immobiles proprias Erbe appellarunt. Wehner. *d. loc.* Et ita adhuc hodie in Weſtphalia & inferiori Saxonia uſurpari hanc dictionem animadverti, & hoc reſpectu bona † hereditaria Erbgüter opponuntur quandoque bo- 28
nis feudalibus, emphyteuticis, & ſimilibus, quæ non proprietariè vel pleno jure ad nos pertinent. Quando † itaque ſtatutum diſpo- 29
nens de jure protimiſeos, mentionem faceret bonorum hereditariorum, Erbgüter / non ſolùm avita & gentilitia, ſed quæcunque bona proprietaria, intelligenda erunt. In conſuetudine † quorun- 30
dam locorum ſuperioris Haſſiæ & pertinentium ditionum ita uſurpatum & cautum legitur. Daß der Näherkauff in den Erbkäuffen / erbvnd ligenden / vnd nicht beweglichen Gütern oder fahrender Haab ſtatt habe. Ex hiſce colligitur, quod vigore hujus conſuetudinis Re-

tractus,in bonis hereditariis quibuſcunque modò immobilia ſint. locum habeat , non attento an à majoribus provenerint , modo, priori vel poſteriori hereditariorum bonorum appellatione veniant , argumento eorum , quæ in præcedenti declaratione dicta ſunt. Idq; vel maximè exinde patet , quod dictio Erbgüter copule-
31 tur & connectatur conditioni ligend/ declarativè. Nam dictio,† &,vnd / non rarò pro declaratoria præcedentis extremi ponitur.§. *item.1.Inſtit.de libert.§.penult.Inſtit. de tutel.l.ſi in venditione.& ibi gl. de evict.c.2.de ſponſal.*Guid.Pap.*deciſ 528.n.2.*Petr.Weſenb.*conſil.46.*
32 *num. 3.* Et ita † etiam in hiſce locis ſine diſcrimine in omnibus bonis immobilibus hereditariis ſervari , ex quotidiano rerum uſu ap-
33 paret. In Ordinat. † Darmbſtadina verò ita cavetur. Der Abtrieb ſoll nicht ſtatt haben / wann die verkauffte Güter nicht von deß Verkauffers Eltern oder Groß Eltern herrühren / ſondern von jhme oder ſeinem Vatter/Mutter oder Freunden gekaufft worden / oder hette ſie ſonſt an ſich bracht / doch ſoll in ſolchen Gütern nichtsdoweniger den Kindern allein die Nähergeltung bleiben / hoc eſt,retractus locum non habebit,niſi in bonis paternis & avitis venditoris : ſecus autem in his,quæ venditor vel ipſe , vel pater , mater , aut cognati ejus,emptionis titulo vel aliunde acquiſiverunt : liberis tamen retrahendi facultate (juxta diſpoſitionem ſupra ſuo loco adductam) relictâ.

34 Amplia II.† Concluſionem in bonis acquiſitis , quæ videlicet nec à progenitoribus , nec hereditate aliquâ nobis obvenerunt,ſed aliunde labore,induſtriâ,vel alio modo legitimo acquiſita ſunt,vulgò wol gewonnen oder errungen Gut. Galli dicunt acqueſtum conqueſtum. Confer Nicol. Boër.*deciſ.Burdeg.76.n.1.& ſeqq.* Erneſt.
35 Cothman.*conſil.38. n.4. vol.1.* quia & † hæc indefinitâ bonorum appellatione comprehenduntur.vid. etiam quæ notavit Ariſmin. Tepat.*in Compend. Deciſ.Tit.399 c.7.*

36 Et cum † in hiſce locis , etiam acquiſita , quæ proprietariè & pleno jure ad nos pertinent , ac ad heredes quoſcunque tranſmiſſibilia ſunt, Erbgüter/erb.vnd eygenthumbliche Güter / dicantur, dubium non eſt, in illis etiam vigore adductæ conſuetudinis , retractũ obtinere , maximè cum ratio primaria juris protimiſeos , ne bonâ ſemel in familiam translata,de ea exeant , in acquiſitis etiam militet.

[illegible] [illegible], [illegible] [illegible]. 37

[illegible] acquiſita [illegible] ſucceſſionis [illegible] amplius acquiſitorum jure [illegible] [illegible], vel [illegible] quæ poſt [illegible] ſucceſſionis [illegible] deſolvuntur, quo [illegible] non ad bona acquiſita, ſed [illegible] obvenientia refertur. Iſt kein [illegible] ſondern ein anererbt oder angefallen Gut. Sic feudum † novum dicitur, quod ipſe acquiſivit, nec ab ullo 38 alio, quam à [illegible] & domino concedente habet. *c.1.verſ.novam [illegible] [illegible] n.c.1.de contr.[illegible] Capitan.inveſtit.* W[illegible]ſenbec.*de Feud.c.2.n.*[illegible] Hartman [illegible] *lib.2.q.4.n.2.* Vult.2.*con[illegible] [illegible]. 25.n.12.* quod tamen concelſum, ut † ad gradum [illegible], & 39 ſucceſſionis viam ingreditur, novum eſſe deſinit *c.1.de [illegible] [illegible] c.1.qui teſt.ſi [illegible] neceſſ.* Bal[illegible] *conſil.357.col*[illegible] *in uſib.Feud.n.38.* Curt. Jun. *tract.Feud.p.1.*[illegible] Aym.Cravett.*conſil.624.n.17.* Stante [illegible], non admittente retractum, in bonis acquiſitis, illa quæ ſemel ſucceſſionis viam ingreſſa ſunt, à retractu non excludentur.

Extende hanc Ampliat.† ſtante etiam ſtatuto, excludente re- 40 tractum, in bonis acquiſitis, non obtinere, ſi res diu, ſeu longo tempore à venditore fuerit poſſeſſa, & ita quodammodò radices agendo, in familia ejuſdem quaſi propria facta ſit. tunc enim cenſetur inſtar paternæ, ut poſt Henric. Bohic. *ad c.conſtitutus.de in integr.reſtit.* Bald.*conſil.410.in fin.vol.4.* notat & declarat Nicol. Boër.*deciſ.Burdegall.*[illegible]*6 n.10.* quod firmat & ſequitur Petr. Gregor. Tholoſan.*in ſyntagm.jur.univerſ.lib.26.c.2.num.7.* Dicitur † autem longum tem- 41 pus, quod eſt 10. annorum, *per text.in fin.princ. Inſtit.de [illegible] [illegible].* Joh. Sichard.*ad rubr.n.10.C quæ ſit long.conſuetud.* An[illegible] [illegible] *2.obſerv.10. n. 2.* Vigore ſtatuti † Lubecenſis plura requiruntur, ut res vendi- 42 ta retractui ſit obnoxia. 1. ut res hereditate obveniat, ex aſcendenti, deſcendenti vel collaterali linea. 2. ut à [illegible] [illegible] vel conſanguineis proveniat. 3. ut ſucceſſionis viam ingreſſa ſit, ut notat Erneſt. Cothman. *d conſil.38.n.8.9.& 10.* ubi in tali caſu conſuluit, quo

 maritus

Maritus bona, quæ ex ſucceſſione uxoris quæſivit, vendidit, quod cognati uxoris non admittantur ad retractum, propter defectum requiſitorum ſtatuti Lubecenſis.

43 De jure † Saxonico in gentilitiis tantùm bonis Stammgütern retractus & non niſi liberis, excluſis aliis conſanguineis, conceditur. Conſtitut. Electoral. 31. ibidemq; Dan. Moller. *in commentar. part. 2.* Confer tamen Berlich. *p. 2. concluſ. 39. num. 19. & ſeq. junct. num. 73.*

Pro ratione dubitandi ad præcedentes Ampliat. facit, quod
44 ratio † juris retractus proximitatis, videatur fundari in ſola affectione rerum, quæ majorum noſtrorum fuerunt, in quibus defeçit pater, filius crevit: ubi majorum imagines aut non videre fixas, aut videre revulſas, ſatis lugubre & dolendum eſt, ut loquitur textus *in*
45 *l. lex quæ. C. de adminiſtr. tut.* Nam ea, quæ † ita ex ſucceſſione noſtrorum majorum accipimus, magis ſunt familiæ, quàm quæ ipſi nobis acquiſivimus, inque his plus juris;, quàm in cæteris habemus *l. ſi quid*
46 *in bello, & ibi* gl. & Bart. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Sic Vaſallus † alienando feudum novum à ſe primum acquiſitum, nocet poſterioribus: In feudo verò antiquo neque filiis, neque agnatis præjudicare poteſt. *c. 1. §. hoc quoq́, & ibi* gl. *in verb. in veſtra de ſucceſſ. feud.* Andr. de Iſern. *in c. 1. de alien. feud. patern.* Conſ. Geil. *2. obſ. 49 & 50.* Huic accedit conſtitutio Friderici Imperat. *de jur. Protim. in pr.* quæ
47 † tunc demum videtur admittere retractum, ſi bona ex communi parentela proveniant, hoc eſt, à majoribus noſtris, ut quidam interpretantur, & ita dictionem parentelæ, & bona ex parentela deſcendentia pro gentilitiis, vulgò Stammgüter, accipit Johan. Köppen. *deciſ. 52. num. 9. part. 1.*

48 Pro ratione decidendi notandum, licet † multùm eorum affectioni, qui admiratione rerum à majoribus provenientium ducuntur, datum ſit, illa tamen affectio, neque primaria, neque unica, neque finalis cauſa juris protimiſeos cenſetur, ſed tantùm impulſiva. Vera autem principalis & finalis cauſa hujus juris eſt, ne bona exeant de familiis, ſed eorum potius acceſſione magis magisq; familiæ
49 ſerventur, & illuſtriores efficiantur. Bonorum namque † acceſſione, creſcũt & conſervantur familiæ. *l. quiſquis. C. ad l. Jul. majeſt. l. 6. C. de ſuſpect. tutor. l. 3. in princ. de teſtib.* & ſine iis ſordeſcunt & decreſcũt

l. 9. C.

[illegible] Ernest. Cothm [illegible] Habet. Decim [illegible] Cavolin. [illegible] quod † tamen in statu publico [illegible] 51
[illegible] † & dignitas fundamentum est salutem [illegible] reipubl. [illegible] text. in aur. Bull. Carol. 4 [illegible] *tit. 3* [illegible] 51
[illegible]. Quamvis [illegible] affectum & [illegible] genitorum, in consideratione sit, tamen non [illegible], sed [illegible] modo adducta est, ratione [illegible] retractus [illegible]: Quamvis [illegible] non † potest, propter istam quam [illegible] affectionem, [illegible] 52
tantò magis in rebus majorum, quam in noviter quæsitis admittendam esse. Hinc C. Plinius ad Valerianum: † Me, inquit, prædia materna [illegible] commovent [illegible] delectant tamen, ut materna, [illegible] 53
15 lib. [illegible] Quamobrem licet in adducta [illegible] hanc [illegible] affectionis rationem Imper. Constantin. [illegible] de [illegible] dumum, in qua defecit pater, [illegible] materna [illegible] † etiam in aliis rebus minorum immobilibus, & pretiosis mobilibus, obtinere expeditum est per text. *in ead. l.* [illegible] *pra* [illegible] *aliis reb. min. sine decret. non alienand.* Quantum ad allegatã 54
Friderici constitutionem attinet, semper repetendum, quod supra in prima quæstione monitum, illam † neq; in corpus juris Authenticum relatam, neque unquam in Imperio Romano, pragmaticæ sanctionis & juris auctoritatem obtinuisse, adeoq; deficiente usu & observantia, [illegible] pro fundanda intentione & [illegible] adduci non posse. Deinde respondetur, hoc ipsum, quod [illegible] ex illa constitutione in medium allatum est, [illegible] sententiam non probare, sed potius contrarium. Nam licet [illegible] princip. illius constitutionis, bonorum ex parentela provenientium mentio fiat, tamen statim in eodem orationis contextu, per disjunctivam [illegible] subnectuntur, ex quibus evidenter apparet, non solum in bonis ex communi parentela provenientibus, sed etiam ex communi emptione aut alio aliquo hujusmodi titulo acquisitis, retractũ hunc competere: textus enim ita habet: *Si quis ex parentela habeat communẽ agrum, domũ, vel vineã, vel rem immobilem,* [illegible] 55 56

vel

vel in divinam , aut ex communi emptione, vel aliquo hujuſmodi titulo, vel alio modo aliquo conjunctim, & voluerit alienare ſupra dictas res per venditionem, &c. ubi diligenter advertendum , quod caſus ſubjecti, per particulas disjunctivas, AUT & VEL priori connectatur. Dictio-
57 nis enim disjunctivæ, † AUT, ea natura eſt, ut ſufficiat diſpoſitionem disjunctim verificari , in hoc vel illo caſu. *l. hac verba ille aut ille, ubi* Alciad, & Dd. *ff. de V. S. & in l. Quintus. ff. de aur. & arg. legat.* Johan. Vinc. Hond. *conſ. 86. n. 13. vol. 2.* Paul. Matth. Wehn. *in pract. obſ. verb.*
58 Oder *pag. 331.* Sic & dictio, vel, † ejus eſt naturæ, ut ponatur inter diverſa quidem, eandem tamen effectum habentia, *l. 9. C. de jur. deliber. l. cum in antiquioribus. C. eod.* Herm. Vult. *1. de feud. c. 9. nu. 40. verſ. textus.* quod & verba : vel aliquo hujuſmodi titulo , quæ ſimilitudinē caſuū, & rationis ac juris, in utroq; caſu idētitatem oſtendunt , uti & verba:
59 Vel alio modo aliquo, &c. quia dictio † alius vel aliud , eſt repetitiva ſimilium. gl. & Dd. *in l. ſi fugitivi C. de ſerv. fugitiv. & in c. ſedes Apoſtolica. ubi* Felin. *n. 5. & 6. extr. de reſcript.* Curt. Jun. *conſil. 184. n. 2.* Proſp. Farinac. *in pract. crim. de delict. & pœn. q. 17. n. 51.* Hieron. Pantzſchm. *part. 1. q. 6. n. 61.* Surd. *conſil. 151. num. 15. volum. 2.* Gylman. *t. 4. ſymph.*
60 *Cam. p. 1. vot. 30. n. 248.* Et facit † poſitionem annexam ejuſdem qualitatis cum præcedentibus. Gylman. *in ſymphorem. tom. 1. part. 1 tit 3. n. 11. fol. 194.* quia propriè ſimilitudinem importat cum expreſſis. Cacheran. *deciſ. Pedem. 52. num. 13. per text. in l. 7. fin. §. fin. de vin. ol. & trit. leg. cum ſimilib.* Erneſt. Cothman. *reſp. Academ. 1. n. 172.* Senſus itaque eſt d. conſtitutionis, ut non ſolùm in bonis ex parentela , ſed etiam communi emptione , vel alio aliquo hujuſmodi titulo acquiſitis locum habeat retractus.

61 Deinde dictio iſta , † PARENTELA , in conſtitutione Friderici poſita, non communem ſtipitem ſignificat, ut videtur voluiſſe Joh. Köpp. *alleg. ſupra loco*, ſed pro cognatione accipitur, ut à Capitolin. in Gordianis uſurpatum refert & ſequitur Tiraquell. *hic §. 1. gl. 8. n. 2. circ. fin.* & ita etiam interpretatur Dionyſ. Gothofred. *in not. ad d. Conſtitut. Frideric. in verb. parentela. lit. A.* quamvis & pro agnatione potius accipi, ibidem innuat. Et parentelam pro cognatione ſumi ex Virgil. notavit Erythræ. *in indic. Virgil.* quem & alios, ad hoc adduxit Melch. Goldaſt *de Majorat. ſive Senior. lib. 1. c. 6. n. 15.* & Domin. Card. Tuſch. *pract. concl. jur. tom. 6. lit. P. concl. 82. n. 1.* tradit, quod

quod parentelæ appellatione, veniant parentes utriuſque ſexus, uſq; ad tritavum, quod etiam refert Chriſtophor. Beſold. *in theſaur. pr. lit. F. n. 27. verb.* Freundſchafft. Et inde fortè cœpti ſunt cognati dici patrui, patrueles, & uno communi nomine parentes, vulgò Vetter/Goldaſt. *d. cap. 6. num. 15.* Thuſ. *d. concluſ. 82. num. 2.* ubi dicit, licet verbum, parentes, intelligatur de aſcendentibus, tamen poſſe etiam ſignificare parentelam, & ſic ex communi uſu loquendi, comprehendere omnes ſanguine junctos, ex Alex. *conſil. 221. Ponderatis. n. 4. verſ. ut eſt verum, li. 6.* Benedell. *de jure Prothomiſ. ad §. inprimis. n. 1.* Non tamen † ſatis Latinam hanc vocem eſſe notavit Friſius in ſuo 62
theſauro verb. parentela. Dum itaque Conſtitutio loquitur de bonis ex parentela provenientibus, non de bonis gentilitiis aut avitis vulgò Stammgütern: ſed de bonis cognatorum, ſeu cognationis, & ex cognatione provenientibus accipi debet. Nam dictio *parente,*
† quæ Gallica eſt, à qua proculdubio corrupta illa dictio *parentela* 63
deſcendit, propinquitatem ein Geſchlecht oder Verwandſchafft denotat. Hinc *de noble parente*, nobilis genere natus dicitur, uti & dictio *parens* in genere quoſcunque neceſſarios & propinquos Gallis ſignificat, ut de communi uſu loquendi teſtatur Card. Tuſch. *d. ſupra loco.* Ambroſ. Calepin. *in Diction. var. ling. verb. Parens.* Rittershuſ. *part. feud. lib. 1. c. 14. q. 4. in fin.* Quamobrem non omnia bona alicujus cognationis, vel inde provenientia ſunt bona avita & gentilitia.
Quantum ad ſpeciales locorum † conſuetudines circa hanc quæ- 64
ſtionem attinet, verum eſt, quod in hiſce terminis monet Tiraquel. quamlibet proviciam ſuo abundare ſenſu. *hic §. 32. num. 4. per text.*
in c. illa. diſtinct. 12. Et quamvis in quibuſdam locis retractus † ad bo- 65
na tantùm paterna & avita reſtringatur, tamen contrarium apud ſuos & in Germania ſervari ſcribit Maſſuer. *in prax. tit. de retract. §. 1.* quem ad hoc allegat Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univ. lib. 26. c. 2. n.*
6. circa fin. & hac de re ita † caveri in ſtatuto Pictonum refert Tiraq. 66
allegat. modo §. 32. Cujus ſtatuti ſeu conſuetudinis hæc ſunt verba: *In rebus à quopiã quæſitis, & ab eodem venditis admittuntur ad retractũ*
conſanguinei venditoris tam paterni quàm materni. Idemq; † apud Co- 67
nomanos, Andes ſive Andegavos, Rochelanos, Burdigalos, Normãnos, & alios ſervari teſtatur Tiraq. *d. loc.* Quicquid autem aliorum locorum conſuetudinibus receptum ſit, repetimus noſtram hîc cõ-

 cluſio-

Digitized by Google

cluſionem & Ampliationem quotieſcunque indefinitè ſine reſtrictione ad bona à conſanguineis vendita, cognati jure congrui vocantur, non ſolùm in bonis ex herede cognatorum, ſed & aliunde quæſitis, vocatos ad hoc jus cenſeri, quod & ſupra adductæ conſuetudini in viridi obſervantia poſitæ congruit. Confer ſupra Quæſt. 2. Ampliat. 2. Concluſ. 1.

68 Amplia III. † in bonis Feudalibus, in quibus etiam jus retractus proximitatis locum habet. *c. Titius ſi de feud. defunct. content. 2. Feud. 26. c. 1. §. nec etiam per quos fiat inveſtit. 2. Feud. 3.* Matth. de Affl. *de jur. protimiſ.* § *tota hac lex. n. 12.* Qua de re latè agunt Feudiſtæ præſertim recentiores, qui circa retractum Feudalem videri poſſunt. Hartm. Piſtor. *quæſt. 5. 7. & ſeq. 12. 14. part. lib. 2.* Roſenth. *de Feud. c. 9. membr. 2. concluſ. 87. & aliquot. ſeqq.* Ludolph. Schrader. *de Feud. part. 8. c. 3. & ſeqq.* D. Gothofred. Anton. *diſp. Feud. 10. th. 4. 5. & 6.* Herm. Vult. 1. *Feud.* 11. *n. 74. & mult. ſeqq.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 13. §. 20. 21. 22. 23. & 24. ac paſſim* Mynſing. *4. obſ. 85.* Johann. Köpp. *deciſ. 54.* Weſenb. *conſil. 54. & de feud. cap. 11.* Wumbler. *pract. obſ. tit. 51. obſ. 4. & 17.* Fachin. *7. controverſ. jur. c. 8. & ſeqq.* Zaſ. *in epitom. feudor. part. 9. num. 30.* Peg. *hîc lib. 1. c. 4.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 3. deciſ. 55. ſub. num. 2.* Arnold. Ferron. *ad conſuet. Burdegal. tit. 2. de retractu.* §. 2. Schurf. *conſil.* 30. *in princip. num. 3. cent. 1.* Papon. *rer. in Franc jud. lib. 11. tit. 5. arreſt. 6.* Jacob. Ferrer. *in annot. ad Guid. Papæ. q.*
69 *508.* qui duo poſteriores præjudicia referunt, Hæc tamen † ad retractum vicinis, à quo feuda eximuntur, non ſunt extendenda, per tra-
70 dita Matth. de Afflict. *d. ſupra loc.* Quomodò † Dn. feudi, permiſsâ feudorum alienatione, de more regionis, ex quorundam locorum ſtatutis retrahat, videri omninò poteſt Carol. Molin. *d. §. 13. paſſim per tot.*

71 Limita hanc Ampliat. † non procedere, ſi alienator ſit primus acquirens feudi. Andr. Alvarott. & Afflict. *in d. c. Titius.* Zaſ. *de feud.*
72 *part. 8. num. 61.* ratio eſt; quia in † feudo novo, agnatus nullum jus habet, ideoq; acquirens liberè alienare poteſt. Clar. *in §. feudum. q. 41. & ſeqq.* Garſ. Maſtrill. *deciſ. Sicil.* 8 *n. 21. & ſeq.*

73 Amplia IV. † in bonis emphyteuticis, de conſenſu Domini directi alienatis; aliàs enim Dominus præferretur, ſi ipſe emere vellet,

Digitized by Google

let, per tradita Matth. de Afflict. *de jur. Protim.* §. *tota hac lex. num. 11.* Add. Ordinat. Solmenſ. *part. 2. tit. 12.* §. Alſo hat der Abtrieb nicht ſtatt/ wann der Landſiedel die Beſſerung ſeinem Lehnherzn verkaufft hat. Berlich. *p. 2. concluſ. 39. n. 3.* Balthaſ Benedell. *in tract. de jure prohomiſ. ad princip. conſtit. n. 213.* Confer Marc. Anton. Peregrin. *conſil. 12. n. 3. & ſeqq. lib. 2.* Maſtrill. *deciſ. 50. num. 2. & ſeqq.* Anton. Gomez *in comment. ad l. Tauri. 70. cum ſ ſeqq. n. 31. fol. 540.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. Tom. 3. cap. 460. num. 26. & ſeqq.* ubi utrumq; caſum multis perſequitur & defendit. Contrarium tamen tenet Guttierez *pract. quæſt. 145. n. 1. quod tamen rurſum limitat. n. 3. 4. lib. 2.* Didac. Covar. *3. var. reſolut. c. 11 n. 3. & ibi allegati.*

Amplia V. † in cenſibus & annuis reditibus, vulgò Pfächte/ 74
Zinſen Jährliche Gefälle / ꝛc. Matth. de Afflict. *de jur. protimiſ.* §. *tota hac lex. num. 10.* Chaſſanæ. *in conſuetud. Burgund. tit. de retract.* §. *8. verb. Rentes & Cenſes,* Tiraquell. *hic* §. *1. gloſſ. 6. num. 4. & ſeq.* Johan. Köppen. *deciſ. 24. nu. 2.* Benedell. *in tract. de jur prothom. ad princip. conſtitut. n. 63. & 164.* Martin. Peg. *hic lib. 1. c. 2. verſ.* Zum vierdten / Marc. Anton. Peregrin. *conſil. 43 num. 5. lib. 1.* Vicent. Caroc. *in tract. de excuſſ. bon. quæſt. 44. ſecunda part. num. 3.* Quod etiam expreſsè admittit Ordinat. Darmbſtadina §. Und ob wol der Näherkauff / ꝛc.

Pro ratione dubitandi facit, quod † annui reditus per ſe & ex 75
ſui natura nec res immobiles, in quibus ſolis regulariter Retractus jus obtinet, nec etiam mobiles ſint, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituant. Panorm *in c. nulli. n. 10. de reb. Eccleſ. non alien.* Alex. *in ad Bart. in l. moventium. de V. S.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ.* §. *94. gl. 1. verb. rentes conſtituentes, num. 18.* Tiraquell. *gl. 6. num. 3.* Kopp. *deciſ. 24. num. 7.* Jacob. Schult. *pract. obſerv. 23. num. 7.* Guttierez *in pract. quæſt. lib. 3. q. 83. num. 7. & num. 14. & lib. 2. q. 146. num. 3.* quem & alios refert Caſpar. Roderic. *in tract. de ann. redditib. lib. 1. q. 3. nu. 9. ubi paulò ſubtilius circa hanc rem.* Joſeph. Ludov. *commun. concluſ. 48. n. 58.* Jacob. Venut. *in tract. de ann. præſtat. q. 39 p. 2.* & ita etiam in terminis, quod † nimirum retractus conſanguinitatis in his reditibus 76
annuis locum non habeat poſt aliquos tenet Felician. de Solis *in tr. de cenſib. lib. 1. c. 10. n. 29.* Et communiorem & receptiorem ſententiam hanc eſſe affirmare non veretur Guttierez *2. pract. quæſt. 145. n. 1.*

*verſ.nihilominus add.*Covarruv.*3.variar.reſolut. c.11.n.3.* qui tamen valdè urgent Leges Tauri Hiſpanicas & ad eas ſe referunt.

77 Pro ratione decidendi notandum † quod, licet annui reditus, neq; immobiles res , neq; mobiles propriè loquendo ſint, illos tamen regulariter jure Civili & Canonico, rebus immobilibus annumerari & immobilium jure cenſeri. *c.exivi,ibi:cum annui reditus inter immobilia cenſeantur à jure.extr.de verbor.ſignificat. l.jubemus nulli.§.C.de SS.Eccleſ.l. hac edictali. §.his illud. C.de ſecund.nupt.l.ult.§.præterea,ibi.vel ædes vel certum reditum. de jur.dot.l.2.in fin C.de bon.petit.*Schrad.*de feud.p.3.c.3.n.2.* Cravett. *conſil.782.n.1.* Joh.Ferrar. Montan.*1.conſil.Marp.2.n.1.* ubi dicit id eſſe juris expediti.Joh.Oldendorp.*conſil.*Marp.*5.n.*70.Petr.Weſenb.*conſil. 61.incip.* auff die mir vbergebenen Fragen.*n.5.*Franciſc.Pfeil *cent.2.conſil.107.num.14.* Joachim.à Beuſt.*p.2.de matrimon.cap.68.in princip.*Harprecht. *in §.ſed hodie.n.17.Inſtit.de ſatiſdat.*Cardin.Mantic.*de tacit. & ambig.convent.lib.25.tit.6.n.1.*Jacob.Schult.*in addit.ad illuſtr. quæſt. Modeſt.Piſtor.124.n.49.* Anton.Gabriel.*in comm.concluſion.lib.6 tit.de verbor.ſignific.concluſ.8.num 1.& aliquot ſeqq.* Carol. Molin. *in tractat.de uſur.quæſt.*37.*n.273.*Andr.Geil.*2obſerv.*10.*num.*1.ubi ita ex communi Dd.opinione hanc concluſionem firmat. Berhard.Græva. *ad d.obſerv.2.pract.concluſ.10.& ibi allegati.*Joh.Köpp.*deciſ.24.num.8.*&

78 ita † conſuetudine exiſtente , ut conjunx in mobilibus ſuccedat, eam à reditibus annuis excludi, judicando in Camera obſervatum, in cauſa Wilhelm Gegers Erben Vormünder, contra Bart.22.Maji anno 42.refert auctor.præjud. Camer. *verb.annui reditus.verſ.fin.fol.16.*Hujus rei effectus inſignes vid.apud.Geil.*d.obſerv.10.num.4.*

79 *& ſeqq.*quamvis quò ad † effectum ſatiſdationis relevandæ, annuos reditus loco immobilium non haberi defendere conetur Jacob. Schult.*pract. obſervat.22.num.4.& ſeqq.* quæ licet ab ipſo ſubtiliter ſatis diſputentur , in praxi tamen contrariam ſententiam etiam in hoc caſu tutiorem exiſtimarem. Et hanc ſententiam in hiſce retractus terminis in puncto juris veriorem videri,ſcribit Guttierez *d.q.145.verſ.ſed contra hanc.lib.2.* Quamvis ex præſuppoſito Hiſpanicæ Legis cum Covarruv. & aliis contrarium circa retractum in Hiſpania receptum atteſtetur. Idq; ſatis videre eſt ex *quæſt.ſeq.146.n.2.verſ.contraria,in verbis*: per noſtram legem.

Extende

Extende hanc ampliat.† procedere ſive in frumentis , ſive in 80
pecuniis , reditus annui conſtituti ſint & ſolvantur. Paul. Matth.
Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Jahrnuß. §. *cenſus redimibiles*: quia
jura ad ipſam ampliat. adducta generaliter & indefinitè loquuntur,
ideoq; ita etiam accipienda ſunt.

Declara 1. Ampl. hanc procedere, quando reditus in perpe- 81
tuum vel ad longum tempus conſtituti eſſent, ſecus ſi ad modicum.
Anton. Gabriel. *d. concluſ. 8. num. 3.* Geil. *d. obſervat.* 10. *num.* 1. Myn-
ſing. *1. obſervat. 69. num. 12.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neapolitan. 362.*
num. 7. Roderic. *de ann. reditib. lib. 1. quæſt. 3. num.* 10. Peg. *hic d. lib. 1.*
cap. 2. verſ. Jtem die Rent/Gült/Zinß/ꝛc. *pag. 2. B.* Joſeph. Ludovic.
commun. concluſ. 48. num. 61. Jacob. Schult. *ad d. quæſt. Modeſt. Piſtor.*
124. num. 50. & ſeq. Jacob. Venut. *in tract. de ann. præſtat. p. 2. quæſt. 39.*
verſ. & hoc primò intellige eſſe verum. Confer etiam tradita Guttierez.
d. q. 146. *n.* 3. ubi auctores quoſdam pro hac declaratione adducit,
contrarium tamen concludens, & addens quod in Gallia retractus
ad annuos reditus non extendatur, cum conſtituantur ad tutiorem
ſolutionem & rationem habeant hypothecæ per tradita Carol.
Molin. *in conſuet. Pariſienſ part. 2. tit. 2. de cenſib. n. 29. fol. 136.* Didac.
Covarruv. *3. variar. reſolut d. cap. 11. num. 5.* Et ita † in terris Saxoni- 82
cis annuos reditus, qui non perpetuò duraturi ſunt, ſed cum pacto
de retrovendendo conſtituuntur , pro mobilibus haberi teſtatur
Schurff. *3. conſil. 72. num. 5.* Thoming. *deciſ. 3. num. 9.* quod tamen no-
viſſimâ conſtitut. Saxon. 24. part. 3. abrogatum refert Johann.
Köppen. *d. deciſ. 24. num 10.* & quæ pro ratione dubitandi & deci-
dendi ad hanc declarationem adducuntur, vid. ibid. *num. 11. 12. 13. 14.*
Sic prohibitus † alienare, non poteſt fructus in longum tempus cō- 83
ſtituere. *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Bart. & Bald. *in l. Codicillis. §. in-*
ſtitutio. de legat. 2.

Declara II. † modò ſuper & ex rebus immobilibus conſtituti 84
ſint, & debeantur reditus annui. Bald. *in c. 1 §. ſciendum eſt. de Feud. co-*
gnit. ubi hanc quæſtionem ex Frider. de Sen. & Cyn. refricans, con-
cludit, annalem præſtationem , quandò merè perſonale debitum
continet, mobilium numero haberi , quem ad hoc allegat. Johann.
Ferrar. Montan. D. *conſil. 2. num. 1.* Cravett. *d. conſil. 782. num. 3.* Surd.
deciſ. 204. num. 9. Joſeph. Ludovic. *commun. concluſ. 48. num. 64.*

ubi hanc opinionem communem dicit Peregrin. *conſil. 43.n.9.lib.1.*
85 Nam † ejuſmodi reditus, qui debentur ex bonis immobilibus, ipſa prædia afficiunt, vnd wann man Zinß auff Güter verſchreibet / tunc iſta prædia tacitè obligantur, licet id expreſſum non ſit. Bart. *in d.l. codicillis. §.inſtitutio.n.2.de lega.2 l ſi ita quis.de V.O.* Auct. præjudic. Camer. *d.verb.annui reditus.verſ.pen.fol.16.* & hanc declarationem pluribus illuſtrat, & perſequitur Bernhard. Grævæ. 2. *pract.conclu-*
86 *ſion.10.n 6 & ſeqq.* Contrarium † tenet Paul. Matth. Wehner. *pract. obſerv.de verb.* Jahrnuß. *§ cenſus redimibiles.* ubi dicit nihil, quò ad hunc effectum, referre, an illa præſtatio ſit perſonalis vff ein Perſon gerichtet/ an realis vff vnbewegliche Güter geſtellet. Verùm prior ſententia ut juri magis conſona, ita etiam receptior eſt.

87 Limita hanc ampliationem † procedere in reditibus futuris,
88 quorum dies nondum ceſſit, quia † reditus ceſſi, ſeu penſiones ceſſæ (vulgò betagte Renthen oder Zinſen) fructibus à ſolo ſeparatis comparantur, & rebus mobilibus citra controverſiam annumerantur. *l.fructus pendentes.ff.de rei vendic.* & ita ferè omnes ſupra allegati ampliationem noſtrã limitant. Geil. *d.obſerv.10.n.3.* Mynſing. *d.obſerv. 69.n.13.* Petr. Weſenb. *conſil.61.n.6.* Joachim. à Beuſt. *p.2. de matrimon. c.68.verſ. item reditus computantur inter immobilia.* Joh. Ferrar. *d conſil.2.n.1.* Tiraq. *d.§.1.gl.7.n.37.& 44.* Köpp. *d. deciſ.24. n. ult.* Roderic. *d.quæſt.3.n.11.* Caſtillo *in tract.de uſufruct.c.41.n.7.* Jacob. Schultes *ad quæſt. Modeſt. Piſtor.124.n.71.* Jacob. Venut. *in tract. de ann. redit.p.2. q.39.verſ.ſecundò intellige verum.*

89 Amplia VI. † in fructibus pendentibus & nondum à ſolo ſeparatis; quia fructus pendentes rebus immobilibus computantur, cum fundi pars eſſe cenſeantur. *l.fructus.ff.de rei vindic.* Bart. *in l.2.§. prædium.ff.de pignor.& in l.ſi filiusfam.ſub conditione §.cum fundum.ff. de V.O.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. de retra. ad verb.ſon heritage, verſ.ſed juxta hoc quæro,n.9.* Balthaſ. Benedell. *in tract de jur protho-miſ.ad princip.conſtitut.num.127.* ajens, hanc ſententiam magis communiter receptam Martin. Peg. *lib.1.* vom Vorkauff oder Einſtand/ *c.2.verſ.* Vnd erſtlich werden die Früchte. Nicol. Everhard. Jun. *conſil.*
90 *24 num.50.& ſeqq.vol.2.* Verùm cùm † ratio finalis juris retractus ſit, ut bona conſerventur in familia: fructus autem pendentes poſt perceptionem conſumantur, cùm non niſi ad illum effectum emantur, &

tur,& in numero eorum ſint, quæ ſervando ſervari non poſſunt, hāc ampliationem non ſequor, cùm † ratione finali alicujus juris deficiente, ipſum quoq; jus deficiat *l. in omni.* ubi Bart. *ff. de adopt. l. licet.* §. *ea obligatio. ff. de procur. c. poſt translationē.* §. *cæterum. extr. de renunc.* Et ita etiam contra Afflict. & Chaſſan tenet Tiraquell. *hic.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 42. 43. *&* 44. ubi dicit, quod † fructus, ſeparatim ſine fundo venditi, & ſtatim à fundo ſeparandi, perinde cenſendi ſint, ac ſi jam à fundo ſeparati eſſēnt *arg. l. cætera.* §. *ſed ſi ſeparavit, & ibi notat. ff. de legat.* 1. *l. pen. & ibi* Bart. *ff. de milit. teſtam.* 91 92

Amplia VII. † in venditione uſusfructus, per tradita Matth. de Afflict. *de jur. protim.* §. *tota hac lex. num.* 9. Chaſſan. *alleg. ad præcedent. ampliat. loc.* Peg *d. c.* 2. *verſ.* Zum dritten der Nutznieſſlicher. *pag.* 2. *A. & verſ.* Item ſo ein Nutznieſſung. *p.* 2. *B.* quia † videlicet uſusfructus pars fundi eſt *l.* 4. *ff. uſufr. quemadm. cav. l. abeuntes. ff. de legat.* 2. ideoq; eodem jure, quo fundus ipſe cenſeri debet, quia adhærentia † cenſētur eodem jure, quo id, cui adhærent. *c. quanto. de judic.* indeq; uſumfructum † conſtituens alienare videtur. *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* In re autem alienata competit retractus, uti ex his & aliis rationibus pro ampliat. hac concludit Petr. Rebuff. *ad l. rectè dicimus. fol.* 150. *ff. de verb. ſignificat.* latiſſimè Balthaſ. Benedel. *ad princip. conſtitu. de jure prothomiſ. n.* 117. *& ſeqq.* Bertrand. Argentræus *ad jus Britannic. art.* 219. *gloſſ.* 5. *n.* 7. niſi † ſtatutum vel conſuetudo loqueretur præcisè de rebus immobilibus. Alexand. *conſil.* 52. *vol.* 1. Ergo † tamen hanc ampliat. relinquo in medio per ea, quæ contra affērt Joan. Del Caſtillo *in tract. de uſufruct. cap.* 74. *num.* 18. *& ſeqq. & ibi allegati,* ubi vide Anton. Gomez. *in comment. ad l. Tauri.* 70. *cum* 5. *ſeqq. n.* 33. *fol.* 541. Guttierez 2. *practic. q.* 147. Didac. Covar. *var. reſolut. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 4 ubi eam profitetur veriorem, ſtante autem ea, intelligenda juxta limitat. 10. infra hac ipſa quæſt. 93 94 95 96 97 98

Amplia VIII. † in juribus quibuſdam incorporalibus, utpote pedagiis, gabellis & ſimilibus. Matth. de Afflict. *d.* §. *tota hac lex. n.* 8. Chaſſan. *in conſuetud. Burg. tit. de retract. verb. ſon heredítage, ſub n.* 11. *& n.* 12. Benedell. *ad princ. conſtitut. de jur. prothomiſ. n.* 128. *d. c.* 2. *verſ.* Zum andern. quia hæc immobilibus cohærent, & ratione immobilium veniunt, per notat Bart. *in c. un. quæ ſint regal.* Pedagia † autem & gabellæ ſolvuntur, ratione ſoli publici, à tranſeuntibus, 99 100

pro

pro ſecuritate itinerum, *ut in c.ſuper.de verb.ſignific.l.1.ff.de publica.* Bald.*in d.c.1.quæ ſint.regal.*Geil*.2.obſerv.64.num.5.& ſeq.* Idem in
101 nominibus ſive actionibus,† adr em imobilem cōpetentibus, ſtatuendum.Confer. Tiraq.*hic* §.*1.gl.7.paſſim per tot.*Benedell.*ad princip.*
102 *conſtitut. de jure prothomiſ. num. 64. & ſeq.* uti & in † venditione hereditatis, Tiraq.ibid.*num.82.*Peg.*lib.1.cap.6.*Benedell.*d.loc.*
103 *n.165.*ſervitute † poſt Tiraq.Ant.de Padill.*ad l.ſi aquam,num.87.C.de*
104 *ſervit.& aq.*& † decimis. Benedel. *ad d.princip.num.128.* Peg. *d.c.2.* *ſub verſ.*Zum vierdten.*pag.2.B.*

Amplia IX. in venditione juris ceſſi,locum eſſe retractui,poſt Carol.Molinæ.*in conſuet.Pariſienſ.*§.*13.gloſſ.4.num.7.* & §.*24.q.8.n.* *30.& 3.*tradit Chriſtinæ.*deciſ.2.81.n.11.vol.1.*

Sequuntur Limitationes concluſionis principalis.

105 Limita 1. † concluſionem principalem non procedere in rebus mobilibus.Matth.de Afflict.*d.*§.*tota hæc lex.num.6.*cui concordat text.in conſtitut. Frideric.*de jur.protim.in pr.ibi:domum vel vineam,vel rem immobilem,&c.*Et ea de re expreſſam refert Pictonum conſuetudinem. Tiraq. *hic* §.*25.* Maſſuer.*in practic.forenſ.tit.de retract.28.num.2.* Balthaſ. Benedell.*in tract.de jur.prothom.ad rubr.n.* *10.& ad princip.conſtitut.num.62.* Martin. Peg.*lib.1.* vom Vorkauff oder Einſtandt/*cap.2.in princ.* Joh.Hering.*in tract.de Molendin.q.8.* *num.60.* Ratio hujus limitationis eſt, quod cauſa finalis rerum in familia conſervandarum in rebus mobilibus facilè deficiat, utpote
106 quarum † poſſeſſio fluxa admodum & fragilis eſt, imò quodammodò abjecta.*l.ſi rem mobilem.47.ff.de acquir.vel amitt.poſſeſſ.l.peregrè.* *44.ff.eod.*Matth.Weſenb.*conſ.26.n.43.* cum ſimilibus allegatis apud
107 Hering. *d.q.8.num.58.* quæ facilè † pecuniâ parantur & diſtrahuntur.Carol.Molin.*in conſuet.Pariſ.tit.*1.§.*13.gloſſ.5.n.49.* & propterea
108 in his † tanta non cadit affectionis conſideratio propter fragilitatem,ut veſtigia majorum, virtutiſq; memoria illorum retineri poſſit.*arg.l.lex quæ.C.administrat.tut.l.fin.C.quand.decret.op.non eſt.l.& ſi*
109 *fine.*§.*quæſitum.ff.de minor.*Dicuntur † autem mobilia,quæ ſunt apta moveri & transferri de loco ad locum,ut poſt Oldrad.& Dec.tradit Joſeph.Ludovic. *commun.concluſ.48.n.2.* Everhard.Jun.*conſil.24.* *num.53.vol.2.*Alexand.Ludovic.*deciſ.Rot.Roman.257.n.2.*Parlador.
lib.2.

Digitized by Google

lib.2.rer.quotid.cap.fin.p.5.§.3.num.7. Sic laudemia † debentur non 110
ex mobilibus, ſed tantum immobilibus, teſte Bertrand. Argentræo
in tract.de laudem.part.3. Mobilibus etiam moventia † ſeſe rectè an- 111
numerantur. *l.moventium & quæ ibi notat* Alciat. & Gœdd. *de V.S.l.à
Divo Pio.§.2.ff.de re judic.*

De molendinis † quæ vento agitantur controvertitur, an re- 112
bus mobilibus, an verò immobilibus accenſeantur? Mobilibus † 113
ea videtur adſcribere Borcholt. *de Feud.cap.6.num.11.* & ita Borbo-
niorum expreſſam eſſe conſuetudinem refert Tiraquell. *hic §.1.gl.7.
num.94.* Ruth. Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſ.part.4.lib.2.cap.17.
membr.2.num.29.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſervat.verb.* Fahr-
niß *§. Molendina.fol.144.* Immobilibus † verò ea annumerat Bald. 114
conſil.107.num.1.vol.3. Franciſc. Marc. *deciſ.530.part.1.* Nicol. Motz.
de Feud.rubr.de reb.quæ in feud.dar.poſſ.n.8. & poſt hos & alios Er-
neſt. Cothman. *conſil.11.n.47.& conſil.12.n.22.* & noviſſimè Hering.
in tract.de molend.quæſt.8.n.40.& ſeqq. Nam † molendina illa, quæ 115
vento agitantur, ſtipitibus eorum in terra defoſſis, terræ ſive ſolo
fixa, perinde ac domus, & ſimilia ſtantia ædificia, certo loco ædifi-
cari ſolent, eâ mente ac intentione, ut perpetuò ibi ſtent, neque lo-
co moveantur, ideoque eâ etiam conſideratione immobilium jure
habentur. *l.malum.in fin.ff.de verb.ſignif. l.in prædiis.cum ibi notat.ff.
in quibus cauſ.pign.tacit.contrah.* quamvis non minus ac ædificia arte
quadam aliquando loco moveri & alio transferri poſſint, cùm id po-
tius ſpectemus, quod principaliter, quàm quod ex accidenti ſit, tum
quoque quod immobilia ſint & eſſe dicantur, quæ immobilibus ad-
hærent. *l.pen.C.de ſervit.l.ult.in fin.C.de præſcription.long.tempor.* Cu-
jacius *in paratit.C.in quib.cauſ.ceſſ.long.tempor.præſcript.* vid. etiam o-
mninò quæ ſcripſit noviſſimè Stephan. Gratian. *diſceptat.Forenſ.564.
num.3.37.& paſſim per tot.*

Pro ratione † conciliandi haſce contrarias opiniones faciunt, 116
quæ à quibuſdam diſtinctè notata ſunt, molendina videlicet quæ
vento agitantur, tunc adſcribi immobilibus, ſi ita facta ſint ut loco
non moveantur: Si verò ita & eâ intentione comparata ſint, ut
hinc inde transferantur, mobilibus accenſeri, quod non eſt in omni-
bus uſitatum, nec poſſibile, per tradita Roſenth. *de Feud. cap.4.concl.
4.num.1.* Vult. *de Feud.lib.1.c.5.n.5.* Regner. Sixtin. *de regalib.lib.2.*

cap.2.n.71. Joachim à Beuſt.*in tract. de matrimon.cap.69. verſ. quemadmodum ad molendina.* Molendina verò, quæ aquis ſupernatant in-
117 ſtar Cymbarum vulgò Schiffmühlen/ (qualia † Coloniæ & paſſim
in Rheno, Danubio, & Viſurgi ac in aliis fluminibus conſpiciun-
tur, ac plurima in Ligeri flumine & in Pado reperiri teſtatur Bart.
in l.quo minus in 18.quæſt.ff.de flumin. & in Tiberi, ut tradit Caſtrenſ.
in d.l.fluminum.in pr.ff.de damn. inf. & de his aliisq; fluminibus veri-
ficat Joh.Hering.*in tr.de molend.q.6. num. 27.*) ſine controverſia ad
118 mobilia † referenda eſſe volunt Dd.communiter Franciſc.Rip.*in d.
l.quò minus.num.126.* Tiraq.*hic in d.gl.7.n.92.* Paul. Matth.Wehner.
de verb. Fahrnüß. §. *molendina.* Joan.Baptiſt.Coſta.*in tract. de fact.
ſcient.& ignor.reg.7.num.9.* Benedel.*de jure Prothomiſ.ad princip. con-
ſtitut.num.66.* Joſeph.Ludovic.*commun.concluſ.48.n.15.* Beuſt.*d.c.69.
in princ.* Tuſch.*t.5.lit. M.concluſ.303.num.5.* Sed ab horum ſententia
ex profeſſo diſſentit Hering. *d.tract.de molendin.q.8.num.16.& ſeqq.*
Eodem jure cenſenda etiam ſunt molendina, quæ hodie in expedi-
tionibus bellicis, curribus impoſita circumferuntur. Sic & olim mo-
las quaſdam fuiſſe inventas aſinarias truſatiles, id eſt hominum ope-
râ verſatiles teſtatur Gell.*lib.3. noct. Attic.* & ex eo Budæ.*in annotat.
priorib.in pandect.ad l.ſi fornicarius p.mihi 481.* quæ etiam mobilibus
119 † annumerari poſſunt. Bertraud. Argentræ.*ad jus Britan. art. 408.n.*
120 *9.* Quæ præterea res, † mobilibus vel immobilibus, quoad hunc & a-
lios effectus adſcribantur, vid. Tiraq. *d.§.7.paſſim per tot.* Wehner.
alleg.mod.loc. Anton. Gabriel. *lib.6.de verb.ſignif.concluſ.6.& 7.* Jo-
ſeph.Ludovic.*commun.concluſ.48.per tot.* Bonavent. Gauer *diſp.Ba-
ſil.de retract.jur.theſ.14.15.16.17.18.*

121 Infer ex hâc Limit.1. † Quod in gallinis, anſeribus, ovis, vitulis,
butyris, caſeis, atq; id genus aliis cibariis ſubditorum, Comites, no-
biles, aliiq; domini jus aliquod retractus (quicquid contra ſæpè pra-
cticatur) ſibi jure & vindicare & aſſerere non poſſunt, ita ut priuſ-
quam ad forum iſtæ merces deferantur, ſubditi arces ædiles domi-
norum talium viſitare, inibiq; illis venditandas offerre cogantur: ut
pulchrè deduxit Matth.Berlich.*pract.concluſ.39.n.39. & duob.ſeqq.* &
ante ipſum Andr.Rauchbar.*quæſt.jur.Civ.& Sax.p.2.q.22.num.1.&
ſeqq.* ubi ita tam in aula Electoralis Saxoniæ, quàm in Collegio JC-
torum Wittebergenſium pronunciatum teſtatur.

Subli-

Sublimita I † limitat noſtram non procedere, ſi res mobiles 122
immobilibus cohæreant, ac ſimili acceſſione & in conſequentiam [illegible] cenſeantur, tunc enim una cum rebus immobilibus venditis retractui ſubjacet. Chaſſanæ. *in conſuet. Burgund.* [illegible] *hæritage.* Tiraq. *hic §. 25. gl.* [illegible] *per l. cum qui ff. de uſucap.* [illegible] *& temp. præſcript. l. 1 §. plane ſi quis & 8. pen. ff. de vi.* [illegible] & tacit. *l.* [illegible] *24. ff. de contrah. empt.*

Sublimita II. † niſi ſpeciali alicujus loci conſuetudine vel 123
ſtatuto etiam in mobilibus retractus expreſsè permittatur, ſic in quibuſdam Haſſiæ præfecturis conſuetudinem eſſe, uſu animadverti, ut etiam in jumentis & aliis mobilibus, incola ab extraneo emptore refuſo pretio, res venditas retrahat, etiamſi venditori ſanguine conjunctus non ſit: ſiquidem retractus † proximitatis, non niſi in 124
immobilibus de conſuetudine Haſſiæ locum habet.

Limita II. † concluſionem principalem non procedere, ſi res 125
immobilis vendita, ſita ſit in alio loco, ubi jus retractus non viget. Tiraquell. *hic §. 1. gl. 1. n. 2.* quia † ſtatuta & conſuetudines non exten- 126
duntur de loco ad locum, & ad res alibi ſitas. Bald. *in l. 2. col. in fin. verſ. & ideo ſi conſuetudo. C. quæ ſit long. conſuet.* Robert. Marant. *diſſ. 9. n. 31.* ubi notat, quod conſuetudines Neapolitanæ non habeant locum in rebus exiſtentibus extra diſtrictum Neapolitanum; Sunt enim † ſtatuta unicuique loco localia. *c. cum animarum. de conſtitut.* 127
in 6. & c. 5. eodem. Caſpar. Anthon. Theſaur. *quæſtion. Forenſ. 4. num. 2. 3. lib. 2. & quæſt. 5. num. 4. 5. & aliquot ſeqq.* ubi in terminis ſimilibus id multis exemplis & præjudiciis firmat ac de communi teſtatur. Sic † ſtatutum diſponens, ut conjux ſuperſtes ſuccedat in medietate, vel 128
tertiâ bonorum parte ad bona alibi ſita non extenditur. Jaſ. *in l. cuncto. populos num. 90.* poſt Bart. *ibid. num. 42. C. de ſumm. Trinit.* [illegible] *pluribus firmat* Joh. Koppen. *deciſ. 31. num. 11. & ſeqq.* huc repetenda, quæ ſupra in 1. quæſt. n. 43. ſeq. deducta ſunt.

Extende hanc limitat. † procedere, etiamſi in loco domicilii 129
ejus, qui retrahere conatur, jus retractus vigeat; quia quoad † res 130
immobiles attenditur jus, quod viget in loco rei ſitæ, non autem jus loci, ubi perſona habitat. *l. reſcripto. in fin. de numer. & honor. l. an in totum. C. de ædific. priv.* Honded. 2. *conſil.* 13. *n.* 7. Mynſing 5. *obſ.* 19. Vid. ſupr. d. quæſt. 1. n.

T 2 Limita

132 Limita III. † ſi non à conſanguineo, ſed ab extraneo, res familiæ, ſuo nomine vendantur. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. de retract. §. 1. verſ. quaro an rectè ſentiat.* Erneſt. Cothman. *conſil. 39. n. 3. & ſeqq.* ubi ex hoc fundamento ſtatuit, adverſus res debitoris, conſanguineis retractum non competere, & ita Facultatem Juridicam Roſtochianam pronunciâſſe teſtatur. Quod tamen eatenus admitterem, ſi non ab ipſo debitore conſanguineo, ſed extraneo, ad quem jamdum pervenerant, venderentur, ne cum his pugnent,
133 quæ infra quæſt. 4. Ampliat. 1. & 2. tradita. Aliud quoque eſſet, † ſi extraneus non ſuo, ſed alterius nomine vendidiſſet, tunc enim illius conſanguineis nihilominus retrahendi jus eſſet, ut ſupra præced. quæſt. dictum eſt, & de hoc videri poteſt latius apud Martin. Peg. *in tract.* vom Vorkauff/ *lib. 2. c. 13.*

134 Limita IV. † non procedere concluſionem, ſi res interim perierit ex parte vel in totum, utpote domo combuſtâ, area retrahi non poſſet. Boër. *in §. 4. de retract. in conſuetud. Biturig. verſ. ſed quaro.*
135 quia † domus deſtructa amplius non eſt domus, nec pars ejus. *§. fin. Inſtit. de uſufr.* etſi ex iiſdem cæmentis & materia fuerit refecta. *l. qui rem. §. aream. ff. de ſolut. l. inter ſtipulantem. § ſacram. ff. de V. O.* Petr.
136 Gregor. *in ſyntagm. lib. 26. c. 17. n. 6.* Idem eſt † ſi res interim evincatur, per tradita Matth. de Afflict. *de jur. protim. §. ſcriptum eſt. n. 13.*

137 Limita V. † non procedere, ſi pluribus rebus conjunctim in einem ſammenhafften Kauff unico pretio venditis, aliquis pro parte, vel unam vel quaſdam ex pluribus rebus ita venditis retrahere velit. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. de retract. §. 1. ad verb. ſon heritage num. 16.* Nicol. Boër. *deciſ. Burdegall. 251. num. 1.* Idq; multorum locorum conſuetudinibus expreſsè receptum teſtatur, & in theſi defendit Tiraquell. *hic §. 23. gl. 1. n. 1. & ſeqq.* Petr. Gregor. *d. lib. 26. cap. 2. num. 15.* Martin. Peg. *in tract.* vom Vorkauff/ *lib. 2. cap. 39. in princip.* Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. part. 1. c. 419. n. 2.* Joan. Bapt. Coſta *in tract. de ratione rata, quaſt. 100. num. 16. & per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 3. deciſ. 55. n. 4.* addens, ſe referente ita in curiâ feudali deciſum fuiſſe in cauſa Magiſtri Ludovi Uranex, contra Magiſtrū Conradum van Halen. Anton. Gomez *in comment. ad l. Tauri. 70. cum 5. ſeqq. n. 15. fol. 533.* Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 39. num. 74.* Sic plu-
138 ribus † rebus venditis per addictionem in diem, non auditur qui

partem

partem accommodet. *l.* [illegible] decor-
[illegible] [illegible]
[illegible] ven-
[illegible] [illegible]es
in Emphyteuſin accepit, quaſdam [illegible]
Canonis præſtatione eximat, cum † tot videantur [illegible] & 139
ſtipulationes, quot ſunt res *[illegible]*
[illegible] Si tamen conſtet, † res omnes ſimul, & una con- 140
ceſſione in Emphyteuſin datas, licet diſtinctis oneribus, non lice-
bit id ei facere per tradita Anton Fab. *in Cod. [illegible]*
42. defin. 20. Et huc quoq; ſpectant † textus *in l. [illegible]* 141
ædiles. § ult. & l. ſi plures. l. Labeo. pen. § [illegible] ff. de ædil. edict. ubi ſi plu-
ra mancipia uno pretio fuerint vendita, & unũ ex iis fuerit morboſũ,
omnia redhibentur: nec cogitur emptor non morboſa retinere pro
rata pretii, Confer *l. ſi id quod. § ſi ex decem. ff. de [illegible]*
l. ſi libertus. § ſi quis plures. ff. de jur. patron. l. ſi in eo & quæ ibi not. Bart. *ff.*
de action. empt. & hæc pluribus rationibus perſequitur Tiraq. & Petr.
Greg. *alleg. mod. loc.* Et hanc ſententiam in Scabinatu Lipſ. ubi proba-
tam refert Matth. Coler. *deciſ.* 229. Quæ etiam comprobatur ſtatu-
to ſeu Ordinatione Darmbſtadinâ intra relatâ. Contrarium † te- 142
net Bald. de Peruſin. *de jur. protim. num.* 20. *& ſeq.* Matth. de Afflict. *de*
jur. protim. § ſcriptum eſt. n. 5. Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. tit.*
1. § 13. gl. 1. n. 55. Bocer. *in diſput. de jur. retract. th.* 46. *&* 47. Nam plu-
ribus † fundis venditis, uno pretio, uno evicto, pro uno tantum po- 143
teſt agi de evictione, quia tot ſunt venditiones, quot ſunt res in em-
ptione comprehenſæ *l. cum plures. ff. de eviction. d. l. ſcire debemus.* 29.
de V. O. Cùm enim † plures res diverſi juris, ac corpora diverſa ven- 144
dantur, una res non poteſt dici pars alterius, niſi una eſſet alteri ac
ceſſoria. Bald. *in l. cum ejuſdẽ. ff. de ædilit. edict.* & licet una † ſit emptio 145
plurium corporum ſimul uno pretio facta, habito tamen reſpectu
ad ipſa corpora, poſſunt dici plures emptiones & venditiones, quia
de ſingulis agi poterit actione ex empto. *l. ſi uno ff. de action. empt.* Et
ſic ſi † teſtator uno contextu plures res legavit, tamen quot ſunt res, 146
tot cenſentur eſſe legata. *l.* 2. *ff. de legat.* 2. & legatarius † poteſt unum 147
repudiare, & alterum petere, quod non eſt in una tantum re legata,
quia non poſſet ejuſdem rei partem petere, & partem repudiare. *l.*

neminem.ff.de legat. 2. Hiſce & ſimilibus rationibus Bald. & alii modò allegati hanc ſententiam tuentur.

Pro ratione conciliandi contrarias haſce opiniones. Decla-
148 ra I. † limitationem noſtram procedere, ſi aliquis intuitu unius rei retractui ſubjectæ, alias res emat, & ſine ea vel iis, quas aliquis tantùm retrahere deſiderat, aliàs veriſimiliter empturus non fuiſſet, utputa ſi quis agros non ita fertiles, propter fertilem, vel pratum aliquod vicinum emat, & ſine his, illos empturus non eſſet, tunc enim iniquum eſſet, emptorem ſterilium agrorum, retractis fertilibus, damno affici, cùm alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat. *l. non debet. de reg. jur.* ne in alterius poteſtate ſit, deteriorem reddere alicujus conditionem. *l. 2. ff. quod vi aut clam.* Eamque diſtinctionem non obſcurè probat Nicol. Boër. *deciſ. 251. ſub num. 1.* Sic licet pluribus legatis nominatim relictis unum amplecti, aliud repudiare fas ſit. *l. ſed duobus. in pr. ff. de legat. 2.* ſed tamen ſi ex pluribus legatis, unum habeat onus annexum: alia verò non habeant. & propterea legatum cum onere repudietur calliditate quadam, certè nullum habet effectum juris malitioſa repudiatio. *d. l. ſed duobus. 5. §. 1. & ibi* Dd. *ff. de legat. 2.*

149 Pro hac declaratione facit, quod alibi leges prohibent † in fundis unà conceſſis, retrahi fertiles, ſine ſterilibus. *l. qui utilia, l. quiſquis. ſeq. C. de omn. agr. deſert. l. 1. de fundo rei privatæ.* Cujus rationem reddunt Impp. *in d. l. qui utilia.* quod videlicet iniquum ſit electa retinere: cum alios gravatura ſit pars relicta. facit. *l. tutor, §. Curator, ibi: quod partem empturus non eſſet ff. de minor. l. quod ſi uno. verſ. celſus. ff. de in diem addict.* Guid. Pap. *deciſ. 508. n. 1.* Jac. Cujac. *ad d. l. qui utilia. C. de omn. agr. deſert.* Matth. Berlich. *concluſ. practicab. p. 2 concluſ. 39. n. 75.*
150 Qui enim † vult habere carnem, non debet recuſare os annexum, ut dicit Lancel. *in l. principalibus. §. ſervum tuum. colum. 2. ff. ſi. cert. pet.*
151 Neviz. *conſil. 87. n. 16.* & pingue † comedens, comedet etiam macrum, ut notat Sebaſt. Næv. *in remiſſ. ad d. l. qui utilia. n. 2.* & ita in terminis declarant Tiraquell. *hîc tit. 1. §. 23. n. 21.* quem refert & ſequitur Lambertegnus *de contract. in fin. pag. 493. n.* 250. & illis accedit Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſyntagm. jur. univerſ. p. 3. lib. 26. c. 2. ſub n. 15.* qui etiam addit poſt Joannem Lucium, *li. 9. Placitor. Curiæ tit. 3. plac. 4.* placuiſſe Pariſiorum Curiæ ſupremæ pridie Kalendas Julii Anno 1550. in vendi-

venditione prædii cum debitis, aliquot annorum fructibus, cum
qui prædium ſibi gentilitio jure redhiberi petebat, cum de fructibus
controverteretur, qui mobilium appellatione continentur, non
poſſe prædium ſine fructibus redhibere, quia fructus & prædium
uno pretio empti erant, & natura † venditionis eſt individua. *l. cum* 152
ex cauſa d. V. O. l. ſi quis aliam. de ſolut. l. fiſtulas. §. penult. in fin. de con-
trah. empt. cum concord Fab. de Monte *de empt. & vendit. 7. q. princ. n.*
2. verſ & quia. Eguinar. Baro *de divid. & individ. oblig. lib. 3. c. 11. n. 9.*
& 15. verſ ad venditionem Cephal. *conſil. 407. n. 45. v. 3 & conſ. 461 n.*
41 v. 4. Surd. *conſil. 13. num. 20. v. 1.* Præt. *conſ. 19. n. 34. v. 1.* Burſat. *conſil.*
370. n. 34. in fin. & n. ſeqq. vol. 4. Andr. Gail. *pract. obſerv. lib. 2. obſerv.*
14. num. 2. Hermano&t. Decius *in l. 4. §. Cato. num. 229* & ibi etiam Al-
ciat. *ſub. n. 55. in fin. & num. 57.* Socin. Jun. *n. 132. verſ. & tenendo iſtam.*
ff. de verb. oblig. Berlich. *deciſ. 52.* unde etiam vulgò dicitur: † aut totũ 153
contractum agnoſcendum, aut à toto recedendum eſſe: *per l. cum*
quæritur. in fin. de admin. tut. l. nam abſurdum. de bon. libert. l. ſi iſta ſtipu-
latio. in fin. de oper. libert. l. cum fundus § ſervum tuum. ff. ſi cert. pet. l. qui-
dam elogio. C. de jur. delib. Caſtrenſ. *conſil. 1. n. 3. in antiq. quod eſt in novis*
conſ. 34. vol. 1. Corn. *conſil. 210 n. 14. v. 1.* Curt Jun *conſ. 147. n. 10.* Natta
conſ. 534. n. 2. & ſeq. verſ 3. Addatur etiam prædictis ita ſentiens Mar-
tin. Peg. *in tract.* vom Verkauff / *lib. 2. cap. 39. verſ.* wie were jhm aber /
junct. verſ. præced fol. 29. A & B. Et juxta † hanc declarationem, in- 154
cidente præteritis annis caſu ſimili, in Dicaſterio Gieſſeno, me præ-
ſente deciſum memini. Atque ita etiam † in Ordinatione Darmb- 155
ſtadina cavetur, §. Item wann etliche Güter mit einander ſamptlich
verkaufft würden / der Abtreiber aber die beſten Stück herauß ziehen /
vnd abtreiben wolte / alsdann ſoll der Abtrieb auch auff die ſamptliche
Güter geſchehen / oder nicht zugelaſſen werden / hoc eſt: pluribus re-
bus uno contractu venditis, ſi retrahens meliores eligere & retra-
here velit, non auditur, niſi omnes res ſimul venditas retrahere pa-
ratus ſit. Concordat Ordinat. † Solmenſis part 2. tit. 12. § Item 156
wann Güter / ſo zum theil wol / vnd in guter Pflege / zum theil aber
vbel / vnd etwan auch weit entlegen ſeind / ſamptlich miteinander
verkaufft werden / ſo ſoll der Abtrieb auch ſamptlich geſchehen / vnd
dem Abtreiber nicht geſtattet werden / ſeines gefallens die beſte vnd ge-
legenſte Stücke abzutreiben / vnd die andern nachgeltigen vnd entle-
genen

genen bleiben zu laſſen / welche ſonſt ohn die guten vnd wolgelegenen/ nicht wol zu vertreiben weren.

157 Declara II. † id tantò magis procedere in rebus, quæ nec diſtrahi particulatim, nec dividi vel ſeparari commodè poſſunt. Maſſuer, *in pract. forenſ. tit. de retract. 28. n. 10.* Peg. *d. tract.* vom Vorkauff/ *lib. 2. c. 39. verſ.* Zum andern/ *fol. 29. B.* ubi caſum refert.

158 Subdeclara † hanc & præcedentem declarationem, niſi in uno etiam contractu vel Inſtrumento, venditæ ſint res plures, pretiis in ſingulas res diviſis, videlicet domus 100. aureis, fundus aliis centum, cenſentur eſſe tot venditiones, quot ſunt res rerumq; pretia. *l. ſi plura. ff. de ædil. edict. l. quod ſæpè. §. in his. ff. de contrah. empt. l. in bello. §. ult. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Tiraquell. *hic §. 23. gl. 1. n. 20.* Peg. *d. c. 39. verſ.* Da aber viel Stück. *& duob. verſ ſeqq.* ubi per diſtinctos caſus tranſit. Matt. Berlich. *p. 2. concluſ. 39. n. 76.* ubi in num ſeqq. latius declarat.

159 Declara III. quod † pluribus rebus venditis, quarum quædam retractui ſunt obnoxiæ, quædam verò non, emptor invitus non niſi obnoxias dimittere teneatur retrahenti, quia in non obnoxiis nullum jus habet, niſi hæ acceſſoriè veniant ad res obnoxias. Sic quando ex ſpeciali conſuetudine dominus Feudi retrahit, tunc pluribus rebus venditis, non niſi à ſe recognitas retrahere poſſet, in quibus terminis loquitur Carol. Molin. *d. §. 13. gl. 1. num. 55.* Ferreri. *in not. ad deciſ. Guidon. Pap. 411. fol. mihi 133.* conf. Tiraquell. *hic §. 23. gl. 2. num. 6.* Peg. *d. c. 39. verſ.* Hieneben hat es auch. *& verſ. ſeqq.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 39. num. 82.* Confer omnino Paul. Chriſtian. *deciſ. Cur. Belg. vol. 3 deciſ. 55. ſub n. 4. verſ. eaq; tamen diſputatione. fol. 455. & ſeq.* Anton. Gomez. *in comment. ſuper l. Tauri. 70. cum 5. ſeqq. n. 17. verſ. juxta quod neceſſariò quæro. fol. 533.*

160 Declara IV. † notabiliter, quod is, qui retractus jus habet, in bonis quibuſdam particularibus, illo uti non poſſit, ſi totum patrimonium tertio vendatur: ſiquidem ille neceſſariò aut retractu abſtinere, aut totum patrimonium emere, & illud pretium pro univerſo iſto patrimonio venditoris, quod extraneus dare paratus eſt, offerre debet: atque ita à Facultate Juridica Jenenſi menſe Februario anno 1586. pronunciatum fuiſſe teſtatur Matth. Coler. *deciſ. 229. n. 2. & per tot. p. 2.* quem refert pariter & ſequitur Matth. Berlich.

p. 2. concl.

*p.2.concl.39.n.*81.ex ratione, quod † multa cum univerſitate transeant, quæ ſeparatim per ſe non tranſirent. *l.1.§.1.ff.de fund.dot.l.quadam.62.ff.de acquir.rer.dom.l.in modicis.24.& ibi gloſſ.ff.de contrah.empt.l.ſi mercedem.53.§.1.ff de act.empt.* Lamberteng. *in tract.de jur.patron.lib.1.p.2.quæſt.7.art.1.* Roland.à Valle *conſil.1. num.88.vol.1.* Nicol.de Milis *in Repert.jur.verb.dominus feudi.* Cardin.Pariſ.*conſil.22.num.28.lib.1.* 161

Limita VI. † in rebus venditis Principi, quia in his non videtur admittendus retractus, tam ratione ſupremæ poteſtatis, quæ Principem à ſtatutis ſubditorum eximit, quàm ratione univerſalis dominii, cujus intuitu fortius jus, quàm conſanguinei in rebus ſubditorum habere videtur, & ita Illuſtrem Balduinum de Guines Arreſto Parlamenti Pariſienſis anno 1283. repulſam paſſum in hoc, quod à Rege retrahere volebat Comitatum Guinenſem, eidem venditum, teſtatur Papon.*rer.judicat.lib.*11.*tit.7.arreſt.*10. Petr. Gregor. *in ſyntagm.lib.26.c.*2.*n.* 10.Bonavent.Gauer *diſp.Baſil.de retract.jur. theſ.32.lit.B.C.* 162

Pro ratione dubitandi facit, quod † in contractibus Princeps ſummus jure privatorum utatur & non minus quàm privati, lege contractus aſtringatur. *c.1.extr.de probat.l.donationes,quas divus.C. de donat.int.vir.& uxor.* Corn.*conſil.92.n.6.vol.2.& conſil.284.in fin. volum.4.* Zaſ.*ad l.2.§.eodem tempore.n.21.de orig.jur.* Didac. Covarr. *pp.qq.c.19.n.3.*Dn.Referens apud Gylmann.*in ſymphorem.part.1.tit. 2,volum.1.ſub num.134.fol.*102.Regner. Sixtin. *conſil. Marp. 9.n.82. vol.1.* Alexand.Trentacinq. *var.reſol.lib.3.tit.de pact.reſol.1.per tot.* Nam † licet Deus ſummo Principi ſubjecerit leges, non tamen contractus, ex quibus obligatur, inquit Bald *in c.un.de not.feud.* Et licet † non ligetur lege legis, ligatur tamen lege conventionis, aliâs nemo cum ipſo contraheret, dicit idem Bald. *in l.*1.*ff.de conſtitut.Princip..& in l.Princeps.ff.de legib.*uti eum allegat Anton.Quett.*conſil.12. n.6.& 7.*& quod Princeps † ex contractu eatenus obligetur, ut nec plenitudo poteſtatis, nec ulla urgens clauſula eum eximat, dicit Philip. Deci. *conſil.151.colum.5.*allegans ad hoc Bald.Caſtrenſ.& alios. Ancheran. *conſil.65.* Zaſ.*conſil.* 10. *num.6.* Hieronymus Schurff. *conſil.50.num.4.*Matth.de Affli ct.*deciſ.282.num.*7.Andr. Geil.1.*obſ. 55,num.7.*Alexand.Trentacinq.*d.reſol.1.de pact.n.3,& ſeqq.* & hanc 163 164 165 166

V commu-

communem eſſe omnium Juriſperitorum opinionem dicit Chaſſan.
167 *in conſuetud. Burgund. tit. de retract.* §. 1. cùm † contractus ferè omnes
nitantur jure gentium. *l. 1. l. 7. de pact. §. penult. Inſtit. de jur. N. Gent. &*
168 *Civ.* retractus autem ex contractu deſcendit. Indeq; omnium † ferè
gentium inſtitutis & moribus, id obſervatur, ut conſanguineus ven-
ditoris admittatur ad retractum, inquit Tiraq. *hic in præfat. n. 1.*
169 Pro ratione decidendi notandum, quod licet † retractus ex
contractu, tanquam cauſa ſine qua non, deſcendat, non tamen jure
conventionis & contractus, ſed lege, ſtatutis, ſeu moribus ſubſiſtit
170 & datur. Quod verò Princeps † in contractibus obligetur, hoc fit
propter datam conventionis fidem & interpoſitum conſenſum, ſed
retrahenti nullam conventionis fidem dedit, neque in retractum
conſenſit. Et licet ſtatuta tacito vel expreſſo Principis conſenſu fir-
171 mentur, non tamen in hoc conſentire † videtur Princeps, firmando
ſtatuta, ut ſe ipſum, ſed ut ſibi ſubjectos obligent, per ea quæ tradunt
Bald. *in l. debitorum. nu. 1. C. de pact. & in l. 4. n. 2. C ad L. Falcid.* Alex.
in d. l. debitorum n. 2. Roland. à Valle *in tract. de lucro dot. q. 83. num. 5.*
& 6. Roch. de Curte *in rep. c. ult. q. 9. n. 650. extr. de conſuetud.* ex qui-
bus patet principem ſtatutis ſubditorum, utcunque ab ipſo confir-
172 matis minimè innodari: quia is † ſibi legem imponere vel imperare
nequit. *l. penult ff. de recept. arbitr. l. prætor. ff. de tut. & cur. dat. ab his. l.*
ille à quo. §. tempeſtivum. ff. ad Trebell. c. innotuit. §. quamvis autem. &
173 *ibi gl. verb. in parē extr. de elect.* & aliâs in † diſpoſitione generali per-
ſona loquentis non includitur. *l. inquiſitio. C. de ſolut. l. qui inſulam. §.*
174 *fin. ff. locat.* Schrad. *de Feud p. 6. c. 5. n. 13* Quicquid † tamen ſit, cùm re-
tractus ſanguinis & familiæ intuitu, etiam divinâ lege detur, non in-
digna res foret Majeſtate regnantis Principis, in rebus ſibi venditis,
conſanguineos ad retractum admittere, cùm optimi Principis ſit fa-
cere in contractibus ſuis, quod bonus vir in actibus facere debet, &
175 culpam † timere, ubi etiam culpa nulla eſt. *c. conſilium. extr. de obſerv.*
jejun. Decian. *reſp. 25. n. 98. vol. 1.* Alciat. *reſp. 117. n. 15.* Cardin. Mantic.
176 *de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 9. num. 46.* Eſt enim † & eſſe debet
Princeps, ſupremus æquitatis terminus. Bald. *in tit. de pac. Conſtant.*
§. ſi qua verò civitatum, verſ. bona. Decian. *d. reſp. 25. n. 120.* Herman.
177 Vult. *conſil. Marp. 35 n. 87. & 88. vol. 3.* & lex † viva in terris. *§. fin. ubi*
gloſſ. *in auth. de conſulib.* Hern. *in c. 1. n. 2. in fin. quid ſit inveſtit.* Surd.

conſil.

conſil.371.n.25.& deciſ. 2. num. 23. indeque quodcunque † agit Prin- 178
ceps, ſine injuria alterius agere debet, ut ex Roland. à Valle reſpondit Riminald. Jun. *conſil. 46. num. 129. volum.* 1. memor illius Poëtæ ad Claudianum:

Non tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentemq́; domet reſpectus honeſti.

Nam uti eleganter & verè Seneca *in Troad.*

Minimum debet libere cui multum licet.
Cui plus licet quàm par eſt, plus vult quàm licet,
Quantò plus liceat, tam libeat minus.

Extende I. hanc limitat. † ad Reges, per tradita Petr. Rebuff. 179
ad l. Divus notab. 6. n. 96. ff. ad SCtm Syllan fol. 18. ubi refert ita fuiſſe arreſto Pariſ. deciſum.

Extende II. † eandem Limitat. ad Principes regalem dignita- 180
tem obtinentes, quia & illi jura regia in ſuis ditionibus uſurpant, qua de re ſcripſi *in tractat, meo de regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 1. claſſ.* 4, *c. 16. præſertim verò claſſ. 5. c. 6. n. 1. & mult. ſeqq.*

Limita VII. † non obtinere in rebus venditis, ad uſum publi- 181
cum vel pium, utpote pro ædificandis vel augendis Scholis, pro reficiendis Vallis & foſſis publicis, Johan. de Plat. *ad l. unic. per ill. text. in fin. C. de ſtud. liber. verb. Rom fac. l. ædificia. 13. C. de oper. publ. lib. 8.* Quinimò hoc caſu prædia excluſis venditorum cognatis potiori jure in talem uſum retraherentur. Renat. Choppin. *de doman. Franc, lib. 3. tit. 23. n. 2. 3.* quia † utilitas publica præfertur privatæ, & quæ plu- 182
ribus publicè expediunt, præferuntur his, quæ ſingulariter quibuſdam utilia ſunt. *l. utilitas. 12. C. de primip. lib. 12. l. actione. §. Labeo. ff. pro ſocio. l. un. §. pen. C. de cad. tollend.*

Limita VIII. † Secundum Ordinationem Solmenſ. Wann 183
das verkauffte Gut/der Herrſchafft oder der Kirchen / mit namhafften jährlichen Zinſen verhafftet / vnd der Käuffer zu entrichten derſelben gewiß vnd gnugſamb / aber der Abtreiber vngewiß vnd vngnugſamb were/wird der Abtrieb nicht geſtattet / ob auch gleich der vnvermögende Abtreiber derwegen Bürgen ſetzen wolte / dann es mit Bürgen/ (ſie ſeyen gleich ſo habhafft als ſie wollen) in Sachen ſo beharrlich oder beſtändig ſeyn ſollen/ein zergenglich vnd gantz vngewiß Ding iſt/*pars. 2. tit. 12.* §. Item wann das verkauffte Gut/ꝛc. Hoc eſt, quan-

 do præ-

do prædium venditum ſuperiori ſeu magiſtratui, aut Eccleſiæ certum præſtat cenſum vel penſionem annuam, & emptor ad præſtandam illam ſit ſatis idoneus & ſufficiens: retrahens verò quoad mores & facultates ſuſpectus ſit, ad retractum non admittitur, etiamſi fidejuſſoriam cautionem præſtare paratus, cùm in rebus longo tempore manſuris, ſatisdatio quantumvis idoneis fidejuſſoribus præſtita intercidere & fragilis fieri poſſit. Concordat Ordinat.
184 Darmbſtadina in §. Zum andern wollen wir/ꝛc. *in fin.* Et aliâs † ſatiſdatio malevolum propoſitum malè in re verſantis non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari, facultatem præſtat. §. *fin. & ibi* Dd. *Inſtit. de ſuſp. tutor.*

185 Limita IX. in Caſtello ſine Regis conſenſu vendito: quia eo vendito jus retractus locum non habet, cum tali caſu ipſe emptor ſit incapax, ut poſt Joh. Fab. *in §. 1. Inſtit. de empt.* Maſſuer. *in rubr. de retract.* Boër *in rubr. de retract. ad conſuetud. Biturig.* Chaſſan. & alios tradit Rebuff. *ad d. l. divus. in 6. notab. n. 95. ff. ad SCtm Syllan.*

186 Limita X. † non procedere concluſionem, ſi proprietarius uſumfructum, vel dominus directus utile dominium emat; quia priori caſu uſufructus conſolidatur cum prioritate & deſinit eſſe uſusfructus. §. *ult. Inſtitut. de uſufruct.* adeoq; cum uſusfructus per conſolidationem ſit confuſus, lui amplius non poteſt à conſanguineo Tiraquell. *hîc* §. 1. *gloſſ. 7. num.* 60. Martin. Peg. *lib.* 1. vom Verkauff/ *c. 2. verſ.* Wann aber der Mißbrauch. aliud ergò obtineret, ſi alius quàm proprietarius emeret. Tiraq. *ibid. num.* 61. Poſteriori verò caſu, fortius jus habere cenſetur dominus directus quàm conſanguineus. Tiraq *d. §. 1. gloſſ. 3. per tot.* Garſ. Maſtrill. *deciſ. Sicil. 15. num. 9. & 10.* Concordat Ordin. Solmenſ. *part. 2. tit. 12. §.* Alſo hat der Abtrieb nicht ſtatt / wann der Landſiedel ſeine Beſſerung dem Lehnherrn verkaufft. Idem ſtatuitur in Ordin. Darmbſtadina. §. Zum andern wollen wir/ꝛc. Vide ad prædicta omnino Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 3. deciſ. 55 num. 10. & ſeq.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jur. prothomiſ. ad princip. conſtit. à num.* 115 *uſq; ad nu.* 118.

AD QVAESTIONEM IV.

SUMMARIA.

1. Retractus regulariter in cōtractu emptionis venditionis obtinet.

Leges & mores gentium retractum admittētes ferè de vēdito & empto loquun-

loquuntur.

Solmenſ. Ordin. retractus in ſolo emptionis cõtractu locum habet.

Declar. 1. Concl.

2. *Emptionis & venditionis verbũ omnem alienationem, ex qua dominiũ transfertur, cõprehendit.*

Emere nihil aliud eſt quam comparare.

Verbum emptionis in materia retractus quomodo accipiatur?

Declar. 2.

3. *In contractu emptionis valido & ſecundum leges facto, ſecus ſi ex aliqua cauſa nullus eſſet. 5.*

Venditionis, appellatione tantum venit valida.

Nullũ quod eſt ex eo nihil ſequitur

Emptione exiſtente nulla, condictio indebiti pro repetendo pretio datur.

4. *Lex vel ſtatutum loquens de contractu, ſententiâ vel actu, intelligitur de valido, non autem nullo.*

6. *Laudemia de venditione aliove contractu nullo non debentur.*

7. *Nomen à quo removetur, removetur & effectus.*

Amplif. declar.

8. *In venditione quomodocunq; ſit nulla, ſive ex defectu ſolennitatis ſive autoritatis requiſita, &c.*

Subdeclar. declarat.

9. *Emptorem nõ poſſe agenti proximiori ad retractũ objicere emptionem nullitatis contractus, ſed ſolum venditorem & quare?*

10. *In prædio ab alicujus heredibus majoribus, uno ex illis exiſtente impubere, ſine autoritate & decreto judicis vendito.*

11. *Venditio rerum minoris propter defectum ſolennitatum requiſitarum, ipſo jure nulla eſt, licet æs alienum adeſſet, & n. 13. 17.*

12. *Plurib. à lege conjunctim requiſitis unum adeſſe non ſufficit.*

14. *Formâ non ſervatâ, actus ipſo jure nullus & vitioſus eſt.*

15. *Forma ejusq; qualitates ad unguem ſervanda.*

16. *Actu in una parte individua quoad formalia vitiato, totus vitiatur.*

Amplif. 1. Concluſ.

18. *In datione in ſolutum. 22. 23. contra 34. 52. 53.*

19. *Datio in ſolutum venditionis vicem obtinet, eiq; comparatur.*

20. *Datio in ſolutum eſt venditio.*

21. *Dans in ſolutum planè vendentis loco cenſetur.*

22. *Evicto prædio in ſolutum dato, utilis creditori ex empto competit actio.*

24. *Statuta propriè & ſtrictè accipienda.*

25. *Datio in ſolutum propriè non eſt venditio, nec idem dicitur de uno, quod de alio.*

26. *Simile nullum eſt idem.*

27. *Simile omne eſt etiam diſſimile.*

 28. *Ta-*

28. *Tale eſſe, aliud eſt, aliud, haberi pro tali.*
29. *Similitudo eſt quoddam figmentum rei & non propriè res ipſa.*
30. *Similitudo eſt ſubauditus intellectus per impropriationem.*
31. *Emptioni pretium intervenire neceſſe eſt.*
32. *Dationi in ſolutum non intervenit pretium.* 45.
33. *Diverſitas vocabulorum effectus diverſitatem oſtendit.*
34. *Datio in ſolutum alicujus favore introducta.* 50.
35. *Datio in ſolutum quando pro vera venditione habeatur vel non?* 36. *& ſeqq.*
39. *Verba: Vicem alicujus obtinere, non tam ſimilitudinem quam ſurrogationem legalem arguunt.*
40. *Surrogatum naturam ſurrogati ſapit, licet ab hoc in aliquo diſcreparet.* 41.
42. *Datio in ſolutum venditio eſt, non per ſimilitudinem, ſed rationis & effectus identitatem ac legalem ſurrogationem.*
43. *Æquiparatio facta ex rationis identitate non eſt extenſiva ſed comprehenſiva.*
44. *Caſus ille verè & propriè dicitur comprehendi in lege vel ſtatuto, ubi eſt rationis identitas.*
46. *Rerum medulla præ verborum cortice inſpicienda.*
47. *Ciceronis dictum.*
48. *Eadem cenſentur, quorum idem eſt effectus.*
49. *Res uti ſe habet ad eſſe, ſic etiam ad operari.*
51. *Solvat quis ipſe, an alius pro eo, nihil refert.*
52. *Datio in ſolutum à pleriſq; diſtinguitur in voluntariam & neceſſariam.*

Amplif. 2.

54. *In Emptione, quæ fit ſine auctione & licitatione publica.*
55. *Taciti eadem vis quæ expreſſi.*
56. *Taciturnitas vel conſenſus permiſſivus vendendi rem cui velit, renunciationem retractus juris haut inducit.*
57. *Taciti non eſt major vis quam expreſſi.*

Extende Ampl.

58. *In auctione & venditione ſub haſta. contra n.* 59.
60. *Subhaſtatione factâ an agnatus juſto pretio ad retractũ ita admittendus ſit, ut extraneo licitatori immodicum offerenti præferatur.*

Ampl. 3.

61. *In emptione venditione ſub conditione factâ.* 63.
62. *Conditionalibus in contractibus inſpicitur tempus contractus nõ conditionis impletæ.*
Emptio conditionalis ſtatim cenſetur perfecta etiam ante caſum conditionis exiſtentis.
Conditione pendente alter contrahentium

bentium altero invito ab ea diſcedere nequit.

Traditione ſecutâ dominiũ trãſit.

64. Emptor pendente conditione ex empto agere nequit. 72.

65. Conditio nihil ponit ineſſe. 73.

66. Natura actus conditionalis quænam ſit?

67. Conditio ſe habet inſtar cauſæ.

68. Conditione deficiente, deficit cauſa & obligatio.

69. Spes obligationis in contractib. conditionalibus formatur, quæ ab alterutra contrahentium parte interverti non debet.

70. Jus ex contractu ſaltem ſpe competens aliis non conſentientibus auferri nequit.

71. Spes emitur & venditur.

74. Legati aut fideicomiſſi dies ante conditionis exiſtentiã non cedit.

75. Heres legatariis cavere tenetur, legata in eventum conditionis fore ſalva.

Ampl. 4.

76. In emptione venditione cũ pacto reluendi facta, ſalvo tamen venditori ſemper reluitionis jure.

Ampl. 5.

77. In venditione juris ceſſi.

Concluſ. 2.

78. Retractus extra emptionem venditionem in omnibus aliis contractibus, niſi conſuetudine & ſtatuto loci expreſſè obſtante, regulariter cenſetur prohibitus.

Exemplif. 1. Concluſ.

79. In permutatione.

80. Venditionis appellatione etiam permutatio continetur.

81. Permutatio plurimũ ab emptione venditione differt, & in quo? 82

83. Permutationis & venditionis diverſa ratio eſt, quoad retractum, & quænam?

84. Statutũ loquens de permutatione venditionẽ non comprehendit.

Limit. Exemplif.

85. In permutatione rei cum frumẽto vel alia, re fungibili ſeu mercabili, quæ ſtatim venditur.

86. Retractui an locus ſit, ſi non ſolũ ſpecies pro ſpecie, ſed etiam pecunia numerata detur. 88. 90.

87. Actus ſemper judicatur à principali intentione agentium.

89. Res participans de pluribus à potentiori regulatur.

Denominatio fit à potiori.

Limit. 2. Exemplif.

91. In permutatione ſimulate & in fraudem juris retrahendi facta.

Limit. 3. Exemplif.

92. In aliis nonnullis caſibus, de quibus remiſſivè.

Exemplif. 2. Concluſ.

93. In donatione.

Donatio ex mera liberalitate & affectione erga donatarium procedit, quæ ceſſare poteſt in conſanguineo retrahente.

Limit. Exemplif. 2.

94. In

Digitized by Google

94. In donatione ſimulata & in fraudem retractus factâ.

In aliis contractibus, veluti tranſactione, 95. jure pignoris 96. diviſione 97. dote, datis ex compenſatione & ſimilibus 98.

Exemplif. 3.

99. In locatione & conductione.

100. Locatio & conductio proxima eſt emptioni venditioni, iiſdemq́; regulis conſiſtit.

101. Statutum in locatione cenſetur etiam diſpoſitum in venditione.

102. Locatio & venditio æquiparantur.

103. Argumentum procedit de locatore ad venditorem, & è contra.

104. Species diſparatæ in unum non coaleſcunt.

105. Redhibitioni & ædilitio edicto non locus eſt in locatione.

106. Locationis & venditionis non ſemper eadem ratio & jus, præſertim apparente deciſionis diverſitate de alterutra.

107. Locatione factâ res non exit de familia.

108. Causâ finali tanquam directrice ceſſante, ceſſat effectus.

Lim. 1. Exemplif. 3.

109. In locis, ubi conſtitutio Friderici Imp. de jure protim. moribus & judicando recepta eſt.

Ampl. Exemplif. 3.

110. In locatione ad longum tempus.

111. Locatio ad longum tempus aſſimilatur venditioni, ex eaq́; poſſeſſio, utileq́; dominiũ trãſfertur.

112. Vaſallus feudum ad longum tempus locare nequit.

113. Longum tempus decennium cenſetur.

114. Locator eſt manetq́; dominus directus rei ad longum tempus locatæ.

115. Tempus ſolum non eſt modus obligationis mutandæ.

116. Locatio ad longum tempus non deſinit eſſe vel nominari locatio.

117. Contractus quivis imaginem alienationis habens, in feudis ſpecialiter eſt prohibitus.

Limit. 1. Ampl.

118. In locatione continuativa cum pacto de renovando de tempore in tempus, &c.

Limit. 2. Ampl.

119. In locatione ad longum tempus pro mercede annua, non verò uno pretio illius mercedis loco pro toto tempore factâ. 124.

120. Venditio & locatio ad longum tempus pro uno pretio ſemel facta non differunt.

121. Locationis & venditionis quænã eſſentialis differentia? 122. 123

QUÆ-

QUÆSTIO, IV.

IN QUIBUS CONTRACTIBUS RES ALIENATA RETRACTUI OBNOXIA FIANT.

CONCLUSIO I.

PRIMA concluſio ſit affirmativa, quòd † regulariter in contractu emptionis venditionis, retractus obtineat. Tiraquell. *hic* §. *1.gl.2.* Petr.Gregor. *in ſyntagm.d.lib.26.c.3.n.1.* Balthaſ. Benedell. *in tract.de jur.prothomiſ.ad princip. conſtitut.n.108.* Hartman. Piſtor. *lib.2.part.1.quaſt.12.n.15.16.&ſeq.* ubi in materia feudali loquitur. Leges enim & mores gentium, admittentes retractum, ferè de vendito & empto loquuntur, inquit Jacob. Curt. Brugenſ. *conjectur. tom.1.lib.2.c.15.p.m.149.* Concord. Ordin. Solmenſ. *part. 2.tit.12.ſub rubr.* weitere Erklärung den Abtrieb belangent/ ꝛc. §. Es ſoll auch der Abtrieb allein/ im contract emptionis, das iſt im kauffen vnd verkauffen/ aber in den andern Contracten / als Verleihungen / Tauſchen/ Vbergeben / Schanckungen/ ꝛc. gar nicht ſtatt haben noch zugelaſſen werden / doch daß hierunder kein Gefährde noch arge Liſt gebrauchet werde. Hoc eſt retractus in ſolo emptionis contractu locum habeat: In aliis autem contractibus, utputa locationis, permutationis, conceſſionis & donationis, &c. non admittatur, ita tamen ſi fraus & ſimulatio abſit. 1.

Declara I. hanc concluſionem licet emptionis & venditionis verbum † latiſſimè pateat, & omnem contractum ſeu alienationem, ex quâ dominium transfertur, comprehendat. *l.ſtatulìberi à cateri à cateris. §.Quintus.ff. de ſtatulib.cum ſimil.* Fab.de Monte *in tract.de empt.vendit.quaſt.princ.2.n.1.2.* Petr.Nicol.Mozz. *in tract.de contract. rubr.empt.vendit.n.26.* M.Anton.Peregrin. *conſil. 89.n.18.ad fin.vol.1.* adeò ut quicquid ſit ἐμὸν, hoc eſt, meum, emi ſeu emptionis nomine nobis deferri dici poſſit, ut emere, nihil aliud ſit, quàm comparare; Robert. *lib.1.animadverſion.c.8.* quò ſpectat illud Horatiii: 2

---- Nocet empta dolore voluptas.

Item illud: *Nil carius conſtat, quam quod precibus emitur.*

In hac tamen retractus materia, juxta communem loquendi uſum, propriè accipiendum de illa emptione, quæ conſenſu, re & pretio

 inter-

intervenientibus, perficitur, per tradita Tiraq. *d.* §. 1. *gl. 2. n. 3. & ſeqq.*
Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. *13. gl. 5. n.* 46. *in fin.*

3 Declara II. † procedere concluſionem de contractu emptio-
nis venditionis valido, & ſecundum leges facto, ſecus ſi ex aliqua
cauſa eſſet nullus Joh. de Arnon. *ſing. 56.* quem refert Ariſmin. Te-
pat. *in Compend. deciſ. tit. 399. ca. 7.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. 578. n.*
22. verb. ſtatutum lit. S. ubi in noſtr. terminis. Joh. Gœdd. *conſil. Marp.*
19. nu. 14. vol. 4. quia appellatione venditionis venit tantùm valida.
l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic. l. 3. §. hæc verba. de negoc. geſt. & ex eo,
quod nullum eſt, nihil ſequitur. *l. ejus, qui in provincia ff. de reb. cred.* &
emptione exiſtente nullà, condictio indebiti pro repetendo pretio
4 datur. *l. ſervum meum. 37. de condict. indeb.* Nam lex vel ſtatutum † lo-
quens de contractu, ſententia, vel alio actu intelligitur de valido,
non autem nullo. *l. non putavit. §. non quævis. ff. de bonor. poſſeſſ. contra*
tab. Bart. *in l. 1. §. & parvi. ff. quod vi aut clam.* Roman. *conſ. 42. nu. 3.*
Ruin. *conſ. 78. n. 8. vol. 4.* Cephal. *conſil. 370. n. 51.* Surd. *conſil. 182. num. 3.*
5 Alexand. *conſil. 77. num. 15. lib. 3.* Dec. *conſil. 360. n. 2.* Ita † in ter-
minis tradit Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gl. 5. num. 50.* Ti-
raquell. *d. gl. 2. n. 5. & ſeqq. ubi id pluribus adductis exemplis latè decla-*
6 *rat.* Surd. *deciſ. Mantuan. 122. num. 11.* atque hinc de † venditione a-
liovè contractu nullo nulla debentur laudemia. Ariſmin. Tepat. *in*
compend. var. jur. ſentent. tit. 389. c. 2. ſub rubr. vel non circ. princ. Matth.
Weſenbec. *conſil. 16. n. 6. p. 1.* Schrad. *de feud. p. 9. c. 1. n. 27. verſ. huc ac-*
cedit. & ita judicatum fuiſſe teſtatur Papon. *lib. 13. tit. 2. arreſt. 37.* neq;
ullum vectigal aut gabella. Caſp. Caballin. *milleloq. 108.* Schrad. *d. loc.*
in fin. Grammat. *deciſ. 74. n. 27.* Alder. Maſcard. *de ſtatut. c. 4. num. 126.*
7 quia † à quo removetur nomen, removetur & effectus. *l. à nullo.* ubi
Dd. *C. de fer. l. diurnos.* ubi gloſſ. *C. de frument.* Everhard. *in top. leg. loc.*
ab Etymolog. in princ.

8 Amplia hanc declarationem; † quomodocunque venditio ſit
nulla, ſive ex defectu ſolennitatis, ſive auctoritatis requiſitæ, ſive
propter incapacitatem perſonæ, ſive propter dolum dantem cau-
ſam contractui, aut aliud quodcunque vitium. Carol. Molin. *d. §. 13.*
gl. 5. num. 50.

9 Subdeclara † præcedentem declarationem, emptorem non
poſſe agenti proximiori ad retractum, objicere exceptionem nulli-
tatis.

tatis contractus, ſed ſolùm venditorem, cùm emptoris non interſit,
pretio recepto, & ſi excipiat, repelli poteſt per replicationem, quod
ſua nihil interſit. *l. ille à quo. §. 1. ad SCtum Trebell.* Carol. Molin. *d. gloſſ.*
n. 50. & ſeq. Petr. Gregor. *d. lib. 26. c. 5. in fin.*

Exemplifica † modò tradita in prædio, quod heredes alicujus 10
majores vendiderant, uno adhuc ex heredibus exiſtente impubere,
eoq; non habente tutorem, tantò minus ad contractum adhibito,
nec interveniente decreto judicis, talis † venditio propter defectū 11
ſolennitatum requiſitarum, ipſo jure nulla eſt, etiamſi onus æris a-
lieni adeſſet. *l. 1. l. magis 5. §. non paſſim ff. de reb. eorū, qui ſub tut. ſunt. l.*
lex quæ. 22. C. de adminiſtr. tut. curat. l. minor. 6. l. ſi prædium. junct. ll. ſeqq.
C. de præd. & aliis reb. min. ſin. decret. non alien. tot. tit. C. quand. decret.
opus non eſt. Nam quoties lex † plura conjunctim requirit, non ſuffi- 12
cit unum ex his adeſſe, ſed omnia. *l. ſi per alium. §. docere. & ibi* Caſtr.
& Jaſ. *ff. ne quis eum, qui in jus voc. l. cum hi. § ſi prætor. & ibi* Bald. *ff. de*
tranſact. Marc. Ant. Natt. *conſil. 162 n. 7. & 8.* Grammat. *deciſ. 79. n. 13.*
& 14. Cacheran. *deciſ. 165. n. 5.* Regner. Sixtin. *conſil. Marp. 21. n. 70.*
vol. 2. Et ita ad arguendam nullitatem alienationis rerum minorum, ſcri-
ſit Henric. Rebelſtrā *lib. 1. deciſionem, ſententiar. ſive præjudicior. q. 7.* Li-
cet enim † æs alienum cauſa ſit impulſiva, propter quam ad alienatio- 13
nem rerum minorum deveniatur, tamen ea non niſi tutorum aucto-
ritate, cauſæ cognitione & judicis decreto, tanquam formâ à lege
requiſita interveniente, validè & licitè fieri poteſt per jura ſupra mo-
dò adducta. Deficiente itaq; tutoris auctoritate, cauſæ cognitione,
& decreto judicis, propter notoriam & manifeſtam contractus nul-
litatem in rebes minorum commiſſam, nec ad traditionem nec evi-
ctionem quis obligatur. Nam omnia hæc, urgente etiam ære alie-
no, requiruntur ad formam alienationis rerum minorum, qua † non 14
ſervatâ, actus ipſo jure nullus & vitioſus exiſtit. *l. ubi donatur. ff. de*
donat. cauſ. mort. l. cum precario. ff. de precar. c. cum dilecta. §. fin. in fin. de
reſcript. c. venerabili. de offic. jud. deleg. Bart *in l. prolatum. n. 5. C. de elect.*
l. cum hi. in pr. & in §. ſi prætor. ff. de tranſact. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff.
ad exhibend. Bald. *in l. cum quis. n. 4. C. de jur. & fact. ignor.* Andr. Geil.
1. obſerv. 124. n. 1. ideoq; formam † ejuſq; qualitates, ad unguem ſer- 15
vari oportet. *l. cum verò. §. ſubventum. ff. de fideicomm. libert. l. 1. §. hæc*
verba. ff. ne vis fiat ei, per quæ jura not. Bart. *in l. 1. col. 1. verſ. item nota*

 quod

*quod dicta cauſa.C.de præd.decur.ſin.decr.non alien.*Cacheran. *d.decif.*
16 *165.num.4.*Andr.Geil.*2.obſerv.19.num.17.*& quoad formalia, † actu
in una parte individua vitiato,totum vitiatur. Bart. *in l.quem admo-*
dum.num.9 C.de agric.& cenſit. Felin.*in c.cum dilecta.n. 6.de reſcript.*
17 Ita ergò ſe res habet , ut † prædia minorum & impuberum non ur-
gente neceſſitate æris alieni nullo modo alienare fas ſit, & c.ære au-
tem alieno urgente vel ſimili cauſâ,non aliter , quàm prævià cauſæ
cognitione,interveniente judicis decreto,tutoris & neceſſariorum
auctoritate & conſilio , aliter ſi fiat alienatio ipſo jure nulla eſt.
Bart.*in l magis puto.§.inprimis.num.3.ff.de reb.eorum, qui ſub tut.*Azo
*in ſumm.num.3.*Cujac.*in paratitl.circ.fin. C.de præd. & aliis reb.minor.*
ſin.decret.non alienand. Weſenb. *in paratit.n.4.5.ff.de reb.eorum,qui*
ſub tut.ſunt.
18 Amplia I. † concluſionem noſtram procedere, in datione in
19 ſolutum,quia hæc † vicem venditionis obtinet , & emptioni æqui-
paratur *l.4.C.de eviction.* Jacob.Mandel. *conſil.408.num.8.* ibique
Annibald.*in addit.lit.D.*Octav.Simoncel.*in tract.de decret.lib.2.tit.6.*
*num.122.*Joh.Bapt.Aſin.*in tract de execut.in prolegom.c.1.nu.12.*He-
ring.*de fidejuſſ.c.20.§.21.num 4.*Joſeph.Ludovic. *commun.concluſ.51.*
num.27 Fab de Monte *de empt.& vendit.2.q princ. num.31.verſ.idem*
*quod.*Surd.*conſil.162.num.41.v.2.* Rimin. Jun. *conſil.776.num.10.v.7.*
20 Burſat.*conſil.184.num.47.v.2.* imò eſt † venditio. *l.cætera §.ſed ſi ſu-*
*per avit,*ubi Alber.& Jaſ.*de leg.1.* Decian. *reſp. 2.num.144.v.2.*Fab.
21 Turret.*conſ.17.n.7.v.2.*Rim.Jun.*conſ.776.n.11.& 12.vol. 7.* & dans †
in ſolutum planè vendentis loco eſſe cenſetur. *l.fin.ex quib. cauſ.in*
22 *poſſeſſ eat.l.3.pro empt.* ita ut evicto † prædio dato in ſolutum, utilis
creditori adverſus debitorem ex empto detur actio. *l. eleganter.24.*
*in pr.ff.de pignor.act.*Hering.*d.c.20.§.21.n. 29.& ſeq.* & ita in noſtris
terminis tenet Joh.Fab.*in l.ſi prædium.C.de evictıon.* Anton.Gomez.
in comment.ad l.Tauri.70.cum 5.ſeqq.n.20.fol.536. Gutticrez.*pract.*
*q.157.n.1.lib.2.*Petr.Rebuff.*in repetit.l.unic.in gloſſ.dupli.num.39.* ubi
eo caſu,quando voluntarium ſit , domino etiam deberi laudemium
teſtatur Boër.*in conſuetud.Biturig.§.3.de conſuet.retract.* Carol.Mo-
lin.*in conſuetud.Burg.rubr.de retract.n.5.6.& ſeq.*latè Tiraquell.*hic §.*
*1.gl.14.n.2.& ſeqq.*Jacob.Ferrer.*in not.& annot.ad quæſt.Guidon.Papæ*
*157.in fin.*Et hanc dicit eſſe veriorem ſententiam Petr. Gregor.*in*
ſyntagm.

Digitized by Google

ſintagm.d.lib.26.c.11.n.3. eamque tuetur Jacob. Curt. Brug. *conjectur.*
tom.1.lib 2.c.2.c.15.p.m.149. ubi ita ſcribit, quod in ſolutum datur, id
perinde eſſe oportet, quaſi venditum ſit: Nam † celeritate, tot inter 23
ſe conjungendorum actuum, & neceſſitate reddendi quod acceptũ
foret, is actus, per occultum intermortuus videtur, quem debitor
primùm ſolvendo, quod debebat, & deinde emptor hoc pretii vice
(tanquam brevi manu) reddendo explicaturi fuerant, ſicut & aliis
ex cauſis auctore Celſo receptum eſt. *l.3.§.fin.de donat.int.vir.& ux.*
Idem firmat noviſſimè Henric. Bocer. *in diſputat.de jur.reiract.* Ste-
phan. Gratian. *diſcept.Forenſ.544.n.15.& ſeq. Tom.3.*

Pro ratione dubitandi facit, quod ſtatuta † ſint propriè & ſtri- 24
ctè accipienda. *l.quod verò.ff.de legib.c.quæ à jure. & c. odia. de R.J.in*
6.l.quicquid aſtringendæ.de V.O l.1.§.qui navem.ff. de exercit. Roland.
à Vall. *conſil.63.n.8 & 19.v.1.* Ant. Chioſ. *conſil.148.n.7.v.1.* Franciſc.
Burſat. *conſil 12.num.54.& conſil.13.num.11.v.1.* Datio autem † in ſo- 25
lutum quamvis venditioni aſſimiletur, propriè tamen loquendo nõ
eſt venditio, nec idem dicitur de uno quod de alio. Chaſſan. *d.rubr.*
de retract.§.1.ad verb.vend.n 1. Raphaël. Fulgoſ. *conſil.134.in quæſtione*
verſa.colum.2.verſ.ſed illud. dicens hanc non veram & directam eſſe
emptionem: cùm † nullum ſimile ſit idem. *l.Gaurus.verſ.Marcellus.* 26
ff.de ſervit urb.præd. Felin. *in c.capitulum S.Mariæ.n.4.extr.de reſcript.*
Menoch *de arbitr.jud.qq.caſ 57.n.16.* ſed omne † ſimile ſit etiam diſ- 27
ſimile. poſt Lancel. Polit. & Pruchem. Hering. *in tract. de molend.q.8.*
n.34 verſ ſed potius omne ſimile. Bart. *in l.quod Nerva.ff. depoſ.* & aliud
eſt eſſe † tale, aliud haberi pro tali. *l.mercis appellatione. & ibi* gl. & 28
Bart *ff.de verb.ſignific.* Bart. *in l ſi maritus.§.1.n.1 ff.ad L. Jul.de adult.*
Aſin. *de execut.§ 6.c.67.ſub n.4.* Ubi ergò eſt ſimilitudo, ibi impro-
prietas; quia ſimilitudo † eſt quoddã figmentum rei, & non propriè 29
res ipſa, inquit Bald. *in l.1.in fin.C.de patrib.qui fil.diſtrax.* Et dicit Jaſ.
quod † ſimilitudo ſit ſubauditus intellectus, & ideò per impropria- 30
tionem. *in l.de quib.ff.de legib.* Secundò dubium movet, quod ad hoc,
† ut ſit emptio, pretium intervenire neceſſe ſit. *§.pretium autẽ.Inſtit.* 31
de empt.& vendit.l pacta conventa ff.de contrah. empt. quod † tamen 32
in datione in ſolutum intervenisse dici non poteſt. Cagnol. *in l.2.C.*
de pact.inter empt.& vendit.n.25.verſ.& hæc concl.in fin. Burſat. *conſil.*
*117.num.*8. Tertiò idem arguit vocabulorum diverſitas, emptionis

Digitized by Google

33 & dationis in ſolutum, quæ † diverſitatem etiam effectus oſtendit. *l.ſi idem.C.de Codicill.c.ad audientiam. extr.de decim.* Anton.Gabriel. *lib.6.commun.concluſ.tit.de V.S.concl.1.* Philip. Matth.*conſil.Marpurg. 26.n.23.volum.2.* Fulv.Pacian.*conſil.3.num.30.& ſeqq.* Quarto negant quidam, quod datio in ſolutum habeat vim venditionis, idque
34 † in favorem ejus, cui fit, receptum eſt, ideoque in ejuſdem læſionem detorqueri non debet. *l.quod favore. C.de legib.* Ex his & ſimilibus rationibus contrarium à noſtra ampliat. tenuit Speculat. *tit. de empt.& vendit.§.5.incipit,nunc dicendum.ſub tit.de reſcindend.vendit. n.20.* Bald.*de jur.protim n.13.verſ.ſed utrum hæc conſtitutio,&c.* Mantua *eod.tract.ſeu ad l.dudum.n.36.& ſeqq C de contrah. empt.* Chaſſan. *alleg.prox.loco* Martin.Peg.*lib.4.* vom Verkauff / *cap.2.verſ.* Zum ſechſten. Johan.Baptiſt. Aſin.*in tract.de execut.in prolegom. c.1.n.13.& latius §.7.c.296.per tot.* Frideric.Pruckman.*conſil.4.n.34.v.1.* Berlich. *p.2.concluſ.39.num.61.& duob.ſeqq.* Et ita niſi fraus in datione in ſolutum interveniat videtur inferre Johann.Gœdd.*conſil. Marpurg. 29.num.27.vol.4.*

Pro ratione decidendi & conciliandi haſce Dd.opiniones no-
35 tandum, dationem † in ſolutum tunc in effectu loco venditionis eſſe, ſi res immobiles vel prædium æſtimatum in ſolutum detur pro debito quantitatis, & talis ſit rerum ſtatus, ut & quod debetur, magis pretii inſtar habeatur, & quod in ſolutum datur, propius ad naturam mercis accedat. *arg.l.eleganter. in pr.ibi:ſi pro ſoluto ei res data fuerit,ut in quantitatem debiti ei ſatis fiat,&c.ff.de pignor.act.* Nam hu-
36 juſmodi † datio in ſolutum ſpecie, pro certo debito quantitatis ſeu pecuniæ, in effectu non tam eſt ſimilis venditioni, quam vera & realis venditio, in qua omnia venditionis ſubſtantialia concurrunt, velut conſenſus, res, & pretiũ, ut not. Bart. Bald. *in d.l.eleganter.in prin-*
37 *cip.* Ideoq; quicquid † dicitur de emptione venditione, habet locum in tali datione in ſolutum. Jaſ.*in l.cætera.§.ſed & ſi pervenit. n.10.ff.de legat.1.* Aretin.*conſil.33.colum.2.verſ.nec obſtat,& conſil. 159.col.4.verſ.*
38 *venio ad quartum.& verſic.ſeq.* Aliud autem † eſſe, ſi res immobilis pro alia re immobili & citra æſtimationem in ſolutum daretur, quia talis actus non venditioni ſed permutationi immobilium accenſendus eſſet. Et ita diſtinguendo determinat Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ.d.§.13.gl.5.nu.47.* Jacob.Curt. Brugenſ. *conjectur.lib.2.tom.1. cap.15.*

Digitized by Google

cap.15. circ. ſin. p.150. & in effectu eò tendunt, quæ tradit Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. de retract. §.9. n.7. & 8.* Roſenthal. *de Feud. cap.9. concluſ.90. n.11.* Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ 544. n.15.16.* ubi ita communiter dicit diſtinguere Dd.

Ad rationes dubitandi reſpondetur, & quidem ad 1. ejuſmodi dationem in ſolutum non tam ſimilem eſſe venditioni, quàm veram & propriam venditionem ex modo dictis. Hinc Imper. Antonin. *in l.4. C. de evict.* non dicit, dationem in ſolutum eſſe ſimilem venditioni, ſed eam vicem venditionis obtinere, hæc † autem verba non tam ſimilitudinem quàm ſurrogationem legalem factam arguunt. 39 Surrogatum † autem ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur. 40 *l. ſi cum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cation.* Bart. *in l. ſi quis filium. C de inoffic. teſtam.* Felin. *in c. cum acceſiſſent verſ & ex hoc dicto. de conſtit.* Andr. Geil. *2 obſerv.120 n.6.* idq; ita ſe habet, † etiamſi ſurrogatum in aliquo diſcreparet ab eo, in cujus locum ſurrogatum eſt, 41 cùm in aliis ejus naturam ſuſcipiat. Dec. *conſ.50. n.2.* Anton. Gabriel. *comm. concluſ. lib.6. tit. de reg. jur. concluſ. 2. n.28. & ibi allegati.* Regner. Sixtin. *conſil. Marp.8. n 23. vol.3.* Quamobrem datio in ſolutum † venditio eſt, non per ſimilitudinem, ſed rationis & effectus identitatem ac legalem ſurrogationem. 42 Nam æquiparatio, † quæ fit ex rationis legalis identitate, non eſt extenſiva, ſed comprehenſiva. 43 Surd. *conſil.25. num.38. & 39. vol.1.* Gylman. *in ſymphor. tom.1. p.1. tit.3. num.7. in fin. fol. 187.* Et verè † ac propriè ille caſus dicitur comprehendi ſub diſpoſitione legis vel ſtatuti. 44 Pariſ. *conſil.32. num.72. volum. 1. & conſil 42. n.15. vol.2.* Cravett. *conſil.186. n.11.* Roland. *conſil.72. num.39. & ſeq.* Proſper. Farinac. *conſil.30. num.77. lib. 1.* Neque adverſatur ſecunda dubitandi ratio, quia † debitum quantitatis, propter quod res immobilis tanquam merx in ſolutum datur, eſt loco 45 pretii ejuſq; vicem ſubit. Neque etiam quod 3. de vocabulorum diverſitate adductum erat, magni eſt momenti, cùm † in uſu juris non tam verborum corticem, quàm rerum ſpectare ſoleamus effe- 46 ctum & medullam. Bald. *conſil.32. incipit. Domina Iohanna Piſana, &c. per text. in c. Marcion. ibi: nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe Evãgelium, ſed in ſenſu: non in ſuperficie, ſed in medulla. & c. cauſ.1. q.1.* Non † enim ex verbis pendet jus, neq; verba in judiciũ veniunt, ſed ea res, 47 cujus causâ verba in leges conjecta ſunt, inquit Cicero *in orat. pro*

Cecinn.

48 *Cecinn.* & refert Geil. *2.obſ.132.num.*10. indeq; eadem † cenſentur,
49 quorum idem eſt effectus, dixit Plin. *nat.lib.25.c.1.q.5.* quia † uti ſe res habet ad eſſe, ſic etiam ad operari, ajunt Philoſophi. Datio autem in ſolutum ex diſpoſitione legali, in effectu venditionis vicem ſubit, ejuſq; ſubſtantialia continet. Pariter nec quartum dubium
50 ampliationem noſtram infringit, quia † non tam in favorem creditoris, quàm in ſubſidium deficientis ſolutionis, reçeptum eſt, ut debitor rem immobilem, pro quantitate in ſolutum dare poſſit, adeoq; ſubſidiaria in ſolutum datio, magis ipſius debitoris, quàm creditoris favorem concernit. Neque hîc ullum verſatur intereſſe conſiderabile creditoris, quia retrahens tenetur refundere rei pretium, hoc eſt, eam ſummam debitam, pro qua res in ſolutum dabatur. Quare cum non res, ſed quantitas in obligatione erat, ſolutione ejus quantitatis quæ debebatur, tollitur creditoris obligatio.
51 *princip.* & *ibi* Dd. *Inſtit.quib.mod.toll.obl.* Nec intereſt † quis ſolvat, utrum ipſe qui debet, an alius pro eo etiam ignorante & invito. *d.*
52 *princip.l.ſolvere.53.ff.de ſolut.l.39.ff.de negoc.geſt.* Alii diſtinguunt † inter dationem in ſolutum voluntariam, quæ fit ab ipſo debitore creditori: & inter neceſſariam, quæ fit à judice pro executione rei judicatæ, *arg.l.cū fideicommiſſi.ff. de fideicom. libert.* Dec. *conſil.159.aliàs 160.n.2.v.præterea dato.* Decian. *reſponſ.3.n.128. vol.1.* & *reſp.21.n.11.v.2.* Turret. *conſil.17.n.*10. & 11. *vol.2.* Magon. *deciſ.Rotæ Lucenſ 63.num. 4.* & *in addit ſub lit. A.* in illa admittunt retractum, in hac non, quos refert Tiraq. *hîc §.1.gl.14.n.8.* Jacob. Mandell. *conſil.654.* ibiq; Vincent. Annibald. *in addit.* Joſeph. Ludovic. *commun.concluſ.51.n.28.* Sigiſm. Scacc. *in tract.de commerc. §.1.q.1.n.245. verſ.at præfata conſtitutio.* Berlich. *p.2.concluſ.39.n.64.* ubi tamen num. ſeq. viciſſim limitat. Balthaſ. Benedell. *in tract.de jure prothomiſ. ad princip. conſtitut.n.122.* Et ſequitur Joan. Coraſ. *li.3.miſcellan.jur.c.3.n.3.* Roland. à Vall. *conſil.21.n.* 20. & *ſeqq.vol.1.*

53 Contrarium tenet & defendit † Carol. Molin. *d. §.13.gl.5.num. 48.* ubi dicit, ampliationem noſtram procedere, in omni datione in ſolutum, ſive fiat ex voluntaria, ſive ex neceſſaria cauſa, imò etiamſi fiat judicis auctoritate, per ſententiam, vel per interpoſitionem decreti, quod ſemper eadem ratio retractus militet, ergò idem jus ſtatuendum ſit. Stephan. Gratian. *diſceptat.Forenſ.544.num.17.* ubi

adducit

adjice hanc rationem, quod hoc caſu, ex quo præcedit factum debitoris, qui prius ſponte debitum creavit, cenſeatur talis adjudicatio voluntaria, quamvis fiat à judice, cujus factum in hoc, ſuccedit in locum partis, & quaſi ex præcedenti contractu debitoris hoc faciat; cum etiam ſemper attendatur origo obligationis, quæ ſi eſt voluntaria, operatur, ut, quod inde ſequitur, ſit voluntarium. poſt Tiraq. *hic §.1.gloſſ.n.13.uſq; ad 17.* dicens veriorem & magis communem poſt Matienz. Joh. Fabr. Gomez & alios, Gutier. *pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 157.* In Ordinatione Darmbſtadina tamen aliter cavetur, quod in datione in ſolutum, quæ fit auctoritate judiciali, retractus locum non habeat. Wann ein Gut vor Herren Zinſe oder Schulde offentlich durch die Beampten oder Gericht verkaufft / oder den Glaubigern zugeſtellet oder zuerkandt wird.

Amplia II. † in emptione, quæ fit ſub auctione ſeu licitatione 54 publica, vulgò wann ein Gut auff den Abſtrich verkauffet wird / per tradita Jacobi Curt. *conjectur. tom. 2. lib. 3. cap. ult.* quia in ejuſmodi etiam emptione omnia emptionis venditionis ſubſtantialia concurrunt.

Pro ratione dubitandi facere videtur, quod auctio quemvis ad licitationem admittat: quâ qui non utitur, hic aliqua ſignificatione demonſtrat, rem eam ſe emere nolle, & ita tacitè renunciare cenſetur. Taciti † autem eadem, quæ expreſſi vis eſt, per vulgata, 55 Geil. *2. obſ. 30. n. 4.*

Pro ratione decidendi facit, quod † taciturnitas vel conſenſus 56 permiſſivus vendendi rem cui velit, etiamſi expreſsè interveniat, & ad rogationem venditoris, non impediat retractum, neque ejus renunciationem inducat, per ea quæ ſupra *quæſt. 2. Ampliat. 9. 10. 11. & 12.* adducta ſunt, tantò minus, ſi id ex taciturnitate colligatur, cum † 57 taciti non ſit major vis, quàm expreſſi. Cacheran. *deciſ. Pedemont. 162. ſub n. 9.* Cravett. *conſil. 819. n. 17.* Cardin. Martin. *de tacit. & ambig. convention. lib. 1. tit. 5. n. 26.*

Extende hanc ampliationem † procedere, etiamſi auctio illa & 58 venditio fiat ſub haſta, ut nihilominus retractus admittatur, quia in tali etiã venditione veri pretii numeratio intervenit, veraq; venditio cenſetur, & per conſequens denegandum non eſt agnato, ut bonorum, quæ extra familiam, vigore addictionis ſeu adjudicationis

alienata fuerunt, nomine, jus retractus competat, & ea de re expreſſam apud Pariſienſes exſtare conſuetudinem art.150. de retract. gentilit. & in Curia Tholoſana, id multis arreſtis & præjudiciis, confirmatum, contra quorundam opinionem, qui in iſthac venditione judiciaria, retractum denegant, refert Gerard. Maynard. *deciſ. Tholoſ. 46. n. 2. lib. 6.* addens, idem obtinere, ſive tempore addictionis præſens fuerit, ſive non, ſive licitatus fuerit, ſive licitationem omiſerit, ejuſdem ſententiæ eſt inter alius Bertrand. Argentræ. *in conſuet. Britan tit. des appropriances. art. 265. in verb. Il' convient.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belgic. vol. 3. deciſ. 55. n. 6.* referens ad hoc circa fin. in ſupremâ curiâ aliquoties ſic judicatum &c. & quod hæc ſententia etiam in Sacro Conſilio Neapolitano notoriè recepta ſit, teſtatur Balthaſ. Benedell. *in tract. de jure prothomiſ. ad princip. conſtitut. n. 122. in fin.* Alexand. Ludoviſ. *deciſ. Rotæ Roman. 193. n. 8. 9.* ibiq; Oliver Beltramin. *in addit. lit. A. n. 13.* ſubdens, ſic dictum fuiſſe in Romanâ domus 22. Junii 1611. coram Cardinali Lancellotto, Johann. Guttierez *pract. quæſt. 161. n. 2. lib. 2.* ubi in regno Hiſpaniæ communiter ita obtentum eſſe atteſtatur. Eoq; collimant rationes adductæ à Stephan. Gratian. *Diſcept. Forenſ. 544. n. 19. & 20. & ſeqq.* ubi tandem tamen negativam amplectitur.

59 Contrarium tenet † Carol. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 2. §. 77. verb. non notifices, n. 21. & §. 78. gl. 1. num. 154.* quod videlicet hoc caſu non cum domino, ſed cum ſolo judice contractum cenſeatur. Verùm priorem ſententiam ut humaniorem, communiorem & præjudiciis munitam, intrepidè ego ſequerer, cùm circa retractum, non tam ſpectetur quis vendat, quàm cujus res vendita ſit, & de cujus familia exeat, ita ut alio quam domino vendente, non vendentis, ſed domini cognatis, retractus competat, argumento eorum, quæ ſupra *q. 2. ampliat. 5. limitat. 2.* tradita ſunt, & judex ita vendere curans ſub haſtâ, partis & domini vendentis vices ſubeat, nec ut ſuam, ſed ut alienam rem vendat. *arg. l. ſi ob cauſam. C. de evictio. ibidemq;* Bart. & alii. *l. ſi pignora. ff. eod. tit. l. eleganter in princ. ff. de pignor. act.*
60 confer tradita Tiraq *hic §. 1. gloſſ. 14. n. 13. & ſeq.* An verò † ſubhaſtatione factâ, agnatus ad retractum juſto pretio ita admittendus ſit, ut extraneo licitatori immodicum offerenti, præferatur, conſtat ex traditis Joan. Baptiſtæ Aſin. *in tr. de execution. §. 6. c. 5. per tot.*

Amplia

Amplia III. † in emptione venditione ſub conditione facta, 61
quia in † contractibus conditionalibus inſpicitur tempus contra- 62
ctus, non tempus condionis impletæ. *l. ſi filiusfam. de verb. obl. l. 2. §. id quoq; de collat. l. ult. de ſtipul. ſerv.* ideoq; emptio conditionalis ſtatim cenſetur perfectâ, etiamſi conditio nondum exiſterit. *l. neceſſario. §. ſi ita res. ff. de peric. & comm. rei vend.* uſque adeo ut pendente conditione non liceat alteri contrahentium altero invito ab ea diſcedere. gl. *ad d l. & in l. 1. in princ. C. eod.* Joh. Guttierez *pract. quaſt. 86. n. 8. 9. lib. 5.* idque maximè procedit, ſi proceſſum fuerit ad traditionem, quia eâ ſecutâ tranſit dominium. *l. dotis fructus. §. ult. junct. l. ſæpe ff. de jur. dot.* vid. † ad hanc ampliat. Tiraquell. *hic §. 1. gl. 2. num. 27. & ali- 63
quot ſeqq.* Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. cap. 3.* Erit itaq; in arbitrio retrahentis, vel ſtatim pendente adhuc conditionem emptoris jus cum onere conditionis in ſe transferre, vel conditionis eventum expectare, cùm præſcriptio temporis anni & diei, non niſi à tempore conditionis exiſtentis currere incipiat, ut infra quæſt. 7. dicetur.

Pro ratione dubitandi facit, quod † emptor, pendente con- 64
ditione, ex empto agere non poſſit. *l. bovem. 43. §. ſi ſub conditione 9. ff. de ædilit. edict. l. grege. 13. §. ſi ſub conditione. ff. de pignor. l. promittendo. § ſi à debitore. ff. de jur. dot.* quod pluribus illuſtrat Tiraquell. *gloſſ. 2. §. 1. n. 22. & ſeq.* Nam quæ ſunt in conditione, non cenſentur eſſe in diſpo-
ſitione, eò quod conditio † nihil ponat ineſſe. *l. ſi quis ſub conditione.* 65
ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. cedere, diem. & ibi Dd. *de Verbor. Signific.* Vult. *conſil. Marp. 15. n. 278. vol. 1.* Philip. Matth. *eod. volum. 1. conſil.*
21. num 35. & conſ. Marp. 26. num. 12. vol. 2. Natura † enim actus con- 66
ditionalis eſt, ut prius impleatur, quàm ut effectus ex eo ſequatur, ideoq; præcisè ſpectatur tempus evenientis conditionis. *l. intercidit. 59. l. 104. ff. de condit. & demonſtrat.* Anton. Fab. *in conſult. de Ducat. Montisfer. pag. 184.* Honded. *conſil. 18. n. 43. vol. 2.* quia conditio † ſe 67
habet inſtar cauſæ: Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa. part. 1. lim. 1. num. 5. 6. 60. & ſeq.* Vult. *d. conſ. 15. num. 284.* Philip. Matth. *d. conſil. 21. num. 33.*
Deficiente † itaque conditione, deficit cauſa, & per conſequens i- 68
pſa obligatio per notata Andr. Geil. 2 *obſerv. 132. num. 3. 4. 5. 6.* Rol. à Vall. *conſil. 43. n. 2. & num. 115. volum. 3.* Valentin. Forſter. *conſ. Marp. 8. n. 13. vol. 1.* Herman. Vult. *d. conſil. Marp. 15. n. 286. vol. eod.* Et ita in

materia retractus ſentire videtur Martin.Peg. *lib.* 1. vom Verkauff oder Einſtandt/ *c.* 3.

Pro ratione decidendi nota, licet in contractibus conditionalibus ante exiſtentiam conditionis dies neque cedere, neque venire dicatur, hoc eſt, nulla obligatio & actio ejuſque exercitium efficax
69 oriatur. *d.l.cedere diem.* & *ibi* Alciat. *d.V.S.* Spes † tamen obligationis formatur, quæ interverti ab alterutra parte contrahentium non de-
70 bet *arg.l.ſi uxor.§.divi ſeverus.3.ff.ad l.Iul.de adult.* quia ne ſpe † quidem jus ex contractu competens, aliis non conſentientibus auferri poteſt. Bart. *in l.in diem.de aqu.pluv.arc.* Matth. Weſenb. *conſil.51.n.*
71 *64.* & inde quandoque ſpes † emitur & venditur. *l.ſi jactum. ff.de action.empt.* quamobrem ſpes iſta futuræ obligationis, contractu ſub conditione celebrato, in tantum eſt conſiderabilis, ut pendente conditione alterutri contrahentium fas non ſit altero invito à contractu recedere, per notata ſupra. Nec obſtat quod emptor ex
72 empto agere pendente conditione non poſſit, quia † neque retrahens contra venditorem interim, bene tamen contra ipſum emptorem aget, ut jus illud, qualecunque ex conditionali actu nactus eſt, retrahendi dimittat, quò, in caſum exiſtentis futuræ conditionis, ex-
73 periri contra venditorem poſſit. Quod itaque dicitur, ex † actu conditionali ante eventum conditionis nullam ſequi effectum, intelligendum de pleno effectu & obligatione, quæ ſit habilis ad exercendam ſtatim actionem ex ea competentem, non autem de effectu, qui etiam ex ſpe obligationis futuræ dependet & conſideratur. Sic licet
74 dies † legati aut fideicommiſſi non cedat, niſi adveniente conditione *l.un.§.fin. C.de cad.toll.l.ſi in perſona. C. de fideicom. l.legata ſub con-*
75 *ditione.* & *l.intercidit. ff. de condit. & demonſtr.* tamen † propter ſpem futuræ præſtationis, in eventum advenientis conditionis, heres idoneè tenetur cavere legatariis, in iſtum eventum legata ſalva fore. *l.1.* & *tot.tit.ibidemq;* Weſenb. *ff.ut legat.ſeu fideicom.nom.cav.* Johan. Oldendorp. *claſſ.5. act.13.*

76 Amplia IV. † in emptione & venditione cum pacto reluendi facta, ſalvo tamen ſemper venditori reluitionis jure, per ea quæ adducta ſunt *in quæſt.ſeq.5.concluſ.1.illat.1.*

77 Amplia V. † in venditione juris ceſſi locum eſſe retractui, per tradita Chriſtinæi *Deciſ. Belg. 281.n.11.vol.1.* ubi quidem allegat ad hoc

hoc Carol. Molin. *in conſuetudin. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 4. num. 7. & §. 24. q. 8. n. 30. 32.* ubi tamen de hac quæſtione nihil inveni apud Molinæ. ſtante autem Ampliatione, ea locum habebit in conſanguineo vendentis jus non vero cedentis: per tradita ſupra quæſt. 2. Ampliat. 6. *ad 1. concluſ. principal. n.*

Amplia VI. ſecundum quoſdam in diviſione, per ea quæ adduxit Johan. Gœdd. *conſil. Marp. 19. n. 28.* ubi tamen id ad caſum ſingularem ex mēte Tiraquelli reſtringit, ſi diviſio facta ſit mediante licitatione *vol. 4.*

CONCLUSIO II.

Concluſio II. ſit negativa † quod in omnibus aliis contractibus (exceptâ emptione venditione) in quibus de conſuetudine & & ſtatuto loci retractus non eſt expreſſe permiſſus, regulariter cenſeatur prohibitus. Debet enim hoc edictum cenſeri prohibitorium, hoc eſt in omnibus contractibus cenſeri prohibitum retractum, quaſi per regulam, niſi expreſsè lege, ſtatuto, vel moribus permittatur, argumento eorum, quæ in ſimili notat Johan. Sichard. *ad rubr. n. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Concord. Ordinat. Solmenſ. *part. 2. tit. 12. §.* Es ſoll auch der Abtrieb/ꝛc. 78

Exemplifica 1. hanc concluſionem in † permutatione, in qua retractus non admittitur, per tradita Matth. de Afflict. *de jur. protim. §. licet enim ſupra, &c n. 24. verſ. unde conclude, &c.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. de retract. §. 9 n. 10.* Petr. Greg. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. c. 12.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jure prothomiſ. ad § cauſa verò dotis. n. 4.* Anton. Gomez *in comment. ad L. Tauri. 70. cum ſ. ſeqq. num. 19. fol. 536.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. 578 num. 19. verb ſtatutum. fit.* S. Martin Peg. *in tract.* vom Verkauff / *lib. 3. c. 2. verſ.* Zum fünfften *fol. 53. B. & verſ.* So iſt auſſer dieſem. *fol. 34. B.* Marc. Anton. Peregrin. *conſil. 12. n. 2. lib. 2.* Guid. Pap. *deciſ. 92. in fin. & deciſ. 508. num. 1.* Schrad. *in tract. de feud. p. 8. c. 7. n. 33. & c. 3. n. 4.* Roſenth. *in tr. de feud. c. 9. membr. 2. concluſ. 9. n. 10.* Daniel Moller *ad Conſtit. Electoratus Sax. 32. n. 30. 31. 32. p. 2.* Tiber. Decian. *reſp. 59. n. 1. & 2. in fine vol. 1.* ubi dicit, ſe vidiſſe ita ſemper obſervatum. Virgil. Pingizer *in ſuis quæſt. Sax. q. 36. num. 1. & ſeq. per tot.* ubi ita à Jenenſibus pronunciatum refert. Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 39. n. 50. & ſeqq.* Et ita etiam cavetur in cōſtitutione Frider. Imper. *verſ. ex cauſa tamē, &c. verb. permutatione.* 79

80 Pro ratione dubitandi facit, quod † appellatione venditionis,
etiam permutatio contineatur. *l. vel permutavit. 19. junct. l. præced. ff.
de liber. cauſ. l. lege Favia. in fin. ff. de L. Fab. de plagiar. l. apud. § auctoris
autem. 31. verſ. item in eo, qui permutavit ff. de dol. mal. & met. except.
l. Titia. 62. ff. de jur. dot. cum ſimilibus.* Octav. Simoncell. *in tract. de decret.
lib. 2. tit. 6. n. 120.*

Pro ratione decidendi facit reſponſum JCti Pauli *in l. 1. ff. de rer.*
81 *permutat.* ex quo textu colligitur, permutationem † tam præſtationibus, quàm ipſâ negotii perfectione plurimùm differre ab emptione & venditione. Concordat reſponſum ejuſdem Pauli. *in l. naturalis 5. §. 1. ibi: quia non placet permutationem rerum emptionem eſſe. ff.*
82 *de præſcript. verb.* Et quamvis † origo emendi vendendiq; à permutationibus cœperit, deficiente ab initio nummi uſu, eo tamen invento poſtea maximè differre cœpit emptio venditio à permutatione.
83 *l. 1. in pr. & §. 1. ff. de contrah. empt. vend.* Eſt etiam † diverſa ratio in permutatione & venditione quoad retractum. Nam venditoris nihil intereſt, qui rei pretium magis habere velit, quàm rem ipſam: aliud autem eſt in permutatione, quia forſan majorem affectionem habere poſſum ad rem permutantis, quàm retrahentis, quæ tamen affectio in pretio, quod conſiſtit in pecunia numerata, & uſum dominiumq;, non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate præſtat, *d. l. 1.* conſiderari non poteſt. Quamvis itaq; latâ venditionis appellatione permutatio, tam propter originem, quàm alia quædam utrique communia, veniat, ſtrictâ tamen ratione inſpecta, quæ in ſtatutis conſuetudinibuſq; præponderat, aliud eſt permutatio, aliud venditio, per tradita ſupra paſſim maximè in princ. quæſt. adeò ut ſtatu-
84 tum † loquens de permutatione, venditionem non comprehendat, ceu poſt aliquos tradit Joh. Baptiſt. Aſin. *in tract. execution. in prolegom. c. 1. n. 9.* Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 39. n. 52.*

85 Limita hanc Exemplificat. 1. † non procedere, ſi emptor permutet rem cum frumento vel aliâ re fungibili ſeu mercabili, quæ ſtatim venditur, tunc enim videtur admittendum jus congrui, non minus quàm in vero venditionis cõtractu, *arg. l. ſed Julianus. 7. §. mutui dationem. 3. ff. de SCto Macedon.* per quem text. ita infert Robert. Marant. *diſput. 9. n. 26.* quia frumentum & id genus alia, quæ in numero, pondere & menſura conſiſtunt, functionem recipiunt in ſuo

genere,

genere, *l. 2. & ibi* Dd *ff. de reb. cred.* ita ut affectionis duraturæ conſideratione circa ea ceſſante, jus etiam retractus ceſſet. Faciunt tradita Tiraquell. *hic § 1. gl. 14. n. 40 & ſeq.* Bocer. *in diſputat. de jur. retract. theſ. 43.* Pegii *lib. 3.* vom Verkauff *c. 2. verſ.* Wann aber einer dem andern. *fol. 34. B.* Peregrin. *conſ. 12. n. 8. lib. 2.*

Quid verò ſi non ſolùm ſpecies pro ſpecie detur, ſed etiam numerata pecunia addatur, an † retractui locus erit? 86

Pro reſolutione hujus dubii inſpiciendum eſt, quid contrahentes principaliter facere intenderunt. Si enim intentio principalis fuit permutare, ſed propter rerum inæqualitatem alter pecuniam addidit, non emptio ſed permutatio eſt, adeoq; retractui locus non erit: Confer poſt alios Berlich. *p. 2. concl. 39. num. 59.* Si autem contrahentium animus erat emere vendere, tamen quia forte ei, qui volebat emere, non tantum erat pecuniarum, quanti res æſtimabitur: idq; ſibi ex pecuniis deerat, ſupplevit in fundo, ea eſt emptio & venditio, nec tunc inſpicitur, utrum prævaleat pretium, an ſpecies, ut poſt Joh. Andr. Imol. Bart. Bald. & alios à ſe allegatos tradit & pluribus perſequitur Tiraquell. *hic § 30. gl. 1. num. 2. & ſeqq.* Peg. *d. c. 2. pag. 54. A. verſic.* Dagegen iſt auch zu mercken. *& verſ. ſeq.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jur. prothomiſ. ad princip. conſtit. num. 94.* quia actus † ſemper judicatur à principali intentione agentium. *l. ſi quis nec cauſam. in princ. & ibi* Bald. *ff. ſi cert. per. l. rogaſti. in princ. & quæ ibi not. ff. eod l. qui exceptionem. in princ. ff. de condict. indeb. l. ſi quis donat. ff de contrah empt. l. 1. § idem Pomponius. ff. depoſ.* Bart. *in l. quamvis. ff. de aur. & argent. leg.* Georg. Everh. *conſ. 16. n. 27. vol. 2.* Weſenb. *conſil. 51. n. 39.* Si verò de † intentione contrahentium non conſtet, & quid illi principaliter egerint, tunc in dubio contractus cenſendus judicandus & denominandus, ſecundum naturam ejus, quod in eo prævalet. Bart. *in l. 1. § 1. ff. de locat.* Alex. *conſil. 119. viſo proceſſu. col. 3. verſ. quod autem pervenerit. in fin. lib. 5.* Peg. *d. loc. verſ.* Wo aber gezweiffelt würde, ratio eſt, quia quando † res participat de pluribus, regulariter à potentiori regulatur, uti reſpondit Rol. à Valle *conſil. 58. n. 18. vol. 4.* juxta illud vulgare: à potiori fit denominatio. Curt. Jun. *conſ. 44. num. 5.* Cravett. *reſp. 638. num. 17. & conſ. 406. num. 5.* Signor. de Homod. *conſil. 48. colum. fin.* pro quo expendunt textum *in l. quæritur. 10. ff. de ſtat. homin.* ubi Hermaphroditus ad eum refertur ſexum,

87 88 89

qui

90 qui in eo prævalet. Si ergò † pretium prævalet, erit in dubio emptio, ſi res & ſpecies data, erit permutatio, ſicuti præter modò dictos tradunt etiam Tiber. Decian. *reſp. 59. num. 15. volum. 1.* ubi dicit hoc tradere omnes *in l. cum te, C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. Ariſt. ff. de donat.* Roland. à Valle *conſil. 13. num. 14. & conſ. 50. num. 46 volum. 3. & conſil. 41. num. 14. volum. 4.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 25. tit. 2. num. 22.* Anton. Gomez, *in comment. ad l. Tauri. 70. cum 5. ſeqq. num. 15.*

91 Limita II. † eandem exemplificationem non procedere, ſi permutatio fiat ſimulatè & in fraudem juris retrahendi. Marc. Anton. Peregrin. *lib. 2. conſil. 12. num. 9.* ubi reſpondit, ita ſæpè deciſum fuiſſe. Tiber. Decian. *conſil. 59. num. 3. volum. 1.* Cardin. Mantic. *d. tit. 2. num. 4.* Berlich. *p. 2. concluſ. 39. num. 55.* Johann. Gœdd. *conſil. Marp. 10. num. 26. vol. 4.* quia ejuſmodi pacta pro non adjectis habentur, per tradita *infra quæſt. ſeq. 5. concluſ. 1. declarat. 2. nu.* Quinimo quoad jus retractus perinde habenda, ac ſi vera emptio venditio interceſſiſſet Math. de Afflict. *ad ſæpe dict. conſtitut. Frider. §. licet enim ſupra, n. 24. verſ. & hoc verum.* Johan. Gœdd. *d. conſil. 219. num. 26. vol. 4.* Et ita etiam in Ordinat. Darmbſtadina præcavetur, Dieweil offtmals zum Schein/vnd damit man den Abtrieb mit Liſten vmbgehen möge/ Wechſel vnd Täuſche getroffen werden/welche den Näherkäuffern zu ſonderem Nachtheil gereichen / ſo ſollen dieſelbe permutationes, oder andere Contractus ehe nicht gelten / ſie geſchehen dann vffrichtig/vnd mit Vorwiſſen vnſer Gericht vnd Beampten: hoc eſt, Quia ſæpè in ſpeciem, & ut retractus doloſè evitetur, cambia & permutationes ineuntur, quæ retrahentibus ſingulariter damnoſæ exiſtunt, ideoq; hujuſmodi permutationis aliivè contractus prius non valeant, quam ſi apertè & cum conſenſu noſtrarum curiarum vel præfectorum ſuſcipiantur.

92 Limitatur † etiam III. prædicta Exemplif. aliis nonnullis in caſibus, quos ex Tiraquello aliiſq; locis & Dd. adduxit Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 39. n. 54. 56. & ſeqq.* ubi vide, Benedell. *de jure Prothomiſ. §. cauſa verò dotis. n. 54.*

93 Exemplifica II. † concluſionem noſtram in donatione; quia in ea retractus locum non habet. Hartm. Piſtor. *p. 2. quæſt. 12. num. 17.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. de retract. §. 9 n. 12.* Tiraq. *hic §. 1. gl. 14.*

gl.14.num.90. Peg. *lib.3.* vom Verkauff / *c.2.verſ.* Zum andern. Roſenthal. *de fend.c.9.m 2.concluſ.90.nu.7.* Benedell. *in tractat. de jure prothomiſ. ad §. cauſa vero dotis.num.2.& n. 42. verſ ſed nunc de ſimplici.* ratio hujus eſt, quia donatio ex mera liberalitate & munificentia propter ſingularem affectionem donantis erga donatarium procedit. *l.1.l.affectionis. ff. de donat.* Illa autem ceſſare poteſt in perſona conſanguinei retrahere volentis jure conſanguinitatis, & præfertur emptori proximus venditoris, quia venditoris nihil intereſt, & emptori etiam ſatisfactum cenſetur, cui pretium ſolutum cum expenſis probabilibus refunditur: Aliud eſt in donatione, quia nec proximus poteſt præſtare, quæ donans à donatario accepit bene merita, nec eadem in proximum, quæ in donatarium donantis ſtatim eſt affectio exercendæ liberalitatis & munificentiæ. *d.l.affectionis.l.donari. ff. de donat.c.1.extr.eod.* Conf. Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. lib.26.c.7. num.1.& ſeq.* Ordin. Solm. *part.2.tit.12.* §. Es ſoll auch der Abtrieb/ꝛc. *ibi:* vbergebenen Schanckungen.

Limita hanc exemplificat. II. † niſi donatio ſit ſimulata, & in fraudem retractus facta, quò facit textus in Conſtitut. Frideric. *de jur. protimeſ. verſ. ex cauſa tamen, &c.* ubi ſtatuitur: quod apparentibus indiciis ſuſpectæ donationis, qui habent jus protimiſeos, exigere poſſint juramentum à venditore & emptore, & ſi poſt juramentum probetur contra conſtitutionem ſimulatè factum, res & pretiū fiſco applicetur: Si verò ante juramentum probatum fuerit eos hoc feciſſe, venditio ſit irrita, & venditor cogatur invitus vendere illis, qui habent jus protimiſeos. Concord. Ordinat. Solm. *d.part.2. tit.12.* §. Es ſoll auch der Abtrieb/ ꝛc. *ibi:* doch daß hierunder kein Geſehrde noch arge Liſt gebraucht werde. *junct.§.ſeq.* Celſ. Bargal. *in tr. de dolo, lib.3.c.13 de dolo contra legem quæſt.2.num.8.& ſeq.* Peg. *d.c.2. verſ.* Dergleichen hett auch *junct. verſ. ſeq.* Benedell. *de jure prothomiſ. ad §. cauſa vero dotis.nu.12 verſ. limita regulariter.& n. 42. ſub verſ. ſed nunc de ſimplici, ibi: Fallit tamen.* Joh. Gœdd. *conſil. Marp. 29 num.28. & ſeq. vol.4.* Idem obtinet in aliis contractibus, utputa tranſactione † Math. de Afflict. *de jur. protim. §. licet. col.8.* Chaſſan. *in Conſuetud. Burg. rubr. de retract. §. 1. in verb. à vendu, verſic. quid in tranſactione.* Peg *d.c.2.verſ.* Zum ſiebenden *fol.34.b.* Roland. à Valle *conſil.21.n. 23.vol.1.* Matth. Berlich. *p.2.concluſ pract 39.n.65.* Confer Tiraquell.

Z *hic §.*

(Margin numbers: 94 beside "Limita hanc exemplificat. II."; 95 beside "ne † Math. de Afflict.")

hîc §.1.gl.14.n.60.& ſeqq.fac.text.in conſtitut. Frideric.de jur.protimiſ.
96 *verſ.ex cauſa tamen,&c.*Item in jure † pignoris. Matth. de Afflict. *deciſ.Neapolit.339.n.3.*Peg.*d.c.2.verſ.*Item wann der ſeits. *& verſ.fin.* Conf. Anton. Gomez *in comment.ad l.Tauri.70.cum 5.ſeqq.nu.23. fol.537.*alienatione per laudum: poſt Afflict. Roland. à Valle *d.conſ.*
97 *21.ſub.n.22.*Marc Mantua *hîc §.licet enim ſupra.n.38.*Diviſione:† per rationes aſſignatas ab Afflict.*de jur.protim. §.licet enim ſupra.3.n.36. verſ.ſed dubitatur,quid indiviſione,& num ſeq.*& Berlich.*d.p. 2.concl.*
98 *39.n.66.& ſeq.*Hartm.Piſtor.*obſerv.135.* dote, † datis ex cõpenſatione,& ſimilibus.Conf.Petr.Greg.*in ſyntagm.jur.univerſ.lib.26.c.8.9. & 10.*Peg.*d.c.2.paſſim.* & allegatos à Berlich. *d.p.2.concluſ.39.n.69. & 72.*Benedell. *in tr.de jur. prothomiſ.ad §. cauſa verò dotis.paſſim per tot.*Joh.Gœddd.*conſil.Marp.19.n.28.& 29.vol.4.*

99 Exemplifica III.† in locatione, & conductione, per tradita *ſupra ad concluſ.1.& ſecundum hujus quæſtionis,*& Ordin.Solm.ibidem allegata,expreſsè etiam contractum locationis excludit.

100 Ratio dubitandi adferri poteſt: quod locatio † & conductio proxima ſit emptioni & venditioni, iiſdemq́; juris regulis conſiſtat, teſte Juſtiniano *in princ.Inſtit.de locat.& conduct. l. 2.ff.eod.*Gabriel. *conſ.73.in pr.vol.1.*Præt.*conſ.23.n.26.v.1.* Surd. *conſ.150.n.129.v.1.*& probatur auctoritate Angeli Aretin.*ad Inſtit.tit.de locat. in princip. in 1.not.*per illum textum & per *§.pretium.in fin.Inſtit. de empt.& ven-*
101 *dit.*cùm dixit,quod locatio & emptio fraternizant: & ſtatutum † in una intelligitur etiã diſpoſitum in alia,& Angelum ſecuti ſunt Petrus Monchad.*in addit.ad Goz.ad.in l.2.ſub n.198.lit.E.C.de pact.inter empt. & vendit. ex l.locatio. ff.locati.*Bero.*conſil.140.n.5.v.11.* Cephal.*conſil. 718.n.13.v.5.*Rim.Jun.*conſ.40.n.32.v.1.*Anton.Eugen. *conſil.50.num.*
102 *18.v.1.*Surd.*conſ.150.n.127.in fin.v.1.*quia † æquiparantur, ut ipſe Surdus eo loci affirmat *n.128.ex l.veteribus.de pact.*atque idem comprobatur pluribus à Sylveſtr.Aldobrand.*in §.1.n.12.13.& 14.Inſt.de auth-*
103 *tut.*& procedit † argumentum de locatore ad venditorem, & è contra ſecundum Berojum. *conſ.137. n.3, v. 1.per l.1.de contrah.empt.& l. item ſi pretio.in fin.ff.locati.* Boſſ. *in tit. de remiſ.merced.conduct.n.42. & ſeq.ubi exemplif.*

Ratio decidendi ſit; licet locatio conductio in multis aſſimi-
104 letur emptioni venditioni, ſpecie tamen ab ea differt, *Diſparata* †

verò

verò ſpecies, juxta Philoſophorum regulam, *non coaleſcunt in unum.*
Bartholom. Keckerman *ſyſtem Phyſic. lib. 5 c. 3 theorem. 1.* Sic licet in
emptione, rehibitioni ex ædilitio edicto locus ſit, in locatione † 105
tamen illa non obtinet. *l. ſciendum. 63.* ubi Ulpian. JC. rationem hanc
ſubnectit: quod non ſimiliter locationes ut venditiones fiant. *ff. de
ædilit. edict.* Ergò non † per omnia, eadem utriuſque ſemper ratio, 106
nec idem jus, præſertim quando contrarium de alterutra deciſum
apparet ſecundum Rip. *de privil. contract. cauſa. peſt. ſub n. 51.* Præ-
terea finalis juris retractus ratio eſt, ut res in familia conſerventur,
neq; de ea exeant, ut ſupra ſuo loco aliquoties monuimus. Sed per
locationem † res non exit de familia, manente & dominio & poſſeſ- 107
ſione apud locatorem, ſolo verò uſu ad conductorem translato. *l.
certè. 6. §. 2. ff. de precar. l. ſi quis ante. 10. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.
l. nam 4. ff. ad exhib.* Petr. Frider. Mindan. *de mater. poſſeſſ. c. 2. n. 14. & 15*
Ceſſante † verò cauſâ & ratione finali tanquam directrice omnium 108
aliarum juris, ceſſat & ejus effectus. *l. in omni.* ubi Bart. *ff. de adopt. l.
licet §. ea obligatio. de procurat. c. poſt translationem. extr. de renunciat.*

Limita I. Exemplificat. 3. † non procedere in locis, ubi con- 109
ſtitutio Friderici Imperat. de jure protimiſ. moribus excepta eſt, &
ſecundum eam judicatur. In illa enim expreſsè cavetur in locatione
retractui locum eſſe, in verbis: per venditionem, vel emphyteuſin,
vel locationem, &c. & ita juxta hanc in ſummo Siciliæ Conſiſtorio
approbatam fuiſſe magnæ Regiæ Curiæ ſententiam, admittentem
retractum in locatione 29. Januarii anno 1603. teſtatur Garſ. Maſtr.
d. deciſ. Sicil. 4. in fin. quo reſpiciunt etiam tradita Benedelli *in tract.
de jure prothomiſ. ad princip. conſtitut. n. 283. & 118.*

Amplia hanc Exemplificat. † procedere etiam in locatione ad 110
longum tempus, per tradita Tiraquell. *hic §. 1. gloſſ. 14. n. 84.* Berlich.
p. 2. concluſ. 39. n. 68. & ſeq. Dieg. Gomez *in addit. ad comment. Anton.
Gomez. ſuper l. Tauri. 79. cum 5. ſeqq. n. 19. fol. 542.*

Pro ratione dubitandi refertur, quod locatio † ad longum 111
tempus aſſimiletur venditioni, & ex ea transferatur poſſeſſio & do-
minium utile, prout voluit gl. *in l. 3. §. ex contrario.* & *in l. ſi quis ante. ff.
de acquir. poſſeſſ.* Bald. *conſil. 325. ſub n. 4.* Garſ. Maſtrill. *deciſ. Sicil. 4. n. 2.*
Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. 403. lit. L. verb. Locatio. num. 1. num. 10.*
ubi dicit locationem ad longum tempus eſſe alienationem, in tan-

num.1.2.cent.6. Borch. *de Feud. c. 8.num.35.* Vultej. *d.c.10.num.44. verſ. eſt autem, &c.*

Limita I. hanc Ampliat. † non procedere, ſi locatio ſit continuativa cum pacto de renovando, de tempore in tempus, de quinquennio in quinquennium, & de decennio in decennium; quia tales cautelæ præſumuntur adjectæ in fraudem tegendæ alienationis. Dd. *in l in Codicill. §. instituto. ff. de legat. 2.* Roſenth. *de feud. concluſ. 9. c.7.* Garſ. Maſtrill. *d decis. 4. n. 11.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 4. n. 5. & ſeqq.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. 403. num. 4. & paſſim lit. L. verb. Locatio.* ubi quod ejuſmodi locat. propriè dicatur livellus & emphyteuſis perpetua, & ſic alienatio juxta Angel. Aretin. *conſil. 46. per tot.* in tantum ut eo caſu quo ita renovatur locatio de novennio in novennium laudemium uti in vera alienatione ſolvendum veniat: Aretin. Alex. Jaſ. tradit Tuſch. *d. concluſ. 403. num. 13.* quod tamen non eſt ſine controverſia, ut videre eſt apud Ziegler. *ad prax. Calvol. §. Nobiles. concluſ. 1. n. 237. & ſeqq.* 118

Limita II. † eandem ampliat. procedere: modò merces locationis ad longum tempus juxta ejus naturam conſtituatur annua: Si verò pro univeſo illo longo tempore conductor unum tantum pretium mercedis annuæ loco ſolvat: utputa mille aureos pro 20. aut 30. annis, eam locationem retractui obnoxiam dici poſſe exiſtimat Tiraquell. *hîc §. 1. gl. 14. n. 86.* Cùm nihil videatur † intereſſe inter venditionem, & hujuſmodi locationem, argumento eorum, quæ tradit Bart. *in l. eotem. §. qui maximos. num. 3. junct. num. 8.* & alii multi quos copiosè congeſſit Tiraquell. *alleg. modò loco.* Nam locationis † & venditionis eſſentialis differentia in hoc maximè conſiſtit, ut in illa merces pro uſu rei, in hac pretium pro juſto valore interveniat. *princ. Inſt. de empt. & vendit. junct. princ. Inſt. de locat. & conduct.* ubi Juſtinian. Emptio venditio inquit, ita contrahitur, ſi de pretio convenerit: Sic & locatio † & conductio ita contrahi intelligitur ſi merces conſtituta ſit *l. 2. l. 25. ff. locat. l. ſi vir uxori. 52. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Quamobrem ſi id † quod datur, magis pretii, quàm mercedis rationem obtineat, venditio potius, quàm locatio erit: & vice verſâ, ſi magis ad mercedis, quàm pretii rationem accedat, potius locatio erit. *arg. d. l. ſi vir uxori 52. ff de don. int. vir. & ux.* Cùm itaque hoc caſu conſtitutâ in plurimos annos, unâ certâ & determi- 119 120 121 122 123

 natâ

natâ quantitate, rei traditæ, illa propius ad pretii, quàm ad mercedis rationem accedere videatur, potius erit cenſenda emptio & venditio, uſus rei ad certum tempus, quàm locatio. Ut ut † ſit nos hanc
124 limitationem probabili ratione ſubnixam referre voluimus, calculum tamen noſtrum ſuſpendimus, judicis prudentis id arbitrio relinquentes.

AD QUAESTIONEM V.

SUMMARIA.

Concluſ. 1.

1. Pacta inter emptorem & venditorem bona fide inita retrahens implere tenetur, quia in locũ emptoris ſurrogatur, &c. n. 4.

2. Pacta dicuntur leges contractum & pars conventionis.

3. Acceptans contractum, ejus & adhærentes conditiones pactaq́, licet onerosa, acceptare intelligitur & tenetur.

Ampl. 1. Concluſ.

5. In pactis non ſolum expreſſè adjectis, ſed etiam tacitè ex natura contractus inſiſtentibus.

6. Naturâ de contractus quæ ſunt, tacitè conventa præſumuntur.

7. Natura actus ut fert, ita actum intelligitur.

8. Voluntas diſponentis intelligitur ſecundum rei naturam.

9. Expreſſum cenſetur, quod actus, geſtus reiq́, natura continet, perinde ac ſi natura loquatur.

10. Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.

Ampl. 2.

11. In conditionib. contractui legitimè inhærentibus, utputa ſi venditor ultra dimidiũ juſti pretii læſus ſit.

12. Retrahens ex empto agit contra venditorem, qui emptorem fefellit contra legem contractus, & quâ ſpecie?

Inf. 1. ex Concluſ.

13. Ad rem venditam ſub conditione, pacto de retrovendendo, vel ad certum tempus retrahendam eodem ære.

14. Conditio addita contractui lex eſt ſive pactio, quâ contractus formatur.

15. Pactum retrovendendi dicitur pars pretii.

16. Pactũ retrovenditionis facit rẽ valere minus, & pro qua parte?

17. Pactum retrovendendi quomodo cohæreat venditioni?

18. Res quælibet tranſit cum ſuâ causâ, qualitate, conditione, onere & vitio.

19. Ordinatio Darmbſtadina & Solmenſis refertur.

Inf.

Inf. 2 ex concluſ.

20. *Agnitionem & dimiſſionem per retractum importare tacitam jurium & actionum omnium ceſſionem & translationem de emptore in retrahentem, & quarum in ſpecie?*

21. *Translatio fit cum omnibus qualitatibus.*

22. *Acquirens per translationem pacta clauſulaſq́; primævi contractus ratihabere tenetur.*

23. *Diſtractus ejuſdem eſt naturæ, jus contractus.*

Inf. 3.

24. *Quod per retractū non reſcindatur prior emptio venditio, ſed ſubductâ de medio emptoris perſonâ, transferatur in retrahentem, &c.*

25. *Weſenbecii retractum reſciſſionem emptionis putantis ſententia Autori diſplicet.*

Declar. 1. Concluſ.

26. *In pactis venditioni adjectis in continenti, ſecus ex intervallo 37. 39. contrà n. 38.*

27. *Pacta non niſi in continenti adjecta bonæ fidei judiciis inſunt.*

28. *In continenti quæ fiunt, ineſſe dicuntur.*

29. *Pacta in continenti adjecta veſtiuntur cohærentiâ contractus, ad pariendam ex eo actionem vel exceptionem.*

30. *Pacta in continenti adjecta contractus principalis portio & pars cenſentur.*

31. *Pacta in continenti addita contractui, ejuſdem juris cenſentur.*

32. *Emptionem omnium forma non eſt eadem.*

33. *Pactorum in continenti adjectorum vis magna, & quæ?*

34. *Fieri in continenti quando quid dicatur?*

35. *Pacta ex intervallo interpoſita contractus non inſunt ad contractum vel actionem formandam, & quare?*

36. *Proximus ex venditione perfecta jus quæſitum, nulloq́; pactorū intervallo immutandum habet.*

Venditio perfecta in alterius damnū diē vel conditionē non accipit.

Declar. 2. Concluſ.

40. *In pactis cū ſubſtātiâ emptionis non pugnantibus, & ibi exēplif.*

41. *Pacta contra ſubſtantiam contractus appoſita, nullius ſunt momenti: ſecus quoad accidentalia vel naturalia contractus.*

42. *Subſtantialia, naturalia & accidentalia contractuum quænā ſint? 43. & ſeqq.*

Lim. 1. Concluſ.

46. *In pactis ſimulatis & in fraudem retrahentis factis.*

47. *Contractus conjunctus cū fraude contrahentis non ligat.*

48. *Fraus in omni diſpoſitione excepta cenſetur.*

49. *Frau-*

49. *Fraude actum in alterius præjudicium non valet.*

50. *Ordinat. Darmbſtadina, Solmenſis & Palatina refertur.*

Exemplif. 1. Limit.

51. *In pactis claudicantibus, hoc eſt, emptoris ſaltem ad favorem neglecto alterius commodo directis.*

52. *Simulationis conjectura ex pactis inæqualibus reſultat.*

53. *Claudicatio pactorum arguit ſimulationem.*

Exemplif. 2.

54. *Si certo expreſſo pretio adjiciatur pactũ donationis, quanti pluris valet emptori donatum eſſe.* 60.

55. *Fraus præſumitur ex re partim vendita & partim donata.*

56. *Fraus præſumitur ex mixtura quorundam contrariorum.*

57. *Fraudare volentes jure congrui quid faciant?*

58. *Donationis titulus in venditione valde eſt ſuſpectus.*

Jacobi Curtii Brugenſ. verba elegantia referuntur.

59. *Retrahens non niſi ad pretium inter partes conventum & ſolutum tenetur.*

60. *Emptor prætextu donationis pluris valentiæ eam de pretio dicere nequit.*

61. *Simulatio, dolus & fraus unde probetur & præſumatur?* 62. *& num. ſeqq.*

Concluſ. 2.

73. *Contractus vel etiam retractu de fraude & ſimulatione ſuſpecto, juramentum defertur contrahenti, ſicut & retrahenti, & quænam ſint contenta illius juramenti?* 74.

Concluſ. 3.

75. *Emptor & venditor, ut proximior à retractu excludatur, paciſci non poſſunt.*

76. *Res inter alios acta aliis non præjudicat.*

77. *Conditio iniqua alteri non inferenda.*

Retrahenti invito jus retractus privatorum pactis non tollitur.

78. *Retrahere ſi quis vult, res ut ſit in empta, pactio an & quatenus valeat?* 81. 82.

79. *Venditio ſub conditione, ſine qua actus nullus eſt, fieri poteſt, nec ferè differt à pacto retro vendendi.* 81.

Ampl. Concluſ.

83. *Quod emptor & venditor retrahentem in duriorem conditionem, quæ fraudem ſapit, obligare nequeunt.* 86. *& quarè?* 87.

84. *Viâ unâ prohibitum alterâ admitti non debet.*

85. *Immediatè impermiſſum, mediatè non licet.*

86. *Retrahentem majus pretium ſolvere, ultra promiſſum in priori contractu, emptor cum venditore paciſci nequit.*

Concluſ. 4.

88. *Emptor & venditor poſt contractum*

ctum perfectum in prajudicium retrahentis pœnitere, vel à pactis adjectis recedere, aut alia nova & duriora in fraudem retrahentis adjicere nequeunt,

89. *Mutare conſilium in alterius detrimentum non licet.*

Ampl. Concluſ.

90. *In retrahente juri retractus ita renunciare volente, ut alius proximior à retractus limine repellatur, & quare?*

Limit. Concluſ.

91. *In caſu pœnitentia citra fraudem retrahentis ante praventionem ipſius & acceptationem juris retractus facta.*

Retrahenti proximiori ex ipſa venditione ſtatim competere jus quaſitum, quomodo accipiatur?

Concluſ. 5.

92. *Retrahens poſt ſententiam à ſe impetratam invito emptore à retractu recedere & pœnitere nequit.* 94.

93. *Correlativorum eadem diſciplina & diſpoſitio.*

QUÆSTIO V.

DE PACTIS INTER VENDITOREM ET emptorem initis à retrahente praſtandis.

CONCLUSIO I.

PACTA inter emptorem & venditorem, bonâ fide inita & contractui adjecta, proximus, rem venditam retrahere volens, adimplere tenetur; quia ſurrogatur in locum emptoris, & in omnibus & per omnia idem habetur, ac in ejus veſtigia tranſit, perinde ac ſi ipſe emiſſet, per tradita Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1* §. 13. *gl. 5. n. 22.* Jacob. Curt. Brugenſ. *conjecturar. lib. 3. cap. 4. pag. 234. in fin. & pag. ſeq. tom. 2.* Joan. Bapt. Coſta *in tr. de quota & rata, quaſt. 100. n.* 14. Balthaſ. Benedell. *in tract. de jur. prothomiſ. ad* § *ſcriptum eſt. nu.* 11. Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 281. n. 4.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 400. n. 65. tom. 3. ubi eleganter.* Matth. Weſenbec. *conſil. 51. n. 17.* Et aliâs pacta † dicuntur leges contractuum. *l. legem. 10. C. de pact. tot. tit. ff. de leg. commiſſor.* ac pars conventionis. *l. ſi venditor* §. *fin. ff. de ſerv. exportand. l. pen. de hered. vend. l. ſi non fuerint.* §. 1 *ff. pro ſoc. l. ſi fiſtulas.* §. 1. ubi Bart. *de contrah. empt.* Georg. Everhard.. *conſil 29. n. 8. volum. 2.* Hieronym. Schurff. *conſil. 3. n. 3. cent. 1.* Unde eſt, quod ac-

Digitized by Google

3 ceptans † ab altero contractum celebratum, ſingulas conditiones, pactaq; contractum comitantia, quantumvis oneroſa, acceptare intelligatur & etiam teneatur. *l. Cajus. de manumiſſ. l. ſin autem. ff. de*
4 *pact.* Treutl. *conſil. 39. num. 90. v. 1.* Concord. Ordinat. † Solm. *part. 2. tit. 12. §. fin.* ubi ita cavetur: Vnd ſollen ſonſt in alle wege die pacta, Geding vnd Abreden (ſo fern dieſelbe ſonſt erbar vñ rechtmäſſig ſeynd) welche bey dem Verkauff geſchehen / in jhren Kräfften beſtehen vnd bleiben / dann der Abtreiber hierinn nicht mehr noch weniger Vortheils / als de rechte Kauffer haben ſoll. Hoc eſt, conventiones & pacta emptioni adjecta, (quatenus honeſta & legitima ſunt) ſubſiſtent, & retrahens neque plus, neque minus juris, quàm ipſe emptor habebit.

5 Amplia I. † hanc concluſionem procedere, in pactis non ſolũ expreſsè adjectis, ſed etiam iis, quæ tacitè, ex ipſius contractus na-
6 tura, inſunt; quia † ea quæ ſunt de natura contractus, tacitè acta & conventa præſumuntur, *l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* Matth. *de juriſd. part. 4. caſ. 16. ſub 15. num.* Johann. Gœdd. *d. conſil. Marp. 19. n. 121. 122.*
7 *vol. 4.* Ut † enim natura actus fert, ita factum quid intelligitur. *l. ſi prior ff. ſolut. matrim. l. ſi ſtipulatus. in pr. ibi. quia nõ eſt veriſimile.* & ibi Bald. *ff. de uſur. l. ita ſtipulatus. §. 2. ibi. ob ipſius rei naturam. ff. de verb. obl.* Et
8 † voluntas diſponentis talis intelligitur, qualis eſt natura rei. Crav.
9 *conſil. 186. n. 6.* quinimò, pro † expreſſo id haberi ſolet, quod actus, qui geritur, vel rei natura continet, perinde quaſi hoc ipſum natura loquatur. *d. l. cum quid. & ibi* Bart. Jaſ. *& alii. ff. ſi cert. pet. l. triticum. ff. de verb. obl.* Cravett. *conſil. 589. num. 11.* Pruckman. *conſil. 32. n. 95. vol. 1.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 13. n. 15. & ſeq. ubi*
10 *id latè perſequitur.* indeq; expreſſio † eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. *l. hac verba. de leg. 1. l. non rectè. C. de fidejuſſor.* Cardin. Mant. *tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 2. num. 13.* Schrad. *de feud. 10. ſect. 3. n. 39.* Simon. de Præt. *conſil. 27. num. 8. & conſ. 76. num. 15.* Decian. *reſp. 84. num. 50. vol. 2.*

11 Amplia II. † in conditionibus, quæ ex juris diſpoſitione contractui inſunt, ut puta ſi venditor ultra dimidium juſti pretii læſus ſit, non minus contra retrahentem, quàm emptorem agere poteſt, per tradita Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 13. gl. 5. n. 22. & n. 56.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jur. prothimiſ. ad princip. conſtitut.*

Digitized by Google

num.217. Peg. *in tract.* vom Vorkauff/ *c.20.ſub verſ.* Wann aber nach beſchloſſenem Kauff *pag.21.a* Berlich. *p.2. concluſ. 41. num.20. & ſeq.* Sic ſi † venditor emptorem fefellit contra legem venditionis, ex empto retrahens cum eo, ſubductâ de medio emptoris perſonâ, actionem habet, cùm rem per translationem nactus ſit. Jacob. Curt. *d.lib.3. conjectur. c.4. tom.2.* 12

Infer I. † ex hac concluſione, ſi res vendita ſit ſub conditione, 13
pacto de retro vendendo, vel ad certum tempus, retrahens non niſi cum eodem onere admittitur, argumento eorum, quæ tradit Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit. 338. n.9.* Martin. Peg. *lib.1.* vom Vorkauff oder Einſtandt. *cap.5. & in tract.* von vorbehaltenen Widerkäuffen. *cap. 12.* Nam conditio † addita contractui lex eſt ſive pactio, quâ 14
formatur contractus, Jacob. Cujac. *ad d. l.4. in fin. ff. de pact.* & ipſum pactum † retrovendendi dicitur pars pretii. Dec. *conſil. 308. num.2.* 15
Cephal. *conſil. 261. num.8. lib.2.* Georg. Everhard. *conſil. 45. n.18. vol. 1.* Alexand. Ludoviſ. *deciſ. Rota Roman. 492. n.10.* ibiq; Oliver. Beltramin. *in addit. lit. C.* Decian. *reſp. 69. n.36. volum. 4.* Roland. à Valle *conſil. 58. num.15. vol.4.* Mynſing. *reſp. 31. n.3.* Vult. *conſil. Marp. 18. n. 216. circa fin. vol.3.* & propter illud res † dicitur valere minus. Abb. *in* 16
c. ad noſtram. n.9. verſ.2. extr. de empt. vendit. Covar. *var. reſol. lib.3. c.10 n.1. & ſeqq.* Pinel. *ad l.2. p.2. ſub num. 19. verſ. tradunt in ſpecie. C. de reſcind. vendit.* Marilian. *deciſ. 75. num. 7.* Daniel Moller. *ad conſtit. Sax. p.2. conſt. 32. num.57.* qui duo ultimi ſubdunt, eam minus quam aliâs valere pro quartâ parte, quod etiam aſtruit Marian. Socin. *conſ. 15. n.56. vol.1.* Roland. *d. conſ. 58. num 12.* Decian. *reſp. 2. n.169. volum.1.* Vult. *d. conſil. Marp. 18. num.216. & conſ. 22. n.151. vol. 3.* itaq; hoc pactum † cohæret venditioni, ut unum ſine alio ſtare non poſſit, ſed 17
ſublato uno tollatur & aliud per tradita Deciani *reſp. 10. nu.48. vol. 1.* Meritò igitur retrahens & hac lege in locum emptoris ſubrogabitur, minimè inſcius, quod res quælibet † tranſeat cum ſua cauſa, 18
qualitate, conditione, onere & vitio. *l. ſi convenerit. §. 2. de pignor. act. l. & poſt. §. fin. ff. famil. erciſc. cum ſimilib.* Gothm. *reſp. 92. n.1. vol.2. & reſp. 23. num.107. vol.3.* Vult. *conſil. Marp. 18. num. 270. & conſ. 22. n.105. vol.3.* Pratej. *lib.4. reg. jur. tit.7. c.6. fol. 366.* Kellenbentz *de renunciat. ſucceſſ. c.23. n. 3. & num. 13.* Concordat Ordinat. † Darmbſtadina 19
§. Und ob wol der Näherkauff/ ꝛc. uti & Ordinat. Solmenſ. *part. 2.*

tit.12. §. Item wann gleich ein Gut nicht erblich noch gründtlich/ ſondern auff einen Widerkauff einem Frembden verkaufft were/ſoll doch nichtsdeweniger den Nechſtgeſiepten der Abtrieb geſtattet werden/ doch alſo/daß das vorige Pact vnd der Vorbehalt deß freyen Widerkauffs in ſeinen Kräfften bleiben/ vnd dem Verkauffer vnd ſeinen Erben jederzeit der Widerkauff auch bevorſtehen ſoll. Hoc eſt, etiamſi res cum pacto retro vendendi extraneo vendita ſit, nihilominus proximo competere jus retrahendi, ita tamen ut ſalvum maneat pactum, & jus venditori ejuſq; heredi, rem ex pacto revocandi. Diſſ. Petr. Gregor. *in ſyntagm. d. lib. 26. c. 4.*

20 Infer III. † ex eadem concluſione, quod agnitio & dimiſſio per retractum, importet tacitam jurium & actionum omnium ceſſionem & translationem, ex perſona emptoris, in perſonam retrahentis, ita ut iiſdem actionibus, quibus emptor, iiſdem etiam retrahens contra venditorem, & quemcunque alium experiatur, utputa evictionis, condictionis indebiti, & ſimilium, per ea quæ tradit Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. tit.* 1. §. *13. gl. 5. n. 40.* remiſſivè. Nam
21 ſicut ceſſio, ita & translatio † fit cum omnibus ſuis qualitatibus. *l. traditio. 20. § 1. de acquir. rer. domin. d. l. alienatio. 67. ff. de contrah. empt. l. creditor. 52. §. fin. ff. de act. empt. l. legatum ſub conditione. in pr. ff. de alim. & cibar. legat. l. Gajo. 13. in pr. ff. eod. tit.* Albert. Brun. *in tract. de reb.*
22 *ſeu diſpoſit. dub. §. venio nunc ad dubiam qualitatem. n. 7.* ita ut † ille qui per translationem aliquid acquirit, teneatur habere rata pacta & clauſulas poſſitas in primævo actu per text. *in l. qui juris. §. fin. cum l. ſeq. ibi* Bald. & Angel. *ff. de pact.* Franciſc. Curt. *conſil. 1. 4. col. poſt uſus*
23 *feud.* Quod enim dicitur de diſtractu, quod ejuſdem † naturæ ſit, prout contractus, ſecundum Bart. *in l. & ideo. ff. de condict. furtiv.* Roland. à Valle *conſil. 62. n. 16. vol. 2.* Gœdd. *conſil. Marp. 33. n. 71. vol. 3.* Muſcatell. *in pract. fidejub. p. 2. q. 7. n.* 21. Matth. de Afflict. *deciſ. 1. 232. n. 4.* id tantò magis locum habebit in retractu.

24 Infer III. † ex hac noſtra concluſione, quod per retractum non reſcindatur prior emptio venditio, ſed cum omnibus ſuis qualitatibus transferatur in retrahentem, ſubductâ de medio emptoris perſonâ, cùm retrahens non cenſeatur emere à novo emptore, ſed à primò venditore, ex cujus venditione jus retrahentis fuit cauſatum, Carol. Molin. *d. §. 13. gl. 1. num. 68. in fin. & §. 20. gloſſ. 5. num. 33.*

verſ.

Digitized by Google

verſ. conſuetudo enim retractus conſanguinitatis eſt translatoria. ubi tamen contrarium ſtatuit in retractu feudali. Matth. Berl. *p. 2. concluſ.* 60. *n.* 36. Jac. Curt. Brugenſ. *lib 3. conjectur. c.* 4. *pag.* 234. *tom.* 2. Non itaq; placet † ſententia Matth. Weſenb. dicentis, per retractum proximitatis vel vicinitatis, reſcindi contractum emptionis, *in paratit. ſub n. 6. ff. de reſcind. vendit. verſ. item moribus retractu proximitatis.* 25

Declara 1. † concluſionem procedere in pactis adjectis in continenti in ipſa venditione, non verò ex intervallo; quia pacta † ita demum inſunt bonæ fidei judiciis, ſi ex continenti adjecta vel ſubſecuta ſunt. *l. jurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. l. in bonæ fidei. C. de pact.* & quæ ibi not. Dd. quia quæ † in continenti fiunt, ineſſe dicuntur. *l. lecta. verſ. dicebam. de reb. cr. ed. l. petens. C. de pact.* Bart. *ad d. l. lecta. n. 21. in fin. ubi additio in lit. E. alios Dd. alleg.* Vivius *deciſ. 107. n. 13.* Joan. de Amic. *conſil. 49. n. 3.* Bender. *in tract. de reviſione. concluſ. 31. num. 34.* Curt. Sen. *conſil. 54. colum. 2.* Cacheran *deciſ. 76. n. 3.* Ejuſmodi enim † pacta veſtiuntur, hoc eſt firmantur cohærentiâ contractus, cui ita in continenti adjiciuntur, & vim quaſi inſitam ex eo, ad pariendam actionem vel exceptionem aſſumunt. *d. l. in bonæ fidei. C. de pact. l. lecta. ff. de reb. cred. l. petens. de pact.* Hotom. *illuſtr. q. 22. circ. fin.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. 6. n. 8. verb. Pactũ. lit. L.* Forſter. *conſil. Marp. 10. num. 3. volum. 4.* eíque uſq; adeo ineſſe videntur, ut † contractus principalis portio & pars eſſe exiſtimentur. *l. fundi partem. 79. de contrah. empt. l. ſi ſterilis. 21. § ſi ibi. ff. de action. empt.* Ludolph. Schrad. *conſil. 19. n. 66. vol. 1.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib. 3. tit. 15. n.* 50. Johann. Gœdd. *conſil. Marp. 19. n. 8. & ſeq. volum. 4.* Anton. Fab. *in c. rer. in Sabaud. judicat. lib. 4. tit. 36. defin. 1. n. 7.* eodemq; † jure, quo ipſe contractus, cui accedunt, cenſentur. Zaſ. *1. conſil. 12. n. 35.* Indéque fit, ut † non eadem ſit omnium emptionum forma. Ut enim alia atque alia ſunt pacta, ſic variatur emptionis forma. Et hæc ſanè vis ejuſmodi pactorum eſt magna, ut † contractus naturam mutent, augeant, minuant, ut contractum forment, transforment & reforment. Jacob. Cujac. *ad d. l. jurisgentium § quinimò ff. de pact.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. 6. verb. pactum. lit. 7. num 1. & ſeqq.* Quamobrem ejuſmodi pacta dicuntur correſpectiva, quod mutuâ contemplatione facta intelligantur: Nam contractus videtur celebratus propter pactum, & pactum initum propter contractum.

Margin numbers: 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33

Cardin. Mantic. *d. lib. 3. tit. 15. n. 50.* Grammat. *deciſ. 103. n. 159. quem al-*
legat Ariſmin. Tepat. *in compend. deciſ. tit. 360. c. 8. vid.* Joh. Gœdd.
34 *d. conſil. 19. n. 89. volum. 4.* Cenſetur † autem hoc caſu aliquid in conti-
nenti fieri, non quod fit ad punctum vel momentum, ſed civiliter &
legaliter, hoc eſt, quæ explicantur & fiunt, antequam partes ad ex-
traneos actus veniant. *arg. l. duos reos. §. duo rei. ff. de duob. reis ſtipul. l.*
continuus. in pr. ff. de V. O. Zaſ. *ad l. lecta. num. 28. & ſeqq. ff. de reb. credit.*
Andr. ab Exea *in tract. de pact. n. 574. & ſeqq.* ubi id pluribus expli-
35 cant. Quæ autem ex intervallo pacta † interponuntur contractui, ita
non inſunt, neque cohærent, neque contractum vel actionem for-
mant, quippe cùm jam contractus ſit uſquequaque perfectus, cùm
pactum interponitur. Cujac. *add. §. quinimò.* Tiraquell. *de retract.*
convent. §. 1. gloſſ. 7. num. 4. Quod maximam rationem in noſtris ha-
36 bet terminis, quippe † ſemel perfectâ venditione, proximus jus ha-
bet ex ipſa venditionis perfectione quæſitum, ideoq; in ejus præju-
dicium, pactum poſtea ex intervallo adjectum, efficax eſſe non
poteſt. *l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pact.* & perfecta ita venditio, in da-
mnum alterius neq; diem neq; conditionem accipit. *l. perfecta. C. de*
37 *donat. quæ ſub mod.* Ita terminis † declarant Petr. Gregor. *in ſyntagm.*
d. lib. 26. c. 4. n. Balthaſ. Benedell *in tract. de jur. prothomiſ. ad princip.*
conſtitut. n. 166. Peg *in tract.* vom Verkauff / *lib. 2. c. 20. verſ.* Damit
man aber gewiß. Matth. Berlich *p. 2. concluſ. 41. n. 18. & ſeq.* Diſſent.
38 †. Jacob. Curt. *conjectur lib. 2 c. 14 pag. 143. tom. 1.* qui dictionem ex
continenti ita accipit, ut etiam pacta ex intervallo adjecta compre-
hendat, modò retrahens offerendo ſe ad retractum non prævene-
39 rit. Verùm hæc † ſententia videtur pugnare cum juribus modò al-
legatis, ideoq; eam non amplectimur.
40 Declara II. † concluſionem procedere in pactis, quæ non
pugnant cum ſubſtantia emptionis, neque planè in aliam conventio-
nis ſpeciem tranſeunt, per tradita Curt. *allegato modo cap. 14. verſ. ego*
putabam. Tuſch. *pract. concluſ. 6. n. 6. verb. Pactum. lit. P.* Exempli gra-
tiâ, ſi emptioni adjiciantur pacta, quæ ſapiunt locationem & con-
ductionem, utputa ſi emptor præter pretium operas ſuas corporis
vel ingenii promittat, quia hoc modo fieret mixtura contractuum
diverſorum, & jus retractus facilè eludi & circumveniri poſſet, cùm
non quivis proximus operas iſtas præſtare valeret, & ita ejuſmodi
pacta

Digitized by Google

pacta, tenderent in fraudem hujus juris, quod admittendum non eſt, & aliâs pacta † contra ſubſtantiam contractus alicujus appoſita 41
nullius ſunt momenti. *arg. l. cum precario. 12. in pr. ibi: ſed nulla vis hujus conventionis. ff. de precar.* Signor. de Homod. *in l. ubi ita donatur. n. 12. ff. de don. cauſ. mort.* Pruckman. *conſil. 1. n. 138. vol. 1.* Joh. Sichard. *ad l. 2. n. 14. C. de jur. emphyt.* quamvis aliud ſit, quoad accidentalia vel naturalia contractuum, ut notat Sichard. *ibid.* Bart. *in l. 3. de reb. cred.* Confer Franciſc. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 12. n. 22.* Pruckman. *d. conſil. 1. n. 139.* Pratej. *in tract. regul. jur. lib. 4. tit. 1. c. 2. verſ. magna verò eſt quaeſtio.* Sunt † autem ſubſtantialia contractuũ, 42
quæ dant eſſe, ſeu ſubſtantiam & formam ipſi contractui, ſecundum originalem & naturalem cujuſq; contractus eſſentiam. *arg. l. pacta conventa. & ibi* gl. & Bald. *ſuper verb. nova emptio. ff. de contrah. empt.* & ſine quibus contractus ſubſiſtere non poteſt. Bart. *in l. prolatam. C. de ſentent. & interloc. omn. jud.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conv. lib. 1. tit. 12. n. 26. & ſeqq.* veluti in emptione venditione † conſenſus, 43
pretium & merx, de ſubſtantia ſunt illius contractus, *pr. Inſtit. & ibi not.* Dd. *de empt. vend. l. 2. §. 1. juncta. l. 8. ff. eod. l. 1. in princ. ff. de rer. perm.* Menoch. *remed. 3 adipiſc. poſſ. n. 86.* Fab. de Monte *in tract. de empt. vendit. in princ. q. 5.* Schurff. *cent. 3. conſil. 97. n. 1.* Arum. *lib. 2. deciſ. 6. n. 1.* Et à quo removentur ſubſtantialia contractus, & ipſe remotus cenſetur. *l. non Codicillum. C. de teſtament. l. cum manu ſata. §. fin. ff. de contrah. empt.* Joh. Gœdd. *conſil. Marp. 19. n. 27. volum. 4.* Naturalia verò ſunt, † quæ ad contractum, naturali quadam habitudine accedunt, 44
& concomitanter ex contractu dependent, & ex eo ſubſiſtunt, non verò contractus ex ipſis, ut in contractu emptionis, obligatio evictionis, quæ citra conventionem ex ipſo contractu concomitanter dependet. Weſenbec. *conſil. 12. num. 39. 40.* In contrarium tamen, ſine deſtructione emptionis, partes paciſci poſſunt, ne venditor de evictione teneatur. *l. emptorem. al. eſt §. 12. in l. ex empto. §. qui autem. ff. de act. empt.* Idq; pluribus eleganter explicat Uldaric. Zaſius. *ſingul. reſp. c. 12. n. 2. & ſeqq. lib. 1.* Alciat. *lib. 5. paradox. c. 16.* Caballin. *in tract. de evict. §. 4. num. 1.* Cardin. Mantic. *d. lib. 1. tit. 13. num. 4. & ſeqq.* Accidentalia † autem dicuntur, quæ non per ſe ex ipſius contractus 45
viſceribus dependent, & ei inſunt, ſed pacto contrahentium accedunt gl. & Bald. *in d. l. pacta conventa. de contrah. empt.* Joh. Schneid.

in com-

Digitized by Google

in commentar.ad tit. Inſtit.de obligat.n. 23. Confer de hoc diſcrimine Henric.Bocer.*in tract.de famoſ.libell.c.1.n.1.& ſeqq.* Ludolph. Schrader.*ad* §.*ſeq.n.8.uſq; ad fin.Inſtit.de obligation.* Pratej. *in tract.regular. jur.lib.4.tit.1.c.2.* Franciſc.à Sauſa *ad tit.ff.de pact.art.8.q.1.ſub n.2.circa fin.fol.431.* adde Mantic.*d.lib.1.tit.14.per tot.*

46 Limita I. † concluſionem noſtram non procedere in pactis ſimulatis, quæ tanquam in fraudem retrahentis adjecta, obligatoria non ſunt, per tradita Chaſſan. *in conſuetud. Burgund.rubr.de retract.* §.12. Matth.de Afflict.*de jur.protimiſ.*§.*niſi quis.nu.2.* Matth.Berlich.

47 *p.2.concluſ.*41.*n.8.* quia † non tenemur ſervare contractum, ubi conſtat de fraude contrahentis. *l.ſi filio.* 25. §. *ult. ff ſolut. matrimon.l.*59.

48 *eod.* Alex.& Caſtrenſ.*ad d.l.ſi filio.* Et in omni † diſpoſitione fraus cenſetur excepta.*l.creditor.*§.*Lucius.ff.mand.l.ſi præter.ff. de privileg.*

49 *cred.c.1.qualiter olim feud.alien.* ideoq; actus in † præjudicium ejus, cui fit fraus, non valet.*l.2.in pr.de jur.fiſc.l.apud.*§.*ſi quis.de dol.except.*

50 *l.1.in pr.ff.de calumn.l.ult.*§.*ſi quis. C. mand.* Concordat Ordinat. † Darmbſtadina.§. Wie nun der Käuffer vnd Verkäuffer/ꝛc. item Ordinat.Solmenſ.*p.art.2.tit.12.*§ Vnd dieweil bey dem Abtrieb/ꝛc. Ordinat. Palatin. die Churfürſtl. Pfaltz Lands-Ordnung. *tit.15.rubr.* wie es mit den Verkäuffen liegenden Gütern der Löſung vnd Abtriebs halber zu halten / 3. §. Nach dem aber 2. hierinn gemeiniglich allerhand Gefahr geſucht vnd gebraucht.

51 Exemplifica I. † hanc limitat. in pactis claudicantibus, in quibus omnia ad unius tantùm partis, maximè emptoris favorem diri-

52 guntur, neglecto planè alterius commodo, quia † ex ejuſmodi pactis inæqualibus ſimulationis conjectura reſultat, per ea quæ tradit Proſp. Farinac.*de falſit.& ſimulat.q.162.n.178.* Vultej.*conſil.Marp.*34. *n* 161.*& ſeq.vol.3.* Joſeph.Ludovic.*commun.concluſ.51.n.62.* Matth. Berlich.*p.2.concluſ.1.n.*44.& ſecundum Hoſtienſ. *in c.illo vos.n.3.in*

53 *fin.* Joh.Andr.*ibid.n.3.extr. de pignor.* claudicatio † pactorum arguit ſimulationem.

54 Exemplifica II. † ſi certo expreſſo pretio adjiciatur pactum donationis, quanti videlicet pluris valet, à venditore emptori do-

55 natum eſſe. Nam quando † res eſt pro parte vendita, pro parte donata, præſumitur id factum in fraudem. Berlich.*p.2.concluſ.1.n.4.* adde Bald.*in l.2.C.de repud.hered.* Speculat.*in tit.de ceſſ.action.* §.1.*col.4.*

verſ.

Digitized by Google

verſ. ſecundò præſumitur ſimulata, quos ad hoc allegat & ſequitur Ni-
col. Boer. *deciſ. 143. n. 2.* Bald. de Peruſin. *de jur. protimiſ. num. 24. & 25.*
ubi dicit, quando † ſit mixtura quorundam contrariorum, præſu- 56
mitur fraus, & revocatur res vendita. Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 41.*
n. 9. quâ de rellatius Farinac. *d. q. 162. n. 99. & ſeqq.* Math. de Afflict. *de*
jur. protimiſ. §. niſi quis. n. 3. ubi dicit, quod illi, † qui volunt fraudare a- 57
liquem jure congrui, faciunt cantare Inſtrumentum in forma dona-
tionis, &c. *junct. n. 4.* Quamobrem donationis † titulus in venditio- 58
ne valdè eſt ſuſpectus, quod eleganter perſequitur Jac. Curt. Brug.
conjecturar. lib. 3. c. 2 tom. 1. ubi de caſu, in facti contingentia inciden-
te, apud Senatum Brugenſem, ita ſcripſit: *Videte, in quam ſe faciem*
homo ad ſtrophas & artes callidas vertat. Quod pluris eſt, inquit, donavit,
ſic habet: non alia res fraudem vel nimium, vel citius prodit vel clarius,
quàm nimius in eâ tegenda labor. gl. *in l. ſi quis ſub. ff. de condition. inſti-*
tut. Ita enim paciſcendi cauſam non eſſe, ſi nihil in fraudem tentaret, cur
ſibi iis verbis caveret. Non enim donat, qui vilius vendit. Bald. *in rubr. C.*
de contrah. empt. Qui enim minoris vendit, quàm res valeat, vel multò e-
miſſe velit, non tamen tam donantis mente id facit, quàm quia ſe juſto pre
tio credit vendere. Indeq; donationis titulum cum venditio obligatione nõ
miſceri & jungi, niſi dicis gratiâ & quæſito colore, qui fraudi ac mimo
ſpeciem juris per occultas artes & commento quodam juris imponat. Ha-
ctenus Curt. Conf. etiam Peg. vom Verkauff / *lib. 4. c. 1.*

Præterea expeditum eſt, quod à † retrahente non debeatur, 59
niſi pretium inter partes conventum & ſolutum, *text. eſt in conſtitut.*
Frideric. in verb. ſolvendo juſtum pretium, quantum verus emptor de-
buerit, &c. ideoq; emptorem, † non poſſe prætextu illius donationis 60
pluris valentiæ, ſibi factæ, dicere, illam eſſe de pretio, ut poſt Bald.
tradit Nicol. Boër. *deciſ. Burdeg. 143. n. 2. & 3.* addens in ſenatu & cu-
ria ſuprema Burdegallenſi, non obſtante iſtâ clauſulâ pluris valen-
tiæ, ita concluſum fuiſſe, ejuſmodi prætenſum majorem valorem,
non eſſe de vero pretio, per proximiorem reſtituendo, ac ita latum
fuiſſe arreſtum 18. menſe Junii Anno Domini 1523. Ariſmin. Tepat.
in compend. deciſion. tit. 399. c. 3. in fin.

Probatur † præterea ſimulatio pactorum, ex conjecturis veri- 61
ſimilibus, variiſq; indiciis & probationibus, item confeſſione, et-
iam extrajudiciali, ipſorum contrahentium, qua de re videatur

Matth.de Aſſlict.de jur.protim.§.niſi quis,&c.n.4.& ſeq. Chaſſanæ.
in conſuetud.Burgund.rubr.de retract.§.12.paſſim per tot.Balth.Bened.
in tract.de jur.prothomiſ.ad §.ideoq; illi.n.5.& ſeq.ubi latè.Martin.Peg.
lib.4.vom Vorkauff.c.3.pag.36.& ſeq.& lib.2.c.21. quibus addatur
Proſp.Farinac.in tract.de falſitat.& ſimulat. Erneſt.Cothman.1.con-
62 ſil 18.à n.34.uſq; ad num.174. Præſumitur † etiam fraus & ſimulatio,
ſi plures & inſolitæ cautelæ adjectæ ſint. Berlich.p.2.concluſ.pract.
1.num.23.Franciſc.Becc.conſil.72.num.26.volum.1. Bald.in l.3.C.plus
valer.quod agit.Alciat.conſil.18.num.16.vol.8. ubi dicunt , nimiam
cautelam,arguere in contractu nō adfuiſſe bonam fidem.Subſiſtente
63 enim † materiâ & ſuſpicione fraudis, quantò plures cautelæ & cir-
cuitus adhibentur , tanto magis à ſimplicitate veritatis & bonæ
fidei receditur,& fictionis ſuſpiciones multiplicantur,inquit Carol.
64 Molin.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.13.gl.num.52. Et quod † actus,in
quo nimia inſolita cautela & diligentia adhibetur , præſumatur do-
loſus tradit gl.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de condition.Inſtitut. Angel.
in l.bene à Zenone.C.de quadr.præſcript.Waremund.ab Ehrenberg de
65 fœderib.lib.2.c.1.n.128. Ubi enim † abundantior cautela,ibi eviden-
tior fraus , inquit Bald. in c.ex literis.colum.2.in fin.de conſuetud.&
conſil.487.incipit.apparet,lib.1.Ludolph.Schrader.tract.Feudal.part.
66 9.c.1.n.23. Et quamvis cautela † abundans non noceat. l.teſtamen-
67 tum.C.de teſtam.milit. id tamen fallit , † in actibus,de fraude ſuſpe-
ctis,ut hoc declarat Bald.in d.l.teſtamentum.notab.3. maximè ſi cau-
68 telæ inſolitæ adjectæ ſint,quia † inſolita ſuſpicionem pariunt. Cra-
vett.conſil.355.n.10.& conſil.494.num.25.vol.3. & præſumptionem
69 † latentis fraudis alunt.gl.in d.l.ſi quis ſub conditione.& ibi Bald.in fin.
ff.de condition.Inſtit.Deci.conſil.399.concluſionem.colum.penult.verſ.&
talis clauſula lib.3.Cravett.conſil.44.num. Sigiſmund.Scacc.de judic.
70 lib.1.c.45.num.11.in fin.ubi citationem † continentem clauſulas in-
ſolitas,non ſtringere dicit.Idem ſtatuit Vant.de nullitat.tit.ex defect.
71 citat.num.76.77.78.79. ubi addit literas † contra ſolitum Romanæ
Curiæ ſtylum expeditas,ſuſpectas de falſo reddi, per text.in c.ad fal-
ſariorum.extr.de crim.falſ.Et ita regiam Audientiam Apuliæ in anō
1584. ex iſtjuſmodi clauſulis inſolitis , contractui appoſitis,contra
contractum judicâſſe,teſtatur Franciſc.Viv.deciſ.Neapolit.182.in fin.
72 indeq; conſultum † non eſſe , in contractibus cautelas inſolitas ad-
hibere,

hibere, reſpondit Regner. Sixtin. *conſil. Marp. 9. num. 29.* & ita in noſtris terminis monuit Matth. de Afflict. *de jur. protimiſ.* § *niſi quis ſub num. 14.*

CONCLUSIO II.

Ex communi † fori uſu & plerumque locorum ſtatutis, ac 73
ac conſuetudinibus, uti & Conſtitut. Friderici Imperat. de jure protimiſ. ſi contractus, vel etiam retractus, de fraude & ſimulatione ſit ſuſpectus, juramentum defertur contrahentibus, uti & retrahenti, ſi ſuſpicio ſit ipſum non in ſui, ſed alterius uſum & commodum rem venditam retrahere velle. Conf. Tiraquell. §. *1. num. 1.* Andr. Geil. *2. obſ. 19. ſub n. 10. verſ. tertiò requiritur.* Peg. vom Vorkauff/ *lib. 2. c. 27.* qua de re exſtat notabilis conſtitutio in Ordinat. Solm. *p. 2. tit. 12.* §. Vnd dieweil / ꝛc. ubi ita ſtatuitur, vnd dieweil bey dem Abtrieb denſelben zu verhindern durch die Kauffere / vnd hinwider denſelben zu erhalten/ durch den abtreiber in vielerley Wege / Practick vnd argliſtige Vortheil gebrauchet werden / So ordnen wir/ wo jetzgedachte Partheyen hierinn einigen böſen Verdacht auff einander hetten / vnd einander nicht vertrawen wolten / daß ſie Macht haben ſollen auff den Eyd ſich zuermahnen / welchen Eyd dieſelben auch (da es alſo erfordert würde) einander für Gericht zu leiſten ſchuldig ſeyn ſollen: Nemlich aber der Verkäuffer / daß er recht vnd auffrichtig verkaufft/ auch die Kauffſumma ſo hoch ſeye / wie angeben worden/ vnd daß ſonſten daruntur kein gefährlicher Betrug vnd arge Liſt geſucht vnd gebrauchet worden/ dargegen ſoll der Abtreiber auch zu Gott ſchweren / daß er begerten vorhabenden Abtrieb jhm ſelber / vnd niemand anders/ auch zu ſeiner ſelbſt eigen Notturfft vnd Gebrauch zu thun fürhabe oder gethan habe / vnd daruntur kein gefährlicher Betrug noch arge Liſt gebrauchet werden / ꝛc. i. e. Et quoniam in retractu per emptores impediendo & viciſſim conſervando à retrahentibus multiplices fraudes & doli committuntur; Ideò ſtatuimus, ut ſicubi jam inter memoratas partes hoc nomine ſiniſtra quæ ſuſpicio exoriretur, & una de alterius fide dubitaret, ipſis poteſtas ſit, de juramento commonefaciendi, quod juramentum etiam illæ ipſæ ad requiſitionem in judicio invicem præſtabunt; Et quidem venditor, quod rectè & candidè vendiderit, pretiumque emptionis tanti ſit, quanti ſignificatum, & quod aliàs in eo nihil fraudis & doli admiſſum fuerit.

Contra retrahens jurabit, ſe poſtulatum retractum ſibi & nulli aliã etiam ad propriam ſui neceſſitatem atq; uſum ſuſcipere inſtituiſſe, vel etiã ſuſcepiſſe, & ſub eo fraudis & doli nihil admiſſum fuiſſe, &c. Cui ordinationi per omnia in effectu congruit Ordin. Darmbſtad. vom Abtrieb vnd Näherkauff. §. Wie nun der Kauffer vnd Verkauffer
74 keinen Betrug oder Vortheil. Debet † itaq; retrahens jurare non tantùm, quod rem venditam in ſuam utilitatem zu ſeinem Nutzen/ ſed ſibi, & in ſuum uſum, retrahere velit, zu ſeinem ſelbſt eigenen Gebrauch vnd Nottur fft. vide Geil. *alleg. mod. loc.* vid. etiam tradita ſupra Quæſt. 2. Limit. 13. & ſubjunct. 2. Ampliationes.

Conclusio III.

75 Emptor & † venditor in præjudicium retrahentis proximioris, eam legem contractui adjicere, vel ita paciſci non poſſunt, ut proximior excludatur à retractu, Matth. de Afflict. *de jur. protimiſ. §. licet enim ſupra ſub n. 31.* Balthaſ. Benedell. *in tr. de jur. prothomiſ. ad princ. conſtit. n. 163. & in rubr. n. 57.* Mart. Peg. *lib. 4.* vom Vorkauff. *c. 2.* quia
76 res † inter alios acta aliis non præjudicat. *l. 1. & tot. tit. C. inter alios a-*
77 *cta, &c.* ne alteri † per alterum iniqua inferatur conditio. *l. non debet. ff. de reg. jur.* Cùm enim retrahens hoc jus habeat à lege, ſtatuto, vel conſuetudine, ut rem extra familiam alienatam retrahere poſſit, pactis privatorum ipſi invito auferri hoc ipſum non poteſt. *l. jus publicum. 38. ff. de pact.* Hujus ſiquidem proximitatis retractus jus, publica Legiſlatoris, vel populi, non vero privatorum nititur auctoritate & pactis. *arg. l. omnes populi. & ibi Dd. ff. de juſt. & jur. l. 2. ff. de legib. l. humanum. l. pen. l. fin. C. ead. tit.* jus autem publicum à privatorum auctoritate remotum eſt. *l. 7. §. & generaliter. l. ſi unus. 27. l. jus publicum. ff. de pact.* Joh. Gœdd. *conſil. Marp. 19. n. 24. & 25. vol. 4.*

78 An † verò ita contrahentes paciſci poſſint: ſi quis velit retrahere, res ſit inempta & contractus nullus? Ita cenſet Matth. de Affl. *de jur. protimiſ. §. ſcriptum eſt. n. 13.* Balthaſ. Benedell. *ad d. princ. conſtit. de jur. prothomiſ. n. 216. & ad rubr. num. 62. & inprimis ad §. ſcriptum eſt. à num. 14. ubi latiſſimè pro & contra diſputat.* Henric. Bocer. *diſp. de jur. retract. 22. th. 49.* modò abſque fraudis conſilio hoc pactum ſit appoſitum: tum quia talis venditio pendet ex futuro eventu, ſi enim proximior non retrahat, venditio ſubſiſtit. Certum autem eſt, quod

quod † venditio ſub conditione fieri poſſit, ita ut eâ non exiſtente, 79
contractus nullus ſit. §. *tam ſub conditione. Inſtitut. de empt. vend. l. neceſſario. §. in princ. verſ. quod ſi ſub conditione. ff. de peric. & commod. rei vend.* tum quia nihil † propemodum differat hoc pactum, à retro- 80
venditionis pacto, quod jure permiſſum eſt *l. 2. C. de pact. int. emptor. vendit.* Verùm hoc † non eſt ſcrupulo, cum id pactum ſapiat quan- 81
dam invidiam, tanquam in fraudem & odium retrahentis appoſitum, ne ſcilicet is jure ſuo uti poſſit, ut monet Tiraquell. *hic §. 1. gl. 2. n. 60.* quamvis in Afflicti ſententiam tandem deſcendat, modò abſit fraus, & pro hac ſententia ita reſpondit Jacob. Mandel. *conſil. 107. diſputant præſentem, num. 8.* Stante autem † hac opinione, propter præ- 82
ſumptum fraudis conſilium in hoc pacto poſſet retrahens ita contrahentibus deferre juramentum, juxta tenorem concluſiones 2. quod videlicet ejuſmodi pactum non in fraudem & odium retrahentis adjecerint.

Amplia, † hanc concluſionem procedere: Quod veluti ex- 83
cludere pactis adjectis emptor & venditor retrahentem non poſſunt, ita nec in duriorem conditionem eandem obligare poterunt; quia & hoc cenſeretur factum in fraudem retrahentis, cum ille hoc modo, per indirectum, ſine ſua culpa, alterius facto, beneficio ex jure ſtatuto, vel conſuetudine ſibi competenti fraudaretur. Quod verò † una via prohibitum eſt, altera admitti non debet. Abb. *in c.* 84
dilectus. extr. de prebend. Cravett. *conſil. 137. num. 12. & conſil. 170. n. 9.* Johan. Gœdd. *ad l. 3. num. 39. ff. de verb. ſignif.* Et quod † immediatè 85
facere non licet, mediatè non admittitur. *l. avia. §. Titio. ff. de condit. & dimonſtrat.* Jaſ. *in l. 2. in princ. col. 6. verſic. & tenendo iſtam partem. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Quamobrē emptor & venditor, hoc modo paciſci non poſſent, ut retrahere volens, majus pretium exolvat; quia † ul- 86
tra pretium ab emptore promiſſum & ſolutum aut ſolvendum, retrahens non obligatur, *per text. in Conſtitut. Frideric. de jur. protomiſ. in verb. ſolvendo juſtum pretium, quantum verus emptor debuerit. add. quæ dixi ſupra in Exemplific. 2. concluſ. 1. hujus quæſt. verſ. Præterea. Item infr. q. 6. concluſ. 1. & limit. 3.* Et ita nuper in facti contingentia hic in Dicaſterio, ubi inter emptorē & venditorē convenerat, ſi Titius domū venditā retrahere vellet, ultra pretium inter eos conventum, adhuc 10. florenos inter eos dividendos, perſolveret, pactum ejuſmodi

pro non adjecto habitum fuit menſo Martio Anno 1630.per rationes in hac,& præcedent.ac ſequent.concluſionibus adductas. Hoc
87 enim admiſſo † ſemper in poteſtate venditoris & emptoris eſſet, adjiciendo augmentum majoris pretii, juſtum & conventum excedentis, retrahentem per indirectum & obliquum excludere & impedire à jure retractus,quod utiq; admittendum non eſt.

Concluſio IV.

88 Emptor & venditor † poſt contractum perfectum, ſicut in præjudicium retrahentis, qui ex ipſa venditione jus habet quæſitum & radicatum,Petr.Greg.*in ſyntagm.lib.26.c.4. num. & cap.13.num.* 4.pœnitere non poſſunt,ita nec habere venditionem ex poſt facto pro infecta,poſtquam retrahens prævenit, & ſe ad retractum obtulit,etiamſi alioquin res foret integra: Ita nec à pactis adjectis recedere,vel nova & duriora in præjudicium & fraudem retrahentis adjicere poterunt. Matth. de Afflict.*de jur.protimiſ.§.ſcriptum eſt.n.11. & ſeq.*Carol.Molin.*in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.13.gl.5.num.*21. elegan-
89 ter Matth. Weſenbec.*conſil.51.nu.64.& 65.* quia nemo † conſilium mutare poteſt in alterius præjudicum & damnum. *l.nemo poteſt.& ibi not.*Philip. Matth.*de reg.jur.*

90 Amplia hanc concluſionem procedere, † etiam in perſona retrahentis,quia nec is ita paciſci poteſt cum emptore, & juri retractus ita renunciare, ut alius proximior vel ſequens in gradu, à jure hoc retractus excludatur, quia juri tantùm ſuo, non etiam alieno, quis renunciare poteſt,ut poſt Cyn.Matth. de Afflict.notat.Chaſſan.*ad conſuetud.Burgund.rubr.de retract.* §. *1.ad verb.le plus prochain. n.10.*Peg.*in tract.*vom Vorkauff.*lib.2. c.9. verſ.penult.*

91 Limita hanc † concluſionem non procedere, ſi non in fraudē retrahentis,& antequam is præveniat, acceptando jus ſibi ex venditione quæſitum,& offerendo ſe ad retractum,contrahentes pœniteant. Licet enim ſtatim ex ipſa venditione jus oriatur retrahenti proximiori,tamen id ita accipiendum,ſi re adhuc integrâ, neque in ejus fraudem mutatâ,id acceptet, eoq; jure uti ſe velle conteſtetur.

Concluſio V.

92 Quemadmodum † emptor & venditor in præjudicium retrahen-

trahentis pœnitere, & à contractu ſemel perfecto recedere non poſſunt; ita vice versâ, nec retrahens poſt ſententiam, à ſe impetratam, invito emptore, à retractu recedere & pœnitere poterit, quia ſicut emptor præcisè tenetur revendere, ſi ad hoc judicis ſententiâ ſit condemnatus: ita & retrahens tenebitur retrahere ex natura correlativorum, quorum † eadem eſt diſciplina & diſpoſitio, & diſpoſitum in uno; cenſetur etiam diſpoſitum in altero, per tradita Nicol. 93
Everh. *in loc. a correlativ.* & regula parium, eadem. *l. Julianus. §. ſi quæratur, ff. de action. empt.* Bald. *in l. cum te. C. ſi cert. pet.* Et † ita poſt 94
multas ambages concludit, & Arreſto Burdegallenſi anno 1524. Januar. die 24. deciſum teſtatur Nicola. Boër. *deciſ. 48. in fin.* Et refert Papon. *rer. judic. it. lib. 11. tit. 7. arreſt. 7.* ubi etiam in notat. adfertur, quod ex hac ratione poſt citationem, periculum rei perditæ ad retrahentem pertineat, qua de re vid. infra quæſt. 8. Et ſimiliter Arreſto Pariſienſi 10. Julii anno 1551. judicatum teſtatur ibid. Arreſt. 9. Quamvis ibidem in notat. contrarium adducatur ex Lucio. Diſſentit graviter Tiraquell. *hîc ad fin. tit. n. 24. & ſeqq per textum in l. ſi judex. 41. ff. de minor.* quem noviſſimè refutat. Matth. Berlich. *concluſ. pract. part. 2. concluſ. 41. n. 46.* Tiraquelli tamen ſententiam probat & ſequitur Steph. Gratian. *diſceptat. Forenſ. c. 572. n. 22. Tom. 3.* Chriſtin. *deciſ. Cur. Belgic. 372. n. 5. vol. 1. adde quæ tradita ſunt infra q. 8. Ampliat. 2. & q. 9. in fin. ingreſſ. ante concluſ. 1.*

AD QUAESTIONEM VI.

SUMMARIA.

Concluſ. 1.

1. Retrahens jure proximitatis pretium ab emptore promiſſum & ſolutum intra legitima tempora offerre debet.

2. Retractus natura eſt, emptorē liberũ & indemnem præſtare ab emptione ac ſi nunquã emiſſet.

Protomiſeos jus competit ſub conditione pretii ſolvendi, C[on]ditione deficiẽte deficit diſpoſitio.

3. Faciens quod non debet non recipit quod oportet.

4. Implementum fuiſſe ſecutum, agens probare debet.

5. Exceptio: Tu non adimpleviſti ex latere tuo, nunquam cenſetur rejecta, licet ſtatutum omnes excluderet exceptiones.

Ampl.

Ampl. Concluſ.

6. In caſu, quo venditor emptori pretium conventum remiſiſſet.

9. Retractus in donatione ceſſat.

8. Venditio nõ niſi pretio interveniẽte perficitur, & ſine pretio nulla eſt

9. Donatio eſt, ubi res ſine pretio affectione & liberalitate datur.

10. *Donatio vel venditio quatenus contracta cenſeatur propter pretium, & n. 11.*

12. Initium in quovis actu ſpectatur & negotium moderatur n. 13.

14. *Finis quando trahit neceſſariã conſequentiam à principio, ſemper ſpectamus principium.*

15. Cõtractꝰ talis præſumendꝰ, qualis in prima ſua figura appáret.

Declar. 1. Concluſ.

16. Modo pretium integrum ſolvatur. 24. decl. n. 25.

17. Solutio unius ejuſdemq́; obligationis indiviſa eſſe debet.

18. Solutio particularis, tanquam multa incõmoda habẽs, nõ ſufficit.

19. Mora committitur non ſolum in non ſolvendo, ſed & totum non ſolvendo.

20. Numus vel unus ſi deſit ſolutioni tota obligatio inefficax redditur.

21. Defectus numi in his, ubi ſolutio pro forma ex integro requiritur, pro eo eſt, ac ſi nihil ſolutũ fuiſſet.

22. Exceptio non impleti contractus opponitur, licet in minima parte vel numo impleto deficeret.

23. Differens in minimo facere quod debet, non poteſt petere, quod ei debetur.

Limit. 1. Declar.

26. In caſu obligationis jure diviſæ veluti inter cohæredes, plures aq́; conjunctos rẽ individuam, pro rata portionis ſuæ retrahere volẽtes.

Limit. 2. declar.

27. Niſi pactione inter emptorem & venditorem diviſa ſit pretii ſolutio diverſis temporibus facienda.

28. Conditionibus & terminis iiſdẽ ſolvere debet, qui intrat in veſtigia & jus emptoris.

29. Retrahens pretium ab emptore necdum ſolutum offerre non tenetur.

30. Retrahens pecuniã in promptu ſolutã in promptu refundere vel deponere debet, reſiduũ verò illis terminis, quib. ab emptore debetur

31. L. de pretio. ff. de public. in rẽ action. recenſitio & intellectus n. 37.

32. Retrahens emptori ad integrum pretium obligatus eſt & n. 37.

33. Retrahens per omnia ſuccedit in locum emptoris, eodemq́; jure cenſetur.

34. Mora ſolutionis eſt quædam velut pretii diminutio.

35. Solvens ante vel poſt diem plus minusve ſolvere cenſetur.

36. Retrahens paratus ſolvere ante diem exigenti venditori poteſt detrahere interuſuriũ medii tẽporis.

Sub-

Sublimit.

38. In retrahente, qui non æquè idoneus & exigibilis eſſet ſicut emptor nec cautionem ſufficientem præſtare poſſet.

Limit. 3.

39. Niſi venditor ultrò particularem ſolutionem recipiat.

Injuria volenti non fit.

Limit. 4. declar. 1.

40. Ut procedat in debito quod integrum ſit, liquido. 50.

41. Parte pretii liquidâ, parte illiquidâ, liquidum offerri ſufficit, donec reliquum liquidetur.

42. Mora in liquidandis non committitur.

43. Oblatio verbalis ſufficit in illiquido.

44. Oblatio realis in liquido requiritur, in illiquidis verbalis ſufficit.

45. Cautio idonea, ſi petatur, præſtãda de reliquo liquidatione factâ exſolvendo, & quo caſu remittatur illa cautio. 46. & 48.

47. Cautionis idoneæ loco ſufficit promiſſio ſub hypotheca bonorũ de ſupplendo quicquid deberi conſtiterit.

49. Oblatio cum depoſitione partis & cautione pro reſiduo in illiquidis habet vim ſolutionis.

Limit. 5.

51. In pluribus rebus diverſis pretiis emptis, pretiiſq; in ſingulas res diviſis ubi ſufficit illius rei, quam quis retrahit, offerre pretium.

Declar. 2. Concluſ.

52. Procedere quod pretium à primo emptore ſolutum, ſecus quoad pretium à ſecundo emptore retractus tempora promiſſum vel ſolutum.

53. Retrahens habet jus quæſitum ex prima non ſecunda vẽditione.

Limit. declar.

54. In conſanguineo non primi ſed ſecundi venditoris intuitu retrahente.

Declar. 3. Concluſ. 1.

55. Quoad oblationem pretii realẽ, non verbalem, quæ inſufficiens.

56. Verbo ſe offerens non ſatisfacit.

57. Facto ubi op9, verba nõ ſufficiũt.

58. Qui vadit ſine re nulla res ſibi cadit.

Res pro reb. pro verbis verba dam9

59. Oblatio realis requiritur ad conſequendam actionem.

Ampl. declar.

60. In retrahente, qui cum verbali oblatione fidejuſſores vel pignora offerat. 62.

61. Pignora & fidejuſſores licet idoneos dare, non eſt ſolvere.

Limita declar.

63. In oblatione verbali in judicio factâ, quæ recuſante creditore eſt inſtar oblationis realis. 64. 65.

Declar. Limit.

66. Quoad judicem ipſius offerentis, corã quo ipſe foret conveniendus.

Digitized by Google

67. *Solutio debet fieri in loco, in quo peti poteſt, idq; factũ præſumitur.*

Extend. Limit.

68. *Ad oblationem verbalem etiam extra judiciũ factã, ſi emptor vel creditor teſtato ſe declaret, de pretio non recipiendo. contra n.71.*

69. *Oblatio realis eſt fruſtratoria creditore recuſante pecuniam recipere.*

70. *Imputare nequit alicui, quod nõ fecerit, quod factũ non proficeret.*

72. *Oblatio verbalis in judicio vel extra illud teſtato facta quatenus & ad quem effectum ſufficiat, vel non? 73. & ſeqq.*

Sublimit. limit. & extenſ.

79. *Niſi creditor vel emptor juſtam recuſandæ oblationis habeat cauſam.*

Declar. 4. Concluſ.

80. *In oblatione reali commodo loco & tempore facta.*

81. *Oblatio non congruo loco & tempore facta pro non facta habetur, & periculo offerentis cedit.*

82. *Inopportunus locus tempusve quodnam dicatur?*

Declar. 5. Concluſ.

83 *In reali oblatione teſtato, hoc eſt, teſtibus præſentibus, vel in judicio apud acta facta.*

Declar. 6.

84. *In pecunia teſtium in præſentia numerata. 87.*

85. *Oblatio in marſupio & folle non ſufficit.*

86. *Depoſitum num integrum ſit, ante numerationem conſtare nequit.*

88. *Numeratio quatenus ſit neceſſaria, & quando oblatio ſine illa valeat?*

Limit. 1. Concluſ.

89. *Si retrahens pretium ab emptore ſolutum cum alio debito liquido compenſare velit. 109.*

90. *Solverit quis an compenſaverit nihil refert.*

91. *Conditio ſolutionis impleta dicatur per compenſationem.*

92. *Compenſatio contra rem judicatam & inſtrumentum paratæ executionis opponitur.*

93. *Compenſatio ficta & impropria eſt ſolutio, & quatenus? 94.*

Solvere potius, quam ſolutum ſtatim recipere intereſt.

95. *Pluribus non eſt opus, ubi pauciora ſufficiunt.*

Dolo facit, qui petit, quod ſtatim eſt redditurus.

96. *Compenſatio quid ſit?*

97. *Compenſare idem eſt quod ſolvere.*

98. *Compenſatio habet vim ſolutionis.*

99. *Compenſationis & ſolutionis eadem ratio eſt, idemq; effectus.*

100. *Statutum excludens omnes exceptiones non dicitur excludere compenſationem.*

101. *Statuto excludente omnes exceptio-*

Digitized by Google

ceptiones niſi ſolutionis, compenſatio nihilominus admittitur.

102. *Liberatio per compenſationem non fit ope exceptionis, ſed ipſo jure*

103. *Conditio in forma ſpecifica implenda.*

104. *Conditio implendi adimpletur per compenſationem.*

105. *Jurata promiſſio de ſolvendo impletur compenſando.*

106. *Solviſſe aliquẽ ut intelligatur?*

107. *Compenſans liberatur.*

108. *Solutionis verbũ magis ad ſubſtantiã obligationis refertur, quã ad numorum numerationem.*

110. *Emptor venditori agenti ad pretium exceptionem compenſationis opponere poteſt.*

111. *Conditio impleta cenſetur, quoties per aliquem ſtat, quominus impleatur.*

112. *Retrahens compenſare volens pretium cum debito, hoc ſit omnino liquidum & purum.*

113. *Debitũ quodnã liquidum vel illiquidum dicatur? 114. & ſeqq.*

117. *Judicis arbitrio linquitur, quid ſtatim fieri dicatur?*

Lim. 2. Concluſ.

118. *In pretio necdum ab emptore ſoluto, quo caſu illud venditori à trahente offerendum eſt.*

Sublim. lim.

119. *In emptore ex juſta cauſa ad pretium ſolutionis venditori non abſtricto, & ibi exemplif.*

Lim. 3. Concluſ. 1.

120. *Procedere in pretio bona fide & ſine fraudis conſilio promiſſo & ſoluto.*

Venditio quando fraudis ſuſpicione non careat?

Declar. limit.

121. *Pretium juſtum non eſſe, quod retrahenti videtur, ſed ad quod emptor ſine fraudis conſilio obſtringitur.*

Ampl. declarat.

122. *In pretio convento vel exſoluto, quod juſtum rei pretium excedit.*

123. *Retrahens per juris ſubrogationem ſuccedit in locum emptoris.*

124. *Res tanti valet, quanti vendi poteſt.*

Lim. Ampl.

125. *In pretio ultra dimidium juſti valoris dato & promiſſo. 151.*

126. *L. 2. C. de reſcind. vendit. æquè in emptore ac venditore locum habet. 129.*

127. *Emptio appellatione venditionis continetur.*

128. *Emptor & venditor ſunt correlativa.*

129. *L. 2. C. de reſcind. vend. beneficium venditori non competit, quia venditor, ſed quia læſus eſt, idem ergo & in emptore.*

131. *Res ad retrahentem tranſit cum eâdem qualitate, jure & onere, quod in emptore reſidet.*

132. *Venditori cõpetit remediũ l. 2.*

Digitized by Google

C.de reſcind. vendit. non minus contra retrahentem quam emptorem.

133. Pretia rerum non ex affectione & utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur, & quid illud ſit? 134. quomodoq; intelligatur. n.146.

135. Æſtimatio animoſi licitatoris non admittitur.

136. Pretium quotuplicis ſit generis?

137. Pretium conventum quid ſit?

138. Decipere contrahentibus naturaliter invicem licet.

139. Venditoris votum eſt, pluris vendere; emptoris verò, minoris emere.

140. Pretium commune quod ſit?

141. Pretium commune quomodo aliàs dicatur?

Pretium commune ſecundum cujuſq; regionis & loci conſuetudinem regulatur.

142. Anſchläg der Güter.

143. Pretium ſingulare vel affectionis quodnam dicatur?

144. Pretium fraudulentum quod ſit & quomodo ei per judicem obveniatur. 145.

147. Retrahens ad pretium conventionis ſine fraude conſtitutum tenetur.

148. Prælatus in venditione tantum dare debet, quantum alius daturus eſſet.

149. Beneficia alicui indulta ſine damno alterius intelligenda.

150. Onere duplici nemo gravandus

Concluſ. 2.

152. Retrahens pretium integrũ in moneta proba ejuſdẽ ponderis & bonitatis, quâ emptor venditori ſolvit vel promiſit, offerre debet.

153. Monetæ probæ tria requiſita.

154. Monetæ requiſitorum uno deficiente, illa non cenſetur proba & juſta.

155. Pluribus in eodem ſubjecto copulativè requiſitis, partis impletio non ſufficit.

156. Copulativa omnium copulatorum concurſum requirit.

157. Bonitatis numi intrinſeca & extrinſeca differentiæ.

158. Intrinſeca bonitas quæ ſit?

159. Extrinſeca bonitas in quo conſiſtat?

160. Valor numorum quotuplex?

Naturalis valoris deſcriptio.

161. Natura ſemper agit æqualiter.

Valor naturalis penè ſolus commerciis exercendis aptus.

162. Æſtimatio pecuniæ & numorum ſemper eſt certa.

163. Valor impoſititius quando perpetuus & certus dici non poſſit?

164. Ducati Hungarici & Turcici, itemq; Coronati Gallici quomodo in imperio accipiantur?

165. Querela de valoris monetarũ incertitudine & mutatione.

166. *Impoſititius numorum valor bonitati & ponderi materiæ incongruens augeri, minui vel etiam reprobari poteſt.*
167. *Numorum quædam corpora in receſſu Imp. de Anno 1559. cur reprobata?*
168. *Pecunia eſt quantitas & quo reſpectu?* 170. 171. 172.
169. *Quantitas materiæ expers.*
173. *Numus unde æſtimetur.*
174. *Numus papyraceus vel coriaceus, ut auro æquivaleat, publicâ autoritate effici poteſt, & ibi ex hiſtoriis exemplif.* 175. *& ſeqq.*
179. *Materia numi quid appelletur.*
180. *Materia & forma eſſentialis inter cauſas intrinſecas refertur.*
181. *Materiæ appellatione quando ſubjectum in quo vel circa quod veniat?*
Materia in qua non ad formam, ſed adjunctum reſpectum habet.
182. *L. 1. de contrah. empt. de qua materia & pecunia intelligatur.* 248. 243.
183. *Neceſſitas legem non habet, ſed propter eam à regulis juris, ſæpè receditur.*
184. *Exemplum æreæ monetæ pro argenteæ percuſſæ.*
185. *Monetæ valor in Belgio, Gallia & alibi propter belli neceſſitatem ſæpè intensè auctus, & quomodo reductus?*
186. *Halicarnaſſei dictum.*
187. *Barbarorum exempla his, quæ jure æquitate & ratione ſummâ nituntur, non præferenda.*
188. *Exempla bona imitanda, mala deteſtanda.*
189. *Valor numis quomodo imponendus?*
Moneta propter ſuam juſtitiam ubiq; locorum expeditum curſum habeat.
190. *Proportio materiæ ejuſdemq; bonitatis & ponderis cum valore impoſititio congruente in Imp. conſtit. accuratè reſpicitur.*
Granum unicum ſi deficiat à moneta, tota reprobatur & monetarii puniuntur.
191. Probationstäge *quoties in anno inſtituantur?*
192. *Numorum ſpecies aureæ & argenteæ in Conſtit. Ferdinandi quare reprobatæ.*
193. *Forma non minus quam materia ad cauſas internas refertur.*
194. *Forma materiæ prædominatur, eáq; potior & dignior eſt.*
Res per formam incerto entium gradu conſtituitur.
195. *Potius quod eſt in omni reſpectatur.*
196. *Numi valor non materia inſpicitur.*
197. *Quantitate potius valent quã corpore ea, quæ pondere, numero mẽſuraq; conſtant. vid. n. 236. 243.*
198. *Forma rei in ſubſtantialem ſeu inter-*

Digitized by Google

internam & accidentalem ſeu externam diſtinctio.
199. *Valor numi impoſititius forma numi ſubſtantialis dici nequit.*
200. *Forma rei eſſentialis tanquam perfectum quid neq; majus neq; minus recipit.*
201. *Forma non intendit neque remittit, ne rerum eſſentia in fluxo incertioq; ſint.*
202. *Numi valorem impoſititium ſæpiſſimè variare expertum eſt.*
203. *Formas rerum internas ſcrutari difficile eſt.*
204. *Scientia noſtra propter formarum ignorantiam cui aſſimiletur?*
205. *Difficilia pro impoſſibilibus habentur.*
206. *Poſſe non dicimur quod cum difficultate poſſumus.*
207. *Numi veram & genuinā formam vix aſſequimur, & ibi ſubjicitur dictum elegans Scaligeri.*
208. *Formæ ab inveſtigatione non deſiſtendum.*
209. *Difficilia quæ pulcra.*
210. *Numus quid ſit, & quo fine introductus?*
211. *Corpus artificiale quomodo aſſumat formā ſubſtantialem ex aptitudine, & ibi ex Bart. exemplif.*
212. *Numi forma interna ſeu eſſentialis quænam ſit?*
213. *Forma ſubſtantialis ſenſus non incurrit.*
214. *Formas per accidentales judicatur de forma ſubſtantiali.*
215. *Character, taxa & figura numi oſtendit internum numi valorem.*
216. *Numus principis imagine vel publ. charactere quare ſignetur?*
217. *Reinhard. Comitis Solmenſis dictum.*
218. *Signatum ex ſigno cognoſcitur.*
219. *Numi forma accidentalis quādo ſit vera & genuina ſoboles formæ illius internæ, & quando minus?*
220. *Cauſa naturalis præ accidentali in quovis negotio inſpicitur.*
221. *Cauſa naturalis potentior eſt accidentali.*
222. *Effectus quatenus cauſæ proportionetur?*
Numi formam cum fine non confundi oſtenditur.
223. *Materia ubi eſt proportio, ibi & habituum & effectorum, & contra.*
224. *Pecunia qualis eſſe debeat ſecundum Bartol.*
225. *Forma cum fine rei non rarò coincidit.*
226. *Forma quando relationem aſſumat cauſæ finalis.*
227. *Forma eſt finis, propter quem agens diſponit materiam.*
228. *Ius gentium quatenus per numum permutationum difficultatibus ſubveniat?*
229. *Numus tanti habetur, quantum pro eo comparari poteſt.*
230. *Moneta tanti æſtimanda, quā-*

tum

Digitized by Google

tum aliâs valeret ſine charactere publico.

231. *Monetationis expenſa de publico fieri debet, licet hodiè non obſervetur.* 232.

233. *Forma numi ſecundum Autorem quæ ſit?* 234.

235. *Formæ deſcriptio.*

237. *Legis cum certo præſuppoſito diſponentis, ceſſante præſuppoſito, nulla eſt diſpoſitio.*

238. *Moneta illa cuprea quantum proximis annis incommodaverit?*

239. *Dictiones, tam quam, comparativæ ſunt non excluſivæ.*

240. *Comparativus nunquam excludit qualitatem poſitivi.*

241. *Comparatio ceſſat deficiente medio comparationis in uno extremorum.*

242. *Comparatio debet eſſe de eadem genere.*

243. *Numorum depravatorum ſequela.*

244. *Numi pleriq; etiam in merâ quãtitate abſtractivè, citra corpus, conſiderantur, & quinam illi ſint, quomodoq; vocentur, item, an & quatenus numi dicantur.* 245.

245. *Numorum collectiva quantitatis nomina recipiunt functionem in aliis pecuniæ ſpeciebus, & ibi exemplif.*

246. *Florenũ eſſe florenum, qui dicunt, inepti ſunt.* 247. *in fine.*

Florenus vel alia quantitas in abſtracto, itemq; minutior moneta eſt menſura groſſioris & ſtabilis monetæ.

247. *Menſura quotuplex & quanã*

Amphora vini malvatici quoad molis quantitatem nihil differt ab amphora vini Rhenani, ſecus quoad quantitatem intenſivam.

248. *Numus & pecunia eſt rerum omnium menſura.*

249. *Pecunia rerum quantitas ad æqualitatem reducitur.*

250. *Pecuniâ res omnes æſtimantur & comparantur.*

251. *Pecuniam habens habet omnẽ rem, quam habere cupit.*

252. *Pecunia fidejubet in neceſſitatibus.*

253. *Pecunia regina omnium dicitur.*

Res omnes in pecuniam convertuntur.

254. *Princeps curam pecuniæ ſibi propriam eſſe voluit.*

255. *Populi Romani magnam poſuerunt induſtriam in re nummaria.*

256. *Mutatâ turbatâq; rerum mẽſurâ, & commercia reliquaque omnia turbantur.*

257. *Monetâ mutatâ rerum pretia incerta redduntur.*

258. *Moneta mutatâ difficilis cum aliis negotiatio efficitur.*

Bodini locus de incommodo corrupta mutataq; moneta.

259. *Ele-*

Digitized by Google

259. Electoris Saxoniæ edictum monetale refertur.

360. Confuſio nupera in moneta unde profecta?

261. Minutioris pecuniæ æſtimatricis bonitas quo eſt vilior, eò plures requirit ad ſui adæquationem monetæ grandior.

262. Pecuniarum ſine juſta certaq; proportione ſtabilis indicatura eſſe nequit.

263. Monetæ uſualis augmẽtatio & deterioratio prodigioſa & mõſtroſa appellatur & cum phaſmate ſpectroq; comparatur. 264. & ſeqq.

265. Monſtrum quam ob cauſam natura producat?

266. Monſtrũ quando producatur?

Quantitatem magis ſpectari in pecunia quam corpora, quomodo intelligatur?

Anima rationalis licet magis ſpectetur, quam externa corporis ſtructura, tamen & eandẽ ad hominis perfectionem requirit.

267. Monſtra & oſtenta quid portendant.

268. Monetæ pejoratio & augmentatio magnarum mutationum ſunt præſagia.

269. Melanchthonis dictum.

Monetæ recens mutatio quid portenderit?

270. Oſtenta unde dicta ſint.

271. Oſtentorum inſtar olim Romæ quid fuerit?

272. Monetæ mutatio inordinata, prodigioſa, Angelicaq; lues vocatur.

273. Angelicæ peſtis crudelitas.

274. Monetæ lues ex divitibus pauperrimos, paucos verò reconvaleſcere fecit.

275. Monetæ confuſio morbus ac tabes Reipubl. appellatur.

276. Boleslai Bohemiæ Regis effatũ.

277. Hortatio ad principes, ut à depravatione monetæ abſtineant.

278. Principibus ex adulteratione monetæ plerią; aureos montes pollicitι, ſed quàm vanè exemplo Neronis comparatur. 279.

280. Invectiva in Kipperos, VVipperos, eorumq; pœna. 281. ſeqq.

285. Monetæ depravatio res eſt indigna principib. propter eorũ in illa expreſſam imaginem & inſignia.

286. Theodorici Gothorum Regis elogium.

287. Philippi Senioris Haſſiæ Principis Maxima.

288. Ludovicus Haſſiæ Lãdgravius monetæ adulterationem cum Kipperis procul habuit.

289. Principi turpe eſt, fraudem committere in eo, quod in alio turpiſſimâ morte punire deberet.

Infer ex Concluſ. 2.

290. Retrahens ſolvet pretium in illa bonitate & valore, qui fuit tempore contractus, ſive mutatio fiat monetæ in bonitate extrinſecâ ſive intrinſeca.

291. Mo-

291. *Monetæ ratio ſemper habenda ſecundum tempus contractus, idq; multis autoritatibus & præjudiciis graviſſimis firmatur.*

Ampl. 1. illat.

292. *Etiāſi creditor vel venditor pecuniā carius viliusve expenderit.*

293. *Dominus omne periculum & commodum ſubit.*

294. *Contrariorum eadem eſt ratio quoad cognitionem & juris deciſionem.*

295. *Oppoſitum in oppoſito idē operatur, quod propoſitū in propoſito.*

296. *Eventu & in certo pendentium ratio non habetur.*

297. *Venditor quomodo pretium expenderit, retrahentem vel emptorem nihil attinet.*

298. *Petere quis non debet, cujus contrarium non peteret.*

Limit. illat.

299. *Mora vel in dando vel recipiendo interveniente, idq; expreſſum in nupero edicto monetali Darmbſtadino.* 300.

Limit. 2.

301. *Conventione factā inter contrahentes, ut ſolutio fiat ſecundū valorem tempore ſolutionis.* 305.

302. *Contractus ex conventione legem accipiunt.*

303. *Proviſio hominis tollit proviſionem legis.*

304. Gelübd und Willkühr bricht Landrecht.

306. *Mutuū eſt contractus re conſtans, ultra quam peti nihil poteſt.*

307. *Facti ſpecies ad limit. ponitur. Edictum monetale Haſſo-Darmbſtadinum refertur.*

308. *Pacta conventa quatenus dent legem contractui.*

309. *Creditor de ſolvendo pecuniam ſecundum valorem vigentem tempore ſolutionis, paciſci nulla lege prohibetur.*

310. *Paciſci in quibus liceat?*

311. *Electoris Saxoniæ monetale edictum citatur.*

312. *Pactū de pecunia ſecundū tempus ſolutionis reſtituendâ doloſè (quod non præſumitur) interpoſitū pro non adjecto habetur, & quādo doloſè adjectum cenſeatur?* 313.

314. *Monetarum durante anomaliā, varii caſus induſtriæ legislatoris non ſufficientes emerſerunt.*

315. *Taciti elegans dictum.*

316. *Melius eſt jacturam in particulari, quam perpetuam Reipubl. confuſionem ſentire.*

317. *Monetarum nupera confuſio etiam integerrimos & prudentiſſimos quoſq; in errorem perduxit, & quomodo?*

318. *Principes durante monetarum confuſione, debita ſalariaq; in aucto numi valore miniſtris ſuis ſolverunt.*

319. *Pecuniam veteris ſortis expendēs, ut reſtitutio fiat in tali valore,*

qui eſſet futurus tempore ſolutionis, fraude carere cenſetur.

320. *Inſtantia una ſufficit ad tollendam argumenti conſequentiam.*

321. *Debitor pecuniam recipiens ſecundum tempus ſolutionis reſtituendam, ſine dubio id facit cõmodi ſui gratiâ.*

322. *Incommoda eum quem & commoda ſequuntur.*

323. *Debitor perdiderit, vel commodo ſuo impendiret pecuniam, quatenus conſideretur?*

324. *Tempus ſolutionis utrinq; conventum, quibus in recipienda pecuniâ mutuò data non proſit?*

325. *Malitiis hominum indulgendum non eſt.*

326. *Naturalia cõtractus pactis mutari poſſunt, etiam in mutuo.* 327.

328. *Voluntas contrahentium expreſſa, naturalibus contractuum prævalet.*

329. *Favori pro ſe introducto renunciare licet.*

330. *Eventus dubius parẽ debitoris & creditoris conditionem facit.*

Infer 2. ex concluſ.

331. *Ut conventione inter venditorẽ & emptorem, de certa moneta loco pretii ſolvendâ, factâ, retrahens eandem etiam præſtare teneatur.*

332. *Bonâ fide quod actum eſt in contractibus ſequendum.*

333. *Pactio contrahentium inutilis eſſe non debet.*

334. *Solutio promiſſa in certis monetæ ſpeciеb. in iis quoq; facienda eſt.*

335. *Edictum monetale Ferdinandi I. Imper. recenſetur.*

Ampl. illat.

336. *Etiamſi emptor vel creditor nõ probet ſua intereſſe, ſolutionem potius in conventâ quam in alia monetæ ſpecie fieri.* 338. *contra n.* 340.

337. *Conventio tanquam lex ſervanda, ne fruſtra adjecta cenſeatur.*

339. *Audiendus non eſt, alteri tantum officiens, ſibi verò non prodens.*

341. *Injuriam nemini facit, jure ſuo qui utitur.*

342. *Juris executio injuriam non habet.*

343. *Creditoris vel venditoris multis modis intereſſe poteſt, qua in ſpecie monetæ fiat ſolutio.*

344. *Pecuniam duplici ratione in pretio haberi oſtenditur.*

345. *Pecunia aurea vel argentea etiam ad deaurandum, ornamenta nova ſpeciei conficienda, alteriusve uſus gratiâ adhiberi poteſt.*

Limit. 1. illat.

346. *Si emptor jam ſolverit in alia, quam in conventione expreſſum erat, monetæ ſpecie.*

Lim. 2.

347. *In moneta interim ex uſu diſcedente, nec amplius repertâ, & quomodo tunc ſolutio facienda.*

348. *Æſti-*

Digitized by Google

348. *Æſtimatio rei debitæ in dejectionem ejus præſtanda.*

Ampl. limit.

349. *In numis conventis non ſolum plane non, ſed & difficulter reperiendis.*

350. *Non entium & apparentium idem eſt judicium.*

351. *Difficilia nimis impoſſibilibus adnumerantur.*

Poſſe non dicimur, quæ cum difficultate nimia poſſumus.

352. *Retrahens ſi numos difficiles inventu reſtituere teneretur, à retractu excluderetur.*

353. *Species promiſſæ numorum, ſi abſq; difficultate haberi poſſint, reſtituendæ ſunt.*

354. *Creditæ pecuniæ genere ex uſu diſcedente, qualis reſpectu valoris ratio, in ſolvendo ineunda?*

Limit. 3. illat.

355. *In certa monetarum ſpecie conventâ, quæ poſtea publico edicto prohibita eſt.*

356. *Reprobatio bonitatem in valore, curſu & uſu latentem tollit.*

357. *Paria ſunt, non ſolvere, vel per reprobatos numos.*

Declar. limit. 3.

358. *Etiã conventione facta de thaleris non in moneta reprobata, ſed in S. Imperio currente, exſolvẽdis.*

Ampl. limit. 3.

359. *In retrahente, qui paulò ante prohibitionem ex induſtria iſtjuſmodi reprobandos numos emptori ſolvit.*

360. *Fraus & dolus præſumitur ex temporis brevitate.*

361. *Dolus nemini emolumento eſſe debet.*

Sagittæ fraudis redeant in doloſum ſagittantis verticem.

Infer 3. ex Concluſ.

362. *Quod pretio in mera quantitate ſine ulla certa ſpecie promiſſo, ſatis ſit retrahenti, ſolvere in quacunque moneta uſuali.*

Declar. illat.

363. *In moneta ſubſtituta proba ejuſdemq; materia & liga, cujus quæ data erat, fuit, licet ſtampa ſit diverſa.*

Moneta cenſetur eadem, cujus eadem eſt bonitas intrinſeca.

364. *Eadem cenſentur, quorum idẽ eſt effectus.*

Res uti ſe habet ad eſſe, ita etiam ad operari.

Limit. illat.

365. *In minutiori moneta pro magni pretii ſumma ſolvenda.*

Moneta minuta in quem finem cudatur?

366. *Pecunia de minuta ultra 25. florenos in ſolutionem ſummæ notabilis recipere qui non tenetur.*

Monetæ minutioris in numeratione multum temporis conſumitur, faciliusque fallacia committitur.

Moneta minutior, difficilis eſt portatu, plus loci occupat, &c.
Solutio in monetâ longa, eſt patrimonii diminutiva.

Concluſ. 3.

367. *Retrahens præter pretium ſolutum etiam ſumptus & expenſas, quas emptor ſuſtinuit, offeret & refundet.*
368. *Pretii nomine quid intelligatur*

Ampl. 1. Concluſ.

369. *In ſumptibus honeſtis & conſuetis circa contractum, & in ſpecie vini ſumptibus, vulgo,* Wein oder Leibkauff.

Ampl. 2.

370. *In Arrhis venditori datis, circa quas tamen diſtinguitur.* 371.
372. *Arrhæ in dubio cedere dicũtur pretio, ſecus ſi ſpecialiter actum eſſet, ut non cederent pretio.* 373.
374. *Sumptuum conſuetorum deſcriptio, & exemplif.*
375. *Arrharum datio in emptione & venditione de conſuetudine regionis recepta retrahentem ad reſtitutionem adſtringit.*
376. *Solita habentur pro expreſſis.*
377. *Alciatus arrhas de conſuetudine præſtari ſolitas neceſſariis expenſis annumerat.*

Ampl. 3.

378. *In gabella & laudemiis, à retrahente præſtandis, idem de revendente ex pacto, vide tamen num. 380. & ſeqq.*
379. *Emptor ad laudemii ſolutionem tenetur.*
Laudemium duplex inter annum & diem non ſolvendum.

Extend. ampl.

382. *Ad laudemiũ ex ſpeciali privilegio emptori ſolvere remiſſum.*

Ampl. 4.

383. *In mutuo venditionis gratiâ ab emptore venditori facto.*

Ampl. 5.

384. *In æſtimatione oneris ab emptore fortè venditoris gratia ſuſcepta.*

Ampl. 6.

385. *In expenſis confecti Inſtrumenti ſuper emptione venditione.*

Limit. 1. Concluſ.

386. *Quoad expẽſas neceſſarias poſt contractum in rem venditam retractui ſuppoſitam factas.*
387. *Impenſæ neceſſariæ in rei cõſervationem factæ, pretium augent.*
389. *Impenſæ neceſſariæ neceſſitatem impendendi habent.*
Impenſæ neceſſariæ ſi factæ non ſint, res peritura fuiſſet.
390. *Impenſas neceſſarias repetit tã bonæ quam malæ fidei poſſeſſor.*
391. *Impenſæ neceſſariæ & prædoni reſtituendæ.*

Sublim. 1. limit.

392. *Modò impenſæ neceſſariæ perpetuam rei utilitatem reſpiciant ſecus ſi impendentis ſaltem commodum.* 393. 394.

Sublim. 2. limit.

395. In impenſis valde modicis & exiguis.

396. Impenſæ modicæ cum fructibus compenſantur.

397. Damnum modicum colono remiſſionem penſionis non præſtat.

398. Solennitas juris in rebus Eccleſiaſticis minimis non eſt neceſſaria

399. Vaſallus impenſas modicas in rem feudalem factas non deducit

400. Retentio propter melioramẽta & expenſas modicas non datur.

Ampl. limit. 1.

401. In expenſis utilibus in rem meliorando factis, contra n. 403.

402. Vox, Beſſerung / de quibus impenſis intelligatur.

404. Impenſa rei non repetuntur à ſcienter impendente in rem reſtitutioni obnoxiam.

405. Emptor rem retractam iri cogitare debet, & n. 421.

406. Diſpoſitioni legis, ſtatuti vel conſuetudinis, fraus fieri non debet.

407. Creditor rem pignoratam debitori difficilem recuperatu efficere non debet.

L. utilium. ff. de impenſ. in res dotat. fact. inductio.

Declar. 1. ampl.

408. In expenſis magnis & oneroſis in fraudẽ retrahentis ab emptore factis, ſecus v. utilib.^s & modicis.

410. Impenſæ immodicæ & inſolitæ in fraudem factæ præſumuntur.

409. Inſolita fraudis ſuſpicionem pariunt.

411. Meliorationibus extrinſecis pretia rerum augentur.

Declar. 2. ampl.

412. In utilib. expenſis in rem emptã poſt legitimam pretii depoſitionẽ & conſignationem factis.

Declar 3. ampl.

413. Juxta ordinationem Solmenſem, quæ prohibet intra tempora retractus mutationem rei ſubſtantialem, & ibi exemplif.

Declar. 4. ampl.

414. Si proximior denunciet emptori, ne ſumptus non neceſſarios in re empta retrahenda faciat.

415. L. ſin. §. emptor. C. commun. de legat ſenſus. 418. 419.

416. Adeſſe non probat, quod contingit abeſſe.

417. Futurorum contingentium non eſt determinata veritas.

420. Locupletari quem cum jactura alterius æquitas naturalis non patitur.

422. Æquitas in jure inprimis ſpectanda.

423. Evenire quod poteſt re naturaliter ad id nõ deſtinatã, nõ attẽditur

424. Emptio venditio non naturaliter ſed ex accidenti ad retractum deſtinata eſt.

425. Retractũ & poſt definita tẽpora dari nõnũquã evenit, intra quæ impẽſas negligere emptorẽ, ſerũ eſſet.

426. *L. ſed etſi. 26. §. ſi feriæ. ff. ex quib. cauſ. major. intellectus.*

427. *Impenſæ utiles circa rem retractui obnoxiã factæ judicis arbitrio tẽperandæ, & quomodo earum in ſpecie habenda ratio?* 428. 429.

Limit. 2. Concluſ.

430. *Procedere in intereſſe ſeu uſuris legitimis à retrahente præſtãdis ſive reſtituendis.*

Sublimit. limit.

431. *Niſi retrahente ſtatim, ubi reſcivit, pretium offerente, emptor recipere nolit.*

Mora moroſo nocet.

432. *Solvere nequeunti etiamſi vellet nihil imputatur.*

433. *Uſura quare infligantur?*

Limit. 3. Concluſ.

434. *In ſumptibus fraudulentis, exceſſivis & immoderatis.*

435. *Retentio non competit reſpectu meliorationum & expenſarum magnarum & excedentium.*

436. *Expenſas ſolvere promittens tenetur ad expenſas ſolitas & moderatas.*

437. *Impenſæ immoderatæ & nimium onerosæ quæ ſint judex moderatur.*

438. *Quæſtio de impenſis tota penes judicem reſidet.*

Limit. 4. Concluſ.

439. *Impenſis voluptuariis, & ibi exemplif.*

440. *Impẽſæ voluptuariæ neq; actionis neq; retẽtionis viâ recuperãtur.*

441. *Impenſæ voluptuariæ quatenus tolli & abradi poſſint, & quando competat exceptio contra tollere nolentem?* 442.

Retrahens nolens impenſas voluptuarias tolli, declarat, ſe eas pro impenſis utilibus habere.

Sublimit. lim. 4.

443. *In impenſis neceſſariis circa res voluptuarias, quæ ſimul venditæ ſunt, factas.*

444. *Actiones humanæ à fine diſtinguuntur.*

445. *Impenſæ & uſu & fine diſcernendæ.*

446. *Cauſa finalis principalem agentium intentionem deſignat.*

447. *Cauſa facti potius quam ipſum factum inſpicitur.*

448. *Impenſæ non voluptatis gratia ſed pro conſervatione rerum voluptuariarum factæ, neceſſariarum expenſarum jure cenſentur.*

Lim. 5.

449. *In his, quæ ex mera voluntate, liberalitate & munificentia data ſunt, & ibi exemplif.*

Lim. 6.

450. *In datis ab emptore proxenetæ & mediatoribus voluntariè ad venditionem procurandam,*

Sublim. limit.

451. *Niſi communi emptoris & vẽditoris conſenſu ad proxenetã tanquã pretii arbitrum itum fuerit.*

452. *Impenſæ legales debentur nõ ſolum viâ*

lem viâ exceptionis, & retentionis, ſed & actionis.

453. *Cautionis plus in re eſt quam in perſona.*

454. *Impenſas per retentionem ſervare expedit, quam actione novâ poſt rem dimiſſam petere.*

455. *Retentio facilius datur quam petitio.*

456. *Retinere multis caſib. poſſumus quod non conſequimur agendo.*

457. *Retentio rei datur tantiſper, quod melioramenta ſolvantur, idque etiam in feudalibus obtinet.*

Spoliator non reſtituit rem ſpoliatam, niſi ſolutis prius in continenti probandis melioramentis.

458. *Impenſæ, ut retētionis viâ conſequamur, liquidæ ſint, vel in cōtinenti liquidandæ.*

Impenſis illiquidis exiſtentibus, reſtitutio rei facienda, ſatisdatione præſtitâ, de reſtituendis liquidandis & n. 460. contra n. 459.

Limit. 7. Concluſ.

461. *In meliorationibus à colono emptori ex liberalitate remiſſis,*

462. *Retrahens emptori pretium utcunq; remiſſum ſolvet.*

463. *Remiſſionis pretii & remiſſionis melioramentorum diverſa ratio, & quæ?*

Sublim. limit.

464. *In remiſſione meliorationum non ex liberalitate ſed ex cauſa oneroſâ, vel in remunerationem alicujus officii præſtiti, facta.*

Concluſ. 4.

465. *Emptori pretium rite oblatum recuſante, retrahens illud integrè obſignatum deponet.*

Declar. Concluſ.

466. *In depoſitione & conſignatione prævia numeratione facta, quod tamen ſæpè adeò ſtricte uſum non ſervatur.*

Ampl. Concluſ.

467. *In ſumptibus in contractu factis & bibalibus.*

Infer. 1. ex concluſ.

268. *Oblatio realis vel verbalis in judicio vel extra illud, teſtatò facta, creditore recuſante, an & quos habeat effectus?*

Pecuniam non acceptam ab emptore deponere in publico an & quare conſultum? 469.

470. *Pecuniam oblatam ſed non depoſitā ſine culpa perdens exceptione liberatur, decl. remiſſivè ibid.*

471. *Depoſitionem realem quando judex ex officio injungat?*

Limit. illat. 1.

472. *Depoſito pretii recuſati facto debitorem vel retrahentem plenè liberari, ſecus ſi pretium emptor cum acceptare vellet, ille nihilominus deponeret.*

Depoſitio & oblatio pretii abſenti facienda quomodo fieri debeat? 473. & ſeqq.

476. *Depoſitum parte præſente non monitâ*

monium nec citatâ factum nihil peratur.

Limit. 2.

477. *Modo pretium in moneta proba & juſti valoris deponatur.*

Infer ex Concluſ.

478. *Oblationem ad effectum præparandæ actionis non ſufficere, niſi ſecutâ legitimâ depoſitione.*

Concluſ. 5.

479. *Retrahens pretium oblatum & depoſitum ſimpliciter recipiens juri ſuo renunciare videtur.*

490. *Actus recuperationis tollit actum depoſitionis.*

491. *Pecunia recepta depoſitum non cenſetur, eoq; venditio comprobatur.*

Declar. Concluſ.

492. *In pecunia depoſita quidem, ſed nondum acceptata, quam interim ſemper recipere licet.*

QUÆSTIO VI.

DE OBLATIONE, NUMERATIONE ET DEPOſitione pretii ab emptore promiſſi & ſoluti, aliisq; expenſis & impenſis legalibus neceſſariis à retrahente præſtandis & refundendis.

CONCLUSIO I.

1 REm venditam † jure proximitatis vel agnationis retrahere volens, ante omnia pretium ſine fraudis conſilio ab emptore promiſſum & ſolutum, intra tempora legitima offerre debet. text. *in c. conſtitutus. extr. de reſtitut. in integr. facit text. in Conſtitut. Frideric. de jure protimiſ. poſt princ. ibi: ſolvendo juſtum pretium, ſine mora, aut quantum quivis emptor ſine fraude dederit, &c. Julian. §. offerri. ff. de action. empt. l. 8. in fin. C. eod. l. 2. ubi* gl. & Dd. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Marcel. Cala *in tr. de modo artic. & prob. gl. 4. n. 38 pag. 124.* Petr. Greg. *in ſyntagm. lib. 26. c. 23. n. 1.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. vol. 3. deciſ. 58. n. 6. in fin.* ubi ex hoc capite quoſdam à retractu cecidiſſe, & id quoq; in ſupremâ curiâ in judicando obſervatum ſe meminiſſe teſtatur. Andr. Geil. *2. obſerv. 19. poſt num. 7.* Hartm. Piſtor. *quæſt. 12.*
2 *n. 4. 5 lib. 2. part. 1.* quia ea † eſt natura retractus, ut emptor liber & indemnis abeat ab emptione, ac ſi nunquam emiſſet, ut ex Molinæo tradit Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 281. n. 5.* indeque jus protimiſeos competit ſub conditione pretii ſolvendi, uti teſtatur cum

Digitized by Google

cum præjudicio Franciſc. Viv. *deciſ. Regn. Neapolit. lib. 2. deciſ. 320. n.*
6. Sed conditione deficiente, ipſa quoq; deficit diſpoſitio. Cravett.
conſ. 170. n. 8. Roland. à Valle *conſil. 58. n. 15. vol. 3.* Surd. *conſil. 157. n. 8.*
& conſil. 403. n. 46. & qui † non facit quod debet, non recipit quod 3
oportet. gloſſ. *in l. ſi non fuerit. ext. de jurejur.* Franciſc. Becc. *conſil. 45.*
n. 7. lib. 1. Petr. Weſenb. *conſ. 5. n. 78.* indeq; receptum, quod agens † 4
non poſſit obtinere, niſi prius probaverit, implementum fuiſſe ſecu-
tum: *per d. l. Julianus. ubi not.* Dd. *l. filia licet. C. de collat.* Bart. *conſ. 39. n.*
35. conſil. 47. n. 6. & 7. Cephal. *conſ. 407. n. 18. lib. 3.* Aretin. *conſ. 14 n. 18.*
Pariſ. *conſ. 33. num. 57. lib. 1.* Gozad. *conſil. 9. num. 26.* Socin. Jun. *conſil.*
77. n. 142. lib. 1. Decian. *reſp. 102. num. 9. & 17. lib. 3. & reſp. 11. n. 4. eod.*
lib. 3. Vultej. *conſil. Marpurg. 24. n. 31. vol. 2.* & iſta † exceptio, tu non 5
adimpleviſti ex parte tua, nunquam cenſetur ſublata, poſt Corn.
Neviz. & Calvalc. Burſat. *conſ. 101. n. 15. lib. 1.* ſed ſemper opponi po-
teſt, licet ſtatutum omnes exceptiones excluderet. Cephal. *conſil.*
407. num. 19. lib. 3. Roland. à Valle *conſil. 53. n. 32. lib. 1. & conſil. 69. n. 13.*
lib. 4. Cravett. *conſ. 151. n. 4. & conſil. 127. n. 14.* Franc. Becc. *conſ. 45. n. 13.*
lib. 1. Vult. *d. conſ. 24. n. 30.*

Amplia hanc † concluſionem procedere, etiamſi venditor 6
emptori pretium conventum remiſiſſet, quia nihilominus à retra-
hente id ipſum ſolvendum eſt, per tradita Carol. Molin. *in conſuet.*
Pariſ. tit. 1. §. 13. gl. 5. num. 55. & præſertim gloſſ. 8. num. 1. 3. & 4. ubi de-
clarat. Martin. Peg. *in tract.* vom Vorkauff / *lib. 1. cap. 2. verſ.* hieneben
felt ein Frag.

Pro ratione dubitandi ad hanc ampliat. facit, quod retractus † 7
in donatione locum non habeat, per ea quæ ſupra *quæſt. 4. concluſ. 2.*
exemplificat. 2. adducta ſunt. Si verò pretium remittatur, donatio
eſt, non venditio; quia venditio † non niſi pretio interveniente per- 8
ficitur. *princ. Inſtit. de empt. vendit. cum ſimilib.* & ſine pretio nulla vē-
ditio eſt, inquit Paul. *in l. inter. 2. §. 1. ff. de contrah. empt.* quoniam em-
ptionis ſubſtantia conſiſtit ex pretio, uti reſpondit Papinian. *in l. pa-*
cta conventa. 72. ff. eod. tit. Ubi verò † res ſine pretio gratis datur, ex 9
affectione, liberalitate & munificentia quadam, donatio eſt. *l. 1. l.*
affectionis ff. de donat.

Pro ratione decidendi primò diſtinguendum eſt, an † quis ab 10
initio habeat animum & propoſitum donandi rem ipſam, ita ut

Digitized by Google

pretium non apponatur cauſâ venditionis,ſed fortè cauſâ æſtimandæ donationis,juxta.*l.cum in venditione. ff. de contrah.empt.* & tunc non venditio,ſed donatio vera eſt, licet ejus æſtimandæ gratiâ pretium nominatum ſit: Si verò aliquis non habeat animum donandi rem ipſam,ſed vendere,& pretium donando remittere, vera eſt venditio, licet in continenti remittatur; quia non tam pretii numeratio,quàm conſtitutio,ad venditionis ſubſtantiam pertinet. *d. princ. Inſtit.ibi:ſimulatq; de pretio convenerit, &c.de empt.& vendit.d.l.inter. 2.§.1.de contrah. empt.* Et fieri poteſt,ut donator magis rei pretium donare velit, quàm rem ipſam, ne propinquos ſuos à competente
11 jure retractus excludat.Idq; dubium † nullum habet, ſi pretium ex qoſt facto & intervallo remittatur, tunc enim manet venditio quacunq; ex cauſa fiat remiſſio.*l.ſi tibi habitationem.ff.locat.* Nam in quo-
12 vis † actu initium,& id,quod ab initio actum & perfectum eſt, ſpectatur,*arg.l.1.l.2.de orig.jur.l.8.ff.mandat.* Cravett. *conſ.*1000. *num.*33.
13 Weſenb.*conſil.*4.*n.*15.quia initium † & origo totum moderatur negotium.*l.ſi filiusfam.3.in fin.C.ad SCtm. Macedon. l.un.in fin.C.de im-*
14 *pon.lucrat.deſcript.*Zaſ.*conſil.5.n.96.vol.1.*& quando † finis trahit neceſſariam conſequentiam à principio,ſemper ſpectamus principium *l.damni infect.§ Sabinus ff.de damn.infect.l.3.§.Sejo.ff.de minor.* Andr.
15 ab Exca *in tract.de pact.n. 35.* & ideò talis † etiam præſumendus contractus,qualis in prima ſui figura apparet. Decian.*reſp.59.n.19.vol.1. & conſil.21.n.8.vol.* 2. Hartm. Piſtor. *lib.3.quaſt.2.n.7.& ibi allegati.* Cardin.Mantic.*de tacit & ambig.convent.lib.8.tit.17.n.3.* Georg.Everhard. *conſ.54.n.21. vol.*1. vide aliam diſtinctionem apud Carol. Molin.*ad d.§.13.gl.8.n.1.4.& 5.*

16 Declara I. concluſionem; † modò pretium offeratur integrum,quia ſicut actio ex empto cum effectu non datur, niſi ſoluto pretio integro,ita nec ex retractu, niſi ſoluto pretio integro, dabi-
17 tur,cùm unius † ejuſdemq; obligationis unam eandemq; indiviſam ſolutionem eſſe oporteat,text.*in l.Iulianus.§.offerri.& ibi* gl.& Bart. *ff.de action.empt.l.quam diu.6.C.de diſtract.pign.l.obſignation.C.de ſolut.*
18 Hotoman. *illuſtr. q. 22.* Particularis † enim ſolutio tanquam multa incommoda habens non ſufficit.*l. quidam exiſtimaverunt. ff. de reb. cred.l.qui pignori,ff.de pignor.& hypoth.l.3 ff.famil. ercis.* Et hanc eſſe comunem opinionem teſtatur Bart. Jaſ. & alii *ad d. l. quidam.de reb.*

credit,

credit. Ideoq; moram † committere cenſetur non ſolum is, qui nihil 19
ſolvit, ſed & qui nec totum. *l. ſolidum. 85. ff. de ſolut. l. 12. § 1. de verb. ſignific.* Johann. Gœdd. *ad l. 32. n. 8. & ſeqq.* ubi etiam ad contrar. reſpõdit, *ff. eod. tit.* adeò ut ſi † vel unus nummus deſit, tota obligatio red- 20
datur inefficax, ut not. Joh. Sichard. *ad l. acceptam, n. 4. C. de uſur. l. quamdiu. C. de diſtract. pignor.* Tiraq. *de retract. convention. § 4. gl. 6. n. 23. & n. 24.* ubi id pluribus illuſtrat, Quoties † namque pro forma 21
requiritur, ut intra certum tempus ſolvatur ſumma integra, tum ſi nummus tantum deficiat, pro eo habetur, ac ſi nihil ſolutum fuiſſet, juxta gloſſ. *in l. res bona fide. de contrah. empt.* quam ſequitur Bald. *ibid* & Angel. *in l. acceptam. col. 1.* ibidemq; Caſtrenſ. *C. de uſur.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 224. n. 23.* Balthaſar. Benedell. *in tractat. de jur. prothomiſ. ad § inprimis. num. 65* Alexand. Ludoviſ. *deciſ. Rotæ Roman. 481. num. 4. ibiq;* Beltramin. *in addit. lit. A. ſub num. 6.* Valentin. Forſter. *conſil. Marp. 10. n. 28. & ibi allegati. vol. 4.* Semper † enim opponi po- 22
teſt, exceptio non adimpleti contractus, etiamſi in minima parte, vel nummo, adimpletio deficiat. Alex. *in l. in executione. § ſi ita. ff. de verb. obl.* Purpur. *in l. ſi quis major. quæſt. 11. C. de tranſact.* Herm. Vult. *conſil. Marp. 18. n. 39. volum. 1.* Roland. à. Valle. *conſil. 53. n. 22. vol. 1. n. 29. lib. 1.* Menoch. *conſ. 55. n. 6. lib. 1.* Dd. *in l. cum proponas.* ubi Curt. Jun *n. 19.* Dec. *n. 5.* Seiſel. *n. 3. C. de pact.* Auguſt. Beroj. *conſil. 15. n. 14. lib. 1.* Franciſc. Becc. *conſ. 45. n. 10. & 15. lib. 1.* Natta *conſ. 679. n. 19.* Cagnol. *in l. ſi quis major. quæſt. 10. & 11.* ubi dicit, hoc dictum eſſe ſingulare, & ſolitum allegari in practica. Qui enim † vel in minimo differt fa- 23
cere quod debet, non poteſt petere quod ei debetur. *l. ſi non fuerit. ff. de jurejur.* Bald. *in Auth. dos data. C. de donat. ant. nupt.* Matth. de Affl. *deciſ. Neapolit. 220. n. 4. in fin.* Et ita † de conſuetudine generali to- 24
tius regni Franciæ, emptorem non teneri parere, ſi retrahens proximus totum pretium non offerat, ſcribit Rebuff. *in repetit. l. unic. notab. 6. n. 14. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, &c.* hanc ſententiam approbat Gomez *tom. 2. var. reſolut. c. 10. ſub. n. 23. ad fin. verſ. decimò & finaliter.* Secus tamen eſſet, ſi † forte per errorem calculi 25
nummus unus & alter deeſſet, tunc enim parvus iſte error nocere non debet. *l. quamvis. ff. de condit. & demonſtr.* Tiraq. *de retract. convent. d. § 4. gloſſ. 6 n. 29 & ſeqq. vid. infra q. 7. concluſ. 6. limit. 1.*

Limita I. † hanc declarationem, niſi obligatio jure diviſa ſit, 26

Digitized by Google

veluti inter cohæredes. *l. cætera.ff. de famil. erciſc. l. 1. C. ſi cert. pet. l. 2. §.*
1. de verb. obl. ſimiliter ſi plures æquè conjuncti, rem dividuam, pro
rata ſuæ portionis retrahant, juxta ea quæ ſupra *quæſt. 1. concluſ. 1.*
ampl. 2. notata ſunt, tunc enim quilibet pro rata ſuæ portionis, pre-
tium offerre poterit.

27 Limita II. † eandem declarationem, niſi pactione inter em-
ptorem & venditorem diviſa ſit pretii ſolutio, diverſis temporibus
facienda vff Tagzeiten/oder Zeit vnd Ziel/ tunc enim eodem jure re-
ctè utetur retrahens, & eadem dilatio in perſolvendo pretio con-
cedi debet retrahenti, quam habuit ab initio emptor. *arg. l. lecta.* & ibi
Dd. *ff. de reb. credit. l. tutor.* 41 *§. 1. verſ. Modeſtinus. ff. de uſur.* Hotom.
illuſtr. q. 22. circ. fin. Hartm. Piſt. *obſerv. 17.* Matth. Berlich. *p. 2. concluſ.*
41. n. 28. & concluſ. 2. n. 41. ubi idem in retractu conventionali obti-
28 nere traditur. Nam iiſdem † planè conditionibus, & iiſdem termi-
nis, ſolvere debet, qui intrat in veſtigia & jus emptoris, inquit Matt.
29 Weſenb. *conſil. 73. n. 76.* Et pretium † ab emptore nondum ſolutum,
proximior retrahens offerre non tenetur. Carol. Molin. *in conſuet.*
Pariſienſ. tit. 1. §. 13. gl. 8. n. 4, & ita etiam latè reſpondit Jac. Mandel. de
30 Alba *conſil. 107. diſtutant præſentem per tot. ubi vide omninò.* Quare †
pecuniam quæ in promptu ſoluta eſt, retrahens in promptu debet re-
fundere, vel deponere, reſiduam verò illis terminis, quibus ab em-
ptore debetur, per allegata Weſenb. *d. conſil. 73. n. 77.* Martin. Peg. *lib.*
2. de retract. c. 19. ubi vide. Hartm. Piſt. *d. obſerv. 17.* ubi ita judicatum
duabus vicibus atteſtatur.

31 Pro ratione dubitandi adducitur text. † *in l. de pretio. ff. de publ.*
in rem act. ubi JC. de pretio, (inquit) nihil exprimitur, unde poteſt
conjectura capi, quod nec prætoris ea ſit ſententia, ut requiratur, an
32 ſolutum ſit pretium an non. Deinde retrahens † emptori obligatus
eſt ad integrum pretium, ideoq; emptor id etiam rectè petit. Et ita
vult. Cæpoll. *conſil. cauſar. civil. 46. circ. dubia. colum.* 2. ut eum ad hoc
allegat Tiraquell. *hic §. 1. gl. 18. n. 32.*

Pro ratione decidendi faciunt tradita ſupra quæſt. 5. concluſ. 1.
33 Quod videlicet retrahens † per omnia ſuccedat in locum empto-
ris, eodemq; jure cenſeatur, & quæ hac noſtra *quæſt. 6. concl. 1. de ſolu-*
tione pretii ab emptore facti refundendi adducta ſunt. Cũ enim ipſe em-
ptor ante diem conventum ſolvere non tenetur, nec retrahens, qui

in ejus

in ejus locum ſurrogatur, ad id tenebitur; quia † intervallum tem- 34
poris, & interuſurium hujus ſpatii minorem facit quantitatem, &
mora ſolutionis, eſt quædam veluti diminutio pretii per text. *in l. cir-
ca legem. & in l. in quantitate. §. in diem, ibi; tanto minus erogari ex bonis
intelligendum eſt, quantum interea, donec dies obtigerit, heres lucratus eſt
ex uſuris. ff. ad L. Falcid. junct. text. in l. qui quadraginta. § ult. & l. 1. §.
quis creditori. ibi: propter repraſentationis commodum, & in l. in lege Fal-
cidia non habetur. ibi: medii cum tẽporis commodum computatur. ff. eod.
tit. ad L. Falcid. l. ſi mandavero tibi ut pro me. ff. mandat. l. cum. § melior.
ff. de in diem addict.* Et hinc eſt, quod ante † vel poſt diem ſolvẽs, plus 35
minùsve ſolvere cenſeatur. *l. cum qui. ff de ann. legat. l ſolidum ff. de ſo-
lut. §. fidejuſſores. Inſtit. de fidejuſſor. cum ſimilib.* Quamobrem ſolvendi
induciæ, non ſolum pars contractus & ſtipulationis. *l. 1. § editionis, ibi
nam dies ſolutionis ſicut ſumma pars eſt ſtipulationis. ff. de edend.* Bart. *in
l. lecta. n. 23. ff. ſi cert. pet.* ſed & pretii Mar. Soc. *conſ. 15. n. 56. vol. 1.* Andr.
Scheffer *q. pract. 10. n. 20. & ſeqq.* ubi notat; quod ſicut plus ſolviſſe
dicitur, qui maturius, ita & minus qui tardius ſolvit, per tradita Tira-
quell. *hic* § 1. *in verb. pretium gloſſ. 18. n. 35.* Petr. Fab. 1. *Semeſtr. c. 23.* Si
itaq; retrahens cogeretur venditori reddere id pretium, cujus dies
nondum ceſſerit, carius pluriſq; redimere rem cogeretur, quam em-
ptor ipſe, cùm tamen ad plus non teneatur. Si verò † retrahens para- 36
tus eſſet ſolvere ante diem, exigente ita venditore, poſſet detrahere
interuſurium medii temporis, ſicut is qui ignoranter ante diem ſol-
vit, per adducta à Tiraq. *d. §. gloſſ. 18. n. 37. & ſeq.* ubi addit; quod dies
ſolutionis, ſicut pretii ſumma, ſit pars contractus. *l. 1. § editiones. ff. de
edend.* In contrarium † adducta l. de pretio, in terminis planè loqui- 37
tur diſſimilibus, & alienis à noſtro caſu. Hoc enim ibi proponitur in
Publicianæ actionis exercitio, non eſſe in conſideratione, an eâ ex-
periens pretium ſolverit nec ne, nihilq; ibi de pretio ſoluto vel pro-
miſſo redimendo agitur. Nec adverſatur: quod ad integrum pretium
ſolvendum retrahens teneatur, quia hoc procedit, modò venditor
ipſe integrum ſolverit: quia per omnia ejus jure utitur. Et hac de re
vid. plura apud Tiraq. *allegat. locis.*

Sublimita † tamen hanc limitationem, non procedere, ſi re- 38
trahens non ita idoneus & exigibilis eſſet, ſicut emptor, & venditor
in terminis conventis pretium ſolvere non poſſet, neque de eo ſuf-

ficienter cavere valeret; quia tunc aut ſtatim ſolvere aut rem dimittere cogitur, & ita quandoque in cauſa quadam in Dicaſterio deciſum memini Anno 1625.

39 Limita III. † niſi venditor conſentiat, & ultrò particularem ſolutionem recipiat. *l.9.§.1.ff.de ſolut.* quia volenti non fit injuria. *l.1. ff.de injur.l.cum donationis.34.C.de tranſact. c.ſcienti. de R.I.in 6.cum ſimilib.* Martin.Peg. *conſ.10.n.10.* Vult.*conſil..e Marp.24 n.35.vol.1.* Martin.Uran.*tom.1.conſ.14.n.44.* Köppen *part.1.deciſ.32.n.11.* juxta illud: *Hoc portat leviter, quod portat quiſq; libenter.*

40 Limita IV. † declarationem 1. procedere modò pretium in-
41 tegrum ſit liquidum. Si enim † pars pretii ſit liquida, pars illiquida, tunc liquidum offerri ſufficit, donec reliquum liquidetur. *d.l.quidam exiſtimaverunt.ff.de reb.credit.* Joh.Sichard.*ad l.1 n.9.C.de ſolut.* Udalric.Zaſ.*ad d.l.quidam exiſtimaverunt.* Geil. *tractat. de pignorat.obſ.*
42 *16.n.5.* Gœdd.*ad l.32.ſub n.12.ff. de verb.ſign.* Nam in liquidandis † adhuc non committitur mora, antequam ſit liquidatum & certum Bald.*in d.l.acceptam.colum.3.verſ.ſexto oppono. C. de uſur.* Matth. de Afflict.*deciſ.Neapolit.205.n.1.* ubi dicit, ita fuiſſe deciſum in conſilio Neapolitano. Hercul.Mareſcott.*1.var.reſolut.57.n.12.* ubi teſtatur Rotam, in una Zamoren.fructuum 27. Novembr. An.1585. ita
43 tenuiſſe. Et oblatio † verbalis ſufficit, ubi debitum liquidum non eſt. Socin.*conſil.199.n.3.lib.2.per text. in l.ſi reſiduum. C de diſtract. pignor.*
44 Bart.*in l.fin.eod.tit.* In liquido † itaq; realis oblatio requiritur, in illiquidis vero verbalis ſufficit, ut poſt Angel.Bald. alioſq; notat. Alex. Trentacinq. *lib.3. var, reſolut. tit.de oblat.reſol.1. num. 1. verſ. quintò*
45 *non procedit.fol.206.* additâ tamen † cautione idoneâ, ſi illa petatur, de reliquo, liquidatione factâ, exſolvendo. Bald.*in Auth. qui ſemel.n.18. C.quomod.& quand jud.* Angel.& Alex.*in l.4. §. ait Prætor.* ubi Rip.*n. 8.ff.de re judic.* Jaſ.*in l.ſancimus.n.21.C.de judic.* Cravett. *conſil.1.pro*
46 *gener n.207.* Tiraq.*hîc.§.1.gl.19.n.2.3. in fin.* quæ tamen † cautio remitti poteſt, ſi retrahens notoriè dives eſſet, ut notat Tiraq. *§.3.gl.3.*
47 *n.15 in fin.* Et ad hoc ſufficeret † promiſſio ſub hypotheca bonorum, de ſupplendo, quicquid debere conſtiterit Jaſ.*in l.1. colum.4.verſ. circa dictas.ff.qui ſatiſd.cog.* Trentacinq. *d.reſolut.1. de oblat.num.1.*
48 *verſ.Reſolutio duplex.* Quamobrem † ſi retrahens pretium, quanti res extraneo vendita ſit, ignorat, ſufficit offerre id, de quo ei conſtat,

additâ

additâ proteſtatione, vel etiam, ſi exigatur, ut dictum eſt, cautione quod reliquum, quamprimum de pretio integro certioratus fuerit ſolvere paratus ſit, *per text. in l. ſtatuliber rationem. ff. de ſtatu liber. l. ſervus. ſi heredi §. imperator. in fin. ff. eod. tit.* cum † oblatio cum depoſitione partis & cautione pro reſiduo habeat vim ſolutionis in illiquidis, ut *per l. fin. C. ad L. Falcid. l. ſi patronus. ff. de donat.* reſpondit Honded. *conſ. 19. n. 7. vol.* 1. Et ita † in terminis noſtris retractus tradit Nicol. Boër. *deciſ. 112. n. 2. in fin.* Petr. Rebuff. *in tract. de literar. oblig. art. 1. gloſſ. 9. n.* 13. ubi dicit, quod retrahens offerre & conſignare debeat liquidum, & de reliquo ſatiſdare. Petr. Greg. *in ſyntagm. lib. 26 c. 25. num. 1.* Chaſſanæ. *in conſuetud. Burg rubr. de retract. §. 1. ad verb. le pris. n. 7.* Andr. Geil. 2. *obſerv. 19 ſub n. 7.* Martin. Peg. *in tr.* vom Vorkauff. *lib.* 2. *c.* 22. Benedell. *in tr. de jure prothomiſ ad §. inprimis. n. 77.* Et ita etiam Arreſto Curiæ Pariſienſis anno 1551. 9. Auguſti decretum teſtatur Papon. *rer. judicat. lib. 11. tit. 5. arreſt. 2.* 49 50

Limita V. † niſi plures res, diverſis pretiis emptæ ſint, pretiis in ſingulas res diviſis, hoc enim caſu tot erunt venditiones, quot res rerumque pretia. Itaque eo caſu ſufficit offerre pretium illius rei quam quis retrahit, per ea quæ tradit Tiraquell. *hic* §. 23. *gloſſ. 1. n. 20.* idq; arreſto probatum innuit ex Chopin. Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 9. deciſ 55 n. 4.* 51

Declara II. † eandem concluſionem procedere, quoad pretiũ à primò emptore ſolutum. Nam ſi primus emptor, intra legitima retractus tempora, rurſus vendat, & quidem majori pretio, tunc ſatis eſt, offerre pretium à priori emptore ſolutum, non attentâ quantitate pretii, à ſecundo emptore ſoluti, dati, vel promiſſi, *arg. l. poſtliminium. § ſi is qui emat. 9 ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. de retract. §. 11. in verb. ou detenteur. n. 2.* Roſenth. *de feud. c. 9. concluſ. 94 n. 15. membr. 2.* Martin. Peg. vom Verkauff. *lib. 2. c. 37.* Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 41. n. 23* habet enim † retrahens jus quæſitum ex prima, non ex ſecunda venditione, quod ei auferri vel durius effici, intra tempus competentis retractus non debet, per venditionem à primo emptore rurſus factam pretio majori. Conf. Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univ. lib. 26. c. 21. n. 4.* 52 53

Limita hanc declarationem † modò aliquis intuitu primi, non ſecundi venditoris, tanquam conſanguineus retrahere velit. Si enim 54

non

Digitized by Google

non primi, ſed ſecundi venditoris ſit conſanguineus, tunc non in primi, ſed ſecundi emptoris veſtigia ſubintrat, ejuſque jure utitur, ideoq; & pretium ab eo promiſſum & ſolutum, licet majus ſit, offerre & refundere tenebitur, per tradita in præced. quæſt.

55 Declara III. † concluſ. 1. procedere, quoad oblationem pretii realem; quia verbalis non ſufficit. Balthaſ. Benedell. *in tract. de jure prothomiſ. ad §. inprimis. n. 67.* Pruckm. *conſ. 50. n. 100. vol. 1.* Alex. Ludoviſ. *decìſ. Rota Roman. 559. n. 4.* ibiq; Oliver. Beltramin. *in addit. lit. B. num. 9.* Johan. Sichard. *ad l. acceptam. num. 2. & ſeq. C. de uſur.* Bart. *in l ſi reus paratus. ff. de procurat.* Udalric. Zaſ. *ad l. prætor ait. § ſi*
56 *quis paratus. in pr. ff. de nov. oper. nunciat.* ubi dicit, quod † verbo ſe offerens, non ſatisfaciat *per l. ſi ſervus heredi. in fin. ff. de ſtatut. li. l. Modeſtinus. ff. de ſolut.* Matth. Weſenb. *conſil. 73. n. 68.* Petr. Surd. *conſil. 86.*
57 *n. 9. 10.* Et huc pertinet quod dicimus: Satis verba † non eſſe, cum facto opus eſt. *l. domicilium. ff. ad municip. l. alimenta. C. de negoc. geſt. l. 1. C. qui potior. in pign. l. fin. C. de uſur. pupill. c. 1. ibiq; gloſſ. de eo qui mitt. in poſſ. l. Julianus. §. offerri ff. de action. empt. l. peculium. ff. de pecul. l. 1. §. tuliſſe. in fin. ff. de SCto Syllan.* Joh. Baptiſt. Schwarzenthal *in tract. de pignor. & hyp. c. 33. n. 7.* Geil. *lib. 2. obſ. 11. n. 5.* Rol. à Valle *conſ. 49. n. 52. vol. 1.* Cravett. *conſ. 1. pro gener. n. 208.* Siquidem Leges, quæ dicunt, quod debitor ad ſolutionem paratus eſſe debeat, ita intelligendas eſſe, quod debeat ire cum denariis in manu ait Bart. *in l. prætor, §. ſi quis paratus ff. de oper. nov. nunc.* Neguſant. *de pignor. in 2. part. 3. membr. 5. part. princ n. 1.* Socin. Jun. *conſ. 34. n. 12. vol. 1.* Natt. *conſ. 31. n. 6.* Hartm.
58 Piſtor. *obſerv. 125. n. 13.* Qui enim † ſine re vadit, nulla res ſibi cadit, ut dicunt noſtri, *per l. hodie. ff. de cap. diminut.* Chaſſ. *in conſuetud. Burg. rubr. de retract. §. 11. ad verb. ou detenteur. n. 1.* & juxta verſic. *Res dare*
59 *pro rebus, pro verbis verba ſolemus.* Et hoc maximè † procedit, ſi oblatio facienda ſit ad effectum conſequendæ actionis, ut hoc caſu Bart. *in l prætor. §. ſi qui paratus. ff. de nov. oper. nunciat.* Jaſ. *in l. jurisgentium, in pr. ff. de pact.* Alex. *conſil. 130. verſ. non obſtat. vol. 4.* Herm. Vultej. *conſil. Marp. 18. n. 35. vol. 1.*

60 Amplia hanc † declarationem ſubſiſtere, etiamſi retrahens
61 cum verbali oblatione, fidejuſſores vel pignora offerat; quia † pignora & fidejuſſores, quantumvis idoneos dare, non eſt ſolvere. *l. 4. §. ait prætor. ff. de re judic.* ubi condemnatus ſolvere, non liberatur

dando

d imo idoneos expromiſſores. *junct. l. quod ſi non ſolvere ff de pignor. act. l. promiſſor. §. ult. ff de conſtit. pec.* ubi conſtituto non ſatisfacit, qui ſoluturum ſe conſtituit, ſi offerat ſatiſdationem. *in l. item liberatur. §. qui partes. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. l. ſtatuliberum. §. fin. ff. de ſtatu lib.* Neguſant. *de pignor. 4. memb. quintæ partis. n. 4.* Hieron. a Laurent. *deciſ. Avenion. 104. n. 4.* Treutl. *vol. 1. conſ. 3. n. 39.* Sebaſt. Med. *in tr. de compenſ. p. 2. q. 7. n. 6.* Ita in terminis † declarat Tiraquell. *hîc § 3 gl. 3.* 62
n. 14. Conf. Mart. Peg. *in tract.* vom Vorkauff. *lib. 2. c. 25. in fin.* Matth. Berlich *p. 2. concluſ. 41. n. 13. verſ. quod uſq; adeò verum.*

Limita † declarat. niſi oblatio verbalis facta ſit in judicio; quia 63
illa, † recuſante creditore vel emptore, cenſetur loco oblationis 64
realis. Bart. *in l. acceptam. q. 3. C. de uſur.* Negnz. *de pignor. membr. 3. part. 5. n. 264.* Paril. *conſil. 34. n. 27.* Vult. *d. conſil. 18. n. 43. per l. 1. C. qui pot. in pign. l. obſignatione. C de ſolut.* Petr. Gregor. *in ſyntagm. lib. 26. c. 23. ſub n. 2.* ubi † in terminis retractus. *per l. ſi rem alienam. §. fin. ff. de pignor.* 65
act. & in iiſdem terminis. Matth. Weſenb. *conſil. 73. ſub n. 72.* ubi dicit, ſufficere oblationem judicialem, etiamſi ad manus non ſit pecunia. Surd. *conſil. 86. n. 28.* Idem Surd. *deciſ. 262. n. 2. 3.*

Declara hanc limitat. † quoad judicem ipſius offerentis, co- 66
ram quo ipſe foret conveniendus; quia adit judicem non ut actor, ſed ut reus Bald. *in d. l. acceptam. quæſt. 13. n. 24. C. de uſur.* Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gloſſ. 5. n. 174. 175.* ubi ſubdit rationem; quia
† ſolutio debet fieri in loco, in quo peti poteſt, *l. ult. ff. de cōdict. tritic.* 67
l. quod legatur. 38. ff. de jud. idq; in dubio actum cenſeri ſcribit Bart. *in l. item illa. 18. ſub n. 13. de conſtit. pec.*

Extende hanc limitat. † ad oblationem verbalem, etiam extra 68
judicium factam, quia ſufficit, ſi teſtatò ſe declaret creditor vel emptor, quod pecuniam vel pretium recipere planè nolit. *l. qui Romæ. 122. in pr. ibi: teſtatò creditori dixit, paratum ſe eſſe Romæ eam numerare.* & ibi not. Caſtrenſ. & Zaſ. *n. 5. ff. de verb. obl.* Nicol. Boër. *deciſ. 124. n. 26. per l. reſiduum. C. de remiſſ. pign.* Lanfranc. *deciſ. 359.* Cum enim † ex 69
recuſatione emptoris ſeu creditoris de volūtate ejus appareat, quod omninò pecuniam recipere nolit, realis oblatio planè foret fruſtratoria. *l. qui decem. ff. de ſolut. l. acceptam. C. de uſur.* Bald. *in l. 1. C quand. tert. provocar. non lic.* Gabr. *comm. concluſ. li. 3. tit. de ſolut. concluſ. 8. n. 1.* ubi dicit hanc eſſe magis communem Dd. opinionem, Rol. à Vall.

conſil.53.ſub de n.26. vol. 1. ubi ab hac tanquam communi opinione in judicando recendum non eſſe. Sigiſ. Scacc. *de commerc.& camb.* §.2.*gloſſ.5.num.157.*Herman.Vult. *conſil. Marp. 18.num.44.volum.1.* Alex. Trentacinq. *lib.3.reſolut.tit.de oblation.reſol.1 ſub.num.1.verſ. ſextò procedit.fol.207.* Hercul. Mareſcott. *1.var.reſolut.57.num.1.&*
70 *n.6.*Georg.Everhard.*conſil.10.n.112.vol.2.* Nec † poteſt imputari alicui, quod non fecerit id, quod ſi factum fuiſſet, non erat profuturum *l.fin.§.1.ff.quis ord.in bon.poſſ.ſerv.*Caſtrenſ.*conſil.174.in fin. vol. 1.*Cravett.*conſil.83.num.5.per text.in l.2.§.pen.ff.ad Tertul.*Surd.*conſil. 86.num.16.17.& 29.*

71 Verùm hæc † res ſcrupulo non caret, ut monet Matth. Weſ. *conſil.73. n. 73. & ſeq.* ideoq; in noſtris terminis tutum vix erit hiſce adhærere limitationibus, cum leges etiam eo caſu, quo recuſatio facta eſt, requirant depoſitionem & conſignationem ad effectum plenæ liberationis.*l.1.C.qui pot.in pign.l.obſignatione. C. de ſolut.l.2.in fin.C.de ſolut.l.2.in fin.C.de jur.emphyt. cum ſimilib.*

Pro ratione autem conciliandi jura illa & opiniones contra-
72 rias notandum, quod quoad † evitandam pœnam, purgandam moram, & ſiſtendum curſum uſurarum, ſufficiat verbalis oblatio in judicio, vel etiam extra judicium, recuſante creditore recipere, teſtato facta, ad effectum, ut offerens non dicatur eſſe in mora ſolvendi. *l.ſi rem.§.fin.ff.de pignor.act.*Bart.*in l.interdum.§.fin.ff.de verb.obl.* Et ita etiam declarat Zaſ.*ad l.qui Romæ.n.5.ff.eod.* Marc. Anton.Natt. *conſ.631.ſub n.2.verſ.ad prædicta reſpondetur.* Alexand.Trentacinq. *lib.3.var.reſolut.tit.de oblat.reſol.1.in ſecund. concluſ.verſ. in primo caſu dicas & paſſim per tot.*Hering.*de fidejuſſorib.c.5 n.380.* Sigiſm. Scacc. *de commerc.& camb.§.2.gloſſ.5.n.160.& aliquot ſeqq.*ubi hoc pluribus
73 explicat.Lanfranc.*deciſ.359.*Hoc ipſum † tamen quod dicitur de effectu purgandi moram & evitandi pœnam per verbalem oblationem procedit, ſi illa fiat ante terminum legalem vel conventionalem elapſum, poſtea enim, neque ad moræ purgationem proficit poſt Lazar.Fœnut.*in tract.de moment.c. 10. num.28.* tradit Hartm.
74 Piſtor. *obſerv. 225.n. 4.& aliquot ſeqq.* Secus autem † eſt, quoad effectum conſequendæ actionis, ita ut ex tali oblatione aliquis efficaciter agere & experiri poſſit, ut not.Bart.*in l.acceptam.n.3. C.de uſur.* Ruin.*conſil.113 col.vol.1.*Anchar.*conſil.131.col.1.* ubi dicit, quod ad

conſe-

conſequendam actionem, non ſufficiat actori oblatio, ſed requiratur conſignatio & depoſitio, & quod ideò inepte agat, qui pretium non depoſuit, vel realiter in judicio non obtulerit, ſed verbotenus, quia hoc non ſufficit. Bart. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* Burſat. *conſ. 149. num. 8. lib. 3.* Valentin. Forſter. *conſil. Marp. 10. n. 36. vol. 4. ubi id pluribus perſequitur.* Et not. Bald. *in tit. ſi de feud. fuer. controv. inter dom. & agnat.* quod ſi † quis velit aliquid conſequi ex oblatione ubi 75
ea requiritur, tunc non ſufficiat verbo offerre, ſed rebus ipſis, niſi eſſet talis res, quæ offerri non poſſit, ut immobilis. Alex. *conſ. 53. n. 34.*
& ſeq. vol. 1. quia † res immobilis ſeipſam offert. Lanfranc. *deciſ. 359.* 76
in princ. Jam verò retrahens, licet ex venditione jus habeat quæſitum, efficaciter tamen ad retractum agere non poteſt, niſi pretium offerat & ſolvat, vel emptore recuſante id recipere, deponat, ut in-
fra ſuo loco, plurib. dicetur. Verbalis autem † oblatio licet in judi- 77
cio, vel extra judicium teſtatò fiat, non habet vim ſolutionis & liberationis, niſi accedat conſignatio & depoſitio, *per l. ſi à re. 7. in fin. C. de pact. int. empt. & vendit. cum ſimilib. ſupra hoc tit. concluſ. 4. allegat* Bald. *in d. l. acceptam. q. 5. C. de uſur.* Natt. *conſ. 631. n. 2. & 3.* Franciſc. Viv. *deciſ. 192 num 4.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 4. gloſſ. 6. num. 23. & ſeq.*
Nota etiam † pro cautela oblationem verbalem nullum planè, ne 78
quidem quoad purgandam moram, ſortiri effectum, ſi debitor vel emptor verbaliter offerenti reſpondeat, ſe eſſe paratum accipere; quia talis debitor vel offerens pro verbis verba reportat, ut pro ſingulari cautela traduntur Bart. *in l. fin. ff. de diſtract. pignor.* Johan. de Arnon. *cautel. 68.* Cott. *in memorabilib. verb. oblatio.* Hartm. Piſtor. *obſ. 225. num. 8.*

Sublimita † præcedentem limitat. & extenſionem, niſi credi- 79
tor vel emptor, juſtam habeat recuſandæ oblationem cauſam. Grat. *conſ. 93. col. fin. lib. 11.* Gabriel. *concluſ. 8. n. 2. de ſolut.* Herc. Mareſcott. 1. *var. reſolut. 57. n. 9.*

Declara IV. concluſionem noſtram † procedere, modò ob- 80
latio realis fiat commodo loco & tempore. *d. l. qui Romæ. 122.* & ibi not. Dd. *ff. de V. O. l. obſignatione. C. de ſolut.* Bart. *in l. acceptam. C. de uſur.* Joh. Sich. *ad l. 2. in fin. C. eod.* Erneſt. Cothm. *conſil. 83. n. 130. vol. 1.*
quia oblatio † facta non congruo loco & tempore, habetur pro 81
non facta, & periculum remanet offerentis, ea, quæ notat Matth.

Digitized by Google

de Afflict.*deciſ.Neapolit.*150.*n.*11. Scacc. *de commerc. & camb. §.2. gloſſ.5.n.168.169.& 194.& ſeqq.*Georg. Everhard.*conſ.54.n.147.vol.* 1.
82 Eſt autem † inopportunus locus, importunúmve tempus dicitur, non tantùm ſi alio loco vel tempore offeratur, quàm quo dari debuit, ſed & ſi vel ſacra facienti emptori, vel funus ducenti, vel quib. aliis temporibus receptum eſt in jus vocare non decere. *l.2.de in jus vocand.*Cujac.*in tract.8 ad African.pag.mihi* 568. vid. etiam quæ tradit idem Cujac.*conſultat.*57.Confer in terminis Martin.Peg.*in tr.* vom Verkauff.*lib.*2.*c.*5. Balthaſ.Benedell. *in tract.de jure prothomiſ. ad §.inprimis.n.*72.*& ſeqq.*

83 Declara V. † concluſionem, ut realis oblatio fiat teſtatò, hoc eſt teſtibus præſentibus, vel in judicio apud acta, ut negata probari poſſit.*per d.l.acceptam verbis, poſt conteſtationem. & ibi not.* Sichard. *n.2.3.C.de uſur.*Joh.Meichſn.*deciſ.Cameral.5.vot.4.fol.* 53.*tom.3.per l. ſi creditrici verb.ſi teſtibus præſentibus pecuniam debitam obtuliſti, C. de uſur.l.debitor.l.mora.ff.eod.*Cujac.*d. conſultat.*57.

84 Declara VI. † non ſatis eſſe integrum offerre pretium reali-
85 ter, niſi id numeretur in præſentia teſtium; quia oblatio † facta in marſupio & folle, ſine numeratione non ſufficit, ut not. gloſſ.*in l. cum ſervus.ff.de condit.& demonſtr.*Ludovic.Roman.*conſil.*352. Petr. Ferrár.*in form.libell.compromiſſ.verb.legitimè obtulerit.n.*17. Cothm. *dict.reſp.*43.*n.*142.*& ſeq.*Petr.Gregor.*in ſyntagm.jur. univerſ. lib.*26. *c.* 23.*ſub num.* 2. ubi in noſtris terminis, de quibus etiam loquitur Diog.Gomez *in addit.ad Anton. Gomez ſuper comment.in l. Tauri.* 70.*cum* 5.*ſeqq.num.*26.*fol.*543. Nam ſupra declaratione 1. probatum,
86 pretium offerendum eſſe integrum. Sed aliter † conſtare non poteſt, an integrum ſit depoſitum, niſi numeratio facta ſit, quia poſſet dubitari, quid eſſet in marſupio. Bald.*in d.l.acceptam.in 2.not.ad verb. conſignatam.C.de uſur.*Marſil.*ſingul.*479.Jaſ. *conſil.* 172. *colum.*1.*volu.* 2.Capic.*deciſ.29.colum.*2.Roland.à Vall.*conſil.*53.*num.*36.*volum.*1.Sigiſmund.Scacc.*de commerc.& camb.d.§.* 2.*gloſſ.*5. *num.* 155. Cravett. *conſil.*671.*num.*9. Georg. Everhard.*conſil.*10.*num.*111.*volum.*2. Et
87 quamvis † ſint, qui aliud ſentiant eo præſertim caſu, quo creditor accipere recuſat, tamen priorem ſententiam omnibus modis ſequendam eſſe arbitratur & monet Tiraquell. *de retract.convent.§.gl.* 6.*num.*22.

Adver-

Adverte ad hanc declarationem, quod † numeratio non ſimpliciter & per ſe ſit neceſſaria: ſed ſolum ut ex ea appareat depoſitũ eſſe reale & integrum; ideoq; ſi daretur caſus, quo conſtaret de realitate & ſufficienti numero pecuniarum contentarum in burſa, & oblatarum creditori, oblatio etiam ſine numeratione teneret, ut monet Bald. *ad d. l. acceptam. q. 11. n. 21. in fin. C. de uſur.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gl. 5. n. 156.* 88

Limita 1. concluſionem † principalem fallere, ſi retrahens paratus ſit pretium ab emptore ſolutum, cum alio debito liquido compenſare, per tradita Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. §. 13. gl. 8. num.* 10. Martin. Peg. *lib. 2.* vom Vorkauff. *c. 26.* Zaſ. *in tract. de feud. p. 9. n. 30.* Tiraquell. *hic §. 3. gloſſ. 3. n. 2. & 5.* D. Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concl. 53. n. 13.* quia nihil † intereſt an ſolverit quis, an compenſaverit, ut dicit JC. Pomponius *in l. ſi debitor. ff. qui potior. in pign. hab. l. amplius. ff. rem rat. haber. l. vel permutat n. ff. de liber. cauſ.* Sic quando † ſolutio eſt in conditione, dicitur impleta conditio, ſi juſſus ſolvere compenſet. *l. ſi peculium. §. 1. ff. de ſtatulib.* Bart. & Bald. *in l. divortio. §. donationes. ff. ſolut. matrimon.* Indeq; fit, ut † compenſatio contra rem judicatam in ipſa executione, itemq; contra inſtrumentum habens paratam executionem opponi poſſit, *l. 2.* & quæ ibi not. Dd. *C. de compenſat.* Paul. Patiſ. *conſil. 121. num. 18. vol. 1.* Cacher. *deciſ. 92. num. 1.* Andr. Geil. *2. obſerv. 17. n. 10. & ſeq.* ibidemq; Græv. *in coronid. num. 2.* & ita per ſacrum conſilium Neapolitanum deciſum teſtatur Matth. de Afflict. *deciſ. 121. n. 1. & ſeq.* 89 90 91 92

Pro ratione dubitandi facit, quod † compenſatio non vera, ſed ficta & impropria ſit ſolutio, *arg. l. Iulianus aut. 45. ibi: quaſi dederit. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi peculium. ff. de ſtat. homin.* Felin. *in cap. ſublata. colum. 2. de re judic.* Dec. *in c. cum inter. num. 58. de except.* Pariſ. *conſil. 121. num. 19. lib. 1.* Crot. *conſ. 139. num. 7.* Surd. *conſ. 142. num. 12. & conſ. 82. num. 4. lib. 1.* Tiraq. *§. 3. gloſſ. 3. num. 6.* & ſtatuta plerumq; loquantur de ſolutione (uti & conſtitut. Frideric. Imper. *de jur. protimiſ. ibi: ſolvendo precium.*) hoc ipſum de vera & propria, non ficta ſolutione accipiendum, cùm verba ſtatuti propriè & ſtrictè interpretanda ſint, per tradita ſupra ſuo loco. Et ex hac ratione fluctuare & magis in contrariam ſententiam propendere videtur Tiraquell. *hic §. 3. gloſſ. 3. n. 6.* 93

94 Pro ratione decidendi facit, licèt † quoad modum ſatisfactio-
nis per compenſationem, quædam occurrat fictio, attamen quoad
effectum ipſum nihil aliud, quàm vera eſt ſolutio, brevi manu facta,
cum interſit noſtra, potius non ſolvere, quàm ſolutum ſtatim repe-
95 tere. *l.3. ff. de compenſat.* Ne quod † confici per pauciora poteſt,
neceſſe ſit fieri per plura *l.ampliorem.37.§ in refutatoriis. C. de appell.*
*l.nulli.*10. *C.de judic.l.1.ff.quod met. cauſ. l.ne plures. ff. de exercit.act.l.*
planè.ff.famil.erciſc. Joh. Oldendorp. *conſil. Marp.5.n.2.vol.2.* Herm.
Vult. *conſil.34.n.65.vol.*1. & vice versâ dolo facit, qui petit quod ſta-
tim redditurus eſt. *l. 8.ff. de except.dol.l.in condemnatione.173.§.dolo.*
96 *fin.ff.de reg.jur.c.dolo de reg.jur. in* 6. Nihil itaque † aliud eſt compen-
ſatio, quàm per æris ſui computationem ab ære alieno facta libera-
97 tio. Cujac. *in paratit.ff. de compenſat.* & compenſare † idem eſt quod
ſolvere. *l.ſolutionis.ff de ſolut. l.Julianus ait.ff.de condit.& demonſtr.*
Bart. *in l.divortio.§.ob donationis.n. 21.ff.ſolut. matrimon.* Alber. *in l ſi*
quid à fidejuſſore.n.2.ff.de compenſ. Tiraq. *hîc §.3.gl.3. n.2.* Paul. de Ca-
ſtro *conſil.228.n.1.lib.*1. Cephal. *conſ.374 num.*44. *lib.3.* Menoch. *lib.2.*
præſ.48.n.35. Turret. *conſ.10 n.2.lib.1.* Maſcard. *de probat. concluſ.334.*
nu.2. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 19.tit.10.n.6.*
Confer Tuſch. *pract. concluſ.488.n.1.& ſeqq.lit.C.verb.Compenſatio.*
98 & compenſatio † habet vim ſolutionis, teſte Tiraq. *d. gloſſ.3.num.2.*
99 Intrigl. *ſup. Bull: quæſt.22.num.*4. Cum itaque eadem † ſi ratio &
idem planè effectus compenſationis & ſolutionis. *fac. l. ſi mater.* &
ibi gl. & Dd. *C.de inſtitut & ſubſtit.ſub condit. fact.* Proinde ſtatutum
de ſolutione loquens, verificabitur etiam in conpenſatione: Indeq́;
100 ſtatutum † prohibens opponi omnem exceptionem, non dicitur ex-
cludere exceptionem compenſationis. Tiraq. *hic §. 3. gloſſ. 3 n.4.*
Jaſon. *in l.eum qui §.1.n.3.ff. de jurejur.* Aſin. *in tract.de execut.§ 31.cap.*
46.n.2. Angel. *conſ.182.in fin.* Guid. Pap. *quæſt.171.* Grat. *conſ.121.n.*
*18.lib.*1. Benedict. de Barz *in tr.de guarentig.part.3.q.1. in princ.* Go-
zad. *conſil.69.n.*2. Menoch. *lib.2.præſumpt.48.n.34.* Ant. Baver. *in tr.*
de virt.juram.n.33. Burſat. *conſil 305.n.7.lib.3.* Bertrand. *conſ.280.*
*col.1.lib.*2. Sebaſt. Medic. *in tract.de compenſat.p.2.quæſt.*20. Intrigliol.
conſ.8.n.14.lib.1. Turret. *conſ.75.num.*1. *lib.*1. *& conſ.49 num.* 41. *lib.*2.
Surd. *deciſ.191.n.*10. *& conſ.268.num.27.lib.* 2. Thom Zerola *in prax.*
Epiſcop.verb.compenſatio. verſ.ſeptimo idem. ubi dicit, quod iſta exce-
ptio

Digitized by Google

ptio poſſit opponi & adverſus executionem inſtrumenti in forma cameræ: de quo tamen conſule prius Ant. Maſſ. Galeſ. *in tract. ad form. Cam. oblig part. 4. q. 2. num. 16. & ſeqq.* & hoc adeò verum, ut † 101
etiamſi ſtatutum diceret, quod contra publicum inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, niſi ſolutionis, nihilominus admittantur exceptio compenſationis. Jaſ. *in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. colum. 6. verſ. hinc notabiliter. ff. de pact.* Baver. *d. num. 3.* Menoch. *d. præſ. 48. n. 25.* Felin. *in c. ſuborta. colum. 2. de re judic.* Cacher. *deciſ. 92. n. 12.* Alex. *conſ. 12. n. 13. lib. 2.* ubi Marc. Anton. *de comit. in ſchol. addit pen.* Purpur. *conſ. 485. in fin.* Hippol. *ſing. 208.* Intrigl. *ſuper Bulla q. 22. num. 2.* Angel. *conſil. 132.* Socin. Jun. *con. 79. n. 9. lib. 3.* Gigas *in tract. de penſ. Eccleſ. quæſt. ult. n. 6.* Nam oppoſitâ † compenſatione liberatio non 102
ope exceptionis, ſed ipſo jure fit. *l. ult. C. de compenſat. §. in bonæ fidei. Inſtit. de act.* ubi Dd. omnes. Turret. *conſ. 49. nu. 38. lib. 2.* Surd. *conſ. 82. nu. 5. & in tr. de alim. tit. 3. q. 1. nu. 68. & tit. 7. q. 10. num. 15.* Rimin. Jun. *conſ. 392. n. 69. lib. 4.* Cacheran. *d. deciſ. 92. nu. 16.* Cujac. *lib. 15 obſerv. 12.* Donell. *lib. 16. commentar. c. 15.* Matth. Weſenbec. *in paratit. n. 8. ff. de compenſat.* Matth. de Afflict *deciſ. 121. ſub nu. 2.* Hinc etiam eſt, quod licet conditio † ſit adimplenda in forma ſpecifica *per text. in l. Mævius. ff. de condit. & demonſtrat.* Natta *conſ. 430. n. 16. lib. 2. & conſ. 624. n. 4.* Turret. *conſ. 44. n. 7. lib. 2.* attamen ſi eſſet † conditio ſolvendi, 103 104
poſſit adimpleri per compenſationem. *l. ſi peculium. §. de illo. ff. de ſtat. hom.* Tiraq. *hic §. 3. gloſſ. 3. num. 2.* Socin. Jun. *conſ 79. nu. 7. & 8. lib. 3.* Surd. *de alim. tit. 8. priv. 53. n. 1.* Intrigl. *ſup. Bull. d. q 22. n. 7.* atq; jurato † in certo termino ſolvere debens, compenſando ad liquidum, cenſeatur impleviſſe juramentum, *arg. d. l. ſi peculium §. 1 ff. de ſtat. homin.* Socin. Jun. *d. conſ. 79. n. 7.* Bart. *in l. amplius non peti. colum. ult. ff. rem rat. haber.* vid. Card. Tuſch. *pract. concluſ. 488. lit. C. verb. Compenſatio. n. 10. & 11. ubi pro & contra auctores adfert.* quia ſolviſſe † accipere 105 106
debemus non tantùm eum, qui ſolvit, verùm omnem omninò, qui eâ obligatione liberatus eſt, inquit JC. *in l. 4. §. ſolviſſe. ff. de re judic.* ſed is qui † compenſat, liberatur. *l. ſi ambo. ff. de compenſat.* Ergo ſolvit. 107
Nam magis † ad ſubſtantiã obligationis refertur verbum ſolutionis, 108
quàm ad nummorum numerationem. *l. ſolutionis. ff. de ſolut.* Et hanc † 109
ſententiam tuetur Bart. *in l. amplius, n. 8. ff. rem. rat. hab.* Bald. & Panormit. *in c. ad noſtram. de jurejur.* Didac. Covarr. *in c. quamvis part. 1.*

§. 4. num.

Digitized by Google

*§.4.n.8.& ſeq.de pact.in 6.*Martin. Uran. *in d. c. ad noſtram. n. 10. de
jurejur.*Dan.Moller.*ad conſtitut.Elector.Novell.Sax.8.n.1.part.1.* Fa-
chin.*controverſ.7.* ubi ad contraria argumenta reſpondit. Hieron.
Treutler.*diſput.25.th.11.lit A.vol.1.*Setſer.*de juram,lib.1.c.25.n.100.&
ſeqq.*Coppel.*de compenſat.c.4.n. 26.& ſeqq.* Et hanc eſſe veritatem,
quicquid quidam ex Canoniſtis dicant, aſſeverat Carol. Molinæ.
d.§.13.gl. 7.n. 10. eamq; ut veriorem Senatui Pedemontano magis
placuiſſe refert,& multis defendit Cacheran. *d.deciſ.92.* Denique
pro limitat. noſtra facit ratio, quam adducit Tiraq. *alleg.ſupra loc.*
Nam ex traditis ſupra expeditum eſt, quod retrahens ſubintret lo-
cum & veſtigia emptoris,ejuſq; jure utatur, ut præcedenti quæſt.5.
110 concl.1.deductum. Jam verò emptor † venditori agenti ad pretium,
opponere poteſt exceptionem compenſationis. *l.ſi ex venditione.*&
ibi Dd,*ff.de compenſat.* Ergò iniquum non eſt, ut eodem jure utatur
retrahens adverſus emptorem, quo ipſe uti,& ſe tueri poſſet adverſus
venditorem.*rubr. & l. 1. ff. quod quiſq; jur. in alium ſtat. cum ſimilib.*
111 Cui & hæc addi poteſt ratio. Quoties per eum, † cui aliquid ſolven-
dum vel præſtandum eſt, ſtat quò minus id fiat,& conditio adim-
pleatur, tunc habetur conditio pro impleta. *text.in l.ſi poſt diem 5.§.
item ſi qua conditio.ff.quand.dies legat.l cum proponas. C.de naut.fœnor.
l.hæc venditio.ff.de contrah.empt.l.jure civili.ff.de condit. & demonſtr.*
Donell *comment.jur.civil.lib.28.c.10* Grammat.*deciſ.102.n.108.*Me-
noch.*arbitrar.68.n.38.*Joh.Gœdd.*conſil.Marp. 28.n.258. vol.1.* Atq;
per emptorem ſtat, quò minus debitum liquidum retrahenti non
ſolvat, quâ ſolutione factâ in continenti pretium offerre & ſolvere
poſſet. Quod itaque non verè & realiter ſolvitur, non ſtat per com-
penſantem,ſed per eum cui differenti ſolvere, quod liquidò debet,
compenſatur.*l.Julianus ait.ff.de condit. & demonſtrat.*

112 Ut autem † hæc procedat limitato, debitum cum quo pretium
compenſare retrahens deſiderat; debet eſſe omninò, aut ex omni
parte liquidum, imò etiam purum, hoc eſt ſine die & conditione,
ut ſtatim peti & exigi poſſit, aliàs audiendus non eſſet. Cardinal.
Tuſch.*pract.concluſ.489.n.1.& ſeqq.lit. C.verb. Compenſatio.*Mantic.
de tacit.& ambig.convention. lib.22.tit.27.n.68. Tiraquel. *de hoc re-*
113 *tract.§ 3.gloſſ.3.n.11.vid.l.ult. C. de Compenſat.* Dicitur autem † debi-
tum liquidum, de quo apparet, quid, quale & quantum ſit. *l. certum.*

& ibi

& ibi Bart. Jaſ. & alii. *ff. ſi cert. pet. l. ubi autem non apparet. 75. de verb. oblig. l. hoc autem §. nec defendi, ibi: conſtare liquereq; debet, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur.* Quinimò † quantumvis de quantitate conſtet, & 114
tamen cauſa obligationis non appareat, communiter Dd. ſtatuunt, debitum pro liquido non haberi *per l. 2. §. circa. verſ. ſi quis ſine cauſ. de dol. mal. & met. except. l. cum de indebito. §. fin. de probat. l. nuda. de donat.* gl. magn. *in l. ſcripturas. C. qui potiores in pign.* Bald. *in l. generaliter. de verb. obl.* ita ut & de quantitate debiti, cauſa obligationis, & ejuſdem juſtitia & veritate conſtet. Fieri autem † cauſa liquida poteſt, vel ad- 115
verſarii confeſſione, vel probationis celeritate, quæ inſtrumentis & documentis omni exceptione majoribus expediri poteſt. Confer Donell. *ad l. ult. n. 6. & ſeq. C. de compenſat. & ad §. 30. n. 8. Inſtitut. de action.* Indeq; pro † liquido habendum eſt, quod in promptu liquida- 116
ri poteſt, ſicut & probato habetur, quod ſtatim probari poteſt, nec altiorem indaginem requirit. Bart. & Dd. *in l. ult. C. de edict. Div. Hadrian. toll. junct. l. penult. C. de teſtam. milit. l. non tantum. 17. ff. de excuſat. tut. l. 4. §. de dolo. 26. ff. de dol. mal. except.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in Saband. judicat. lib. 4. tit. 22. defin. 2.* Quid autem † illud ſit, quod ſtatim 117
fieri poſſit, judicis arbitrio relinquit Guid. Pap *q. 132.*

Limita II. concluſionem 1. † niſi precium ab emptore non- 118
dum ſit ſolutum, tunc enim non ei, ſed venditori offerri poteſt, maximè ſi emptori res nondum ſit tradita. Conf. Tiraquell. *hic. §. 1. gloſſ. 18. n. 32. & n. 48.* Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 13.* ubi tradit, retrahentem vel ex hac ratione non teneri ſolvere emptori pretium promiſſum, necdum tamen ſolutum; quia per hoc non liberaretur à venditore, à quo in ſubſidium emptore non ſolvente, poſſet conveniri hypothecariâ, & fortè rei vendicatione, ſi forte fides non eſſet habita de pretio, vel res eſſet fraudulenter extorta. & ibid. remittit ſe ad §. 23. *n. 17.*

Sublimita hanc limitat. † niſi emptor ex juſta cauſa ad pretii 119
ſolutionem venditori non ſit obſtrictus, utputa ſi venditor emptori tantùm debuit, & illud debitum cum pretio convento compenſet, vel ſi ei pretium venditor donet & remittat, tunc enim nihilominus retrahens emptori tenebitur pretium ſolvere, quamvis ipſe non ſolverit venditori, per tradita ſupra ſuo loco.

Limita III. concluſionem 1. † procedere, modò pretium bonâ 120

Digitized by Google

ſide & ſine fraudis conſilio ſit promiſſum & ſolutum; Bald. *ad.l.1.C. de reſcind.vendit.* quem alleg. & ſequitur Chaſſan. *ad conſuetud.burgund.tit.de retract.rubr.* 10 § *1.gloſſ le pris.n 9.* Balthaſ. Bened. *in tract.de jure prothomiſ.ad §.inprimis.n.81.91.& duob.ſeqq.* Martin.Peg. *in tract.* vom Vorkauff. *lib.2.c.24.ibi:* Der Kauffzieher iſt nicht ſchuldig etwas / weder die Kauffſumma / die dem Verkauffer mit Grunde der Warheit vnd ohne Betrug behändiget werden/zu bezahlen. *fol.23.b.* Et huc fac.text.in Conſtitut.Frideric. *ibi: quantum quivis emptor ſine fraude dederit, de jur.protimiſ.* & text.in jur. Feud. *c.1. §.ſed etiam res. ibi: vel alii proximiori, pro æquali pretio accipere volenti: per quos fiat inveſtitur. 2. Feud.3.& c.1. §. 1. verſ.porrò.in verb.conceſſa erat Domino pro æquali pretio redemptio.qualit. olim. Feud. alien. poter. 2. Feud.9.* Hartm. Piſt. *quæſt.12.n.9.lib.2.part.1.* Conſ.Martin.Peg. *in tract.* vom Vorkauff/ *lib.2.cap.21.* ubi tractat, quod venditio fraudis ſuſpicione non careat, ſi (quod ſæpè venire ſolet) venditor in inſtrumento confeſſus fuerit, ſe accepiſſe vel totum vel partem pretii, & ſic retrahens ſummam agnitam ſolvere præcisè non teneatur, de quo vide etiam quæ habet Bened. *in tr.de jure prothom.ad §.inprimis.n.81.*

321 Declara hanc limitationem, † pretium hîc videri juſtum, non quod retrahenti videbatur: Sed illud ipſum, quod emptor ſine fraudis conſilio dare paratus fuit, vel etiam dedit, aliâs enim non admittitur tanquam pretium juſtum non offerens. Petr.Greg. *in ſyntagm. jur.univ.lib.26.c.22.n.1.per l.ad officium.ff.comm.divid.* Alvarott. *ad d.§.ſed etiam.colum.2.per quos fiat inveſtit.* Virgin.de Boccat. *in tract. de manuten.poſſeſſ.c.18.n.201.* Matth. Berlich. latè & eleganter *p.2.concluſ.pract.41.n.2.& ſeqq.* ubi *n.7.* teſtatur, hanç ſententiam etiam approbâſſe Auguſtum Electorem Sax. in ſuis novellis *p.2.conſt.33.verſ.* So haben doch vnſere Verordnete/ꝛc. Zobell. *in different.jur.civil.& Saxon.differ.37.n.8.part.2.* ut & alii infra ad rationem decidendi allegati. Conſ.etiam Pegium vom Vorkauff. *lib.2.c.17.*

322 Amplia hanc declarationem, † etiamſi tale pretium conventum vel exſolutum juſtum rei pretium verè excedat, per ea quæ tradit Tiraquell. *hic §.1.gloſſ.18.num.4.* Petr.Gregor. *d.cap.22.* Guid. Pap. *ſing.780.in emptione.* Nicol.Boër. *deciſ.143.* Virgin.de Boccat. *in tract.de manuten.poſſeſſ.c.18.n.198.* Hartman.Piſtor. *d.quæſt.12.n.9.* ubi dicit hoc caſu non tam ad juſtam rei æſtimationem haberi reſpectum,

Digitized by Google

ſpectum, quàm id ſolummodo conſiderari, quod emptor dederit.
Itáque hujus ratio, quia † retrahens per quandam juris ſurrogatio- 123
nem ſuccedit in locum emptoris, perinde habetur, ac ſi ipſe con-
traxiſſet, per tradita *ſupra quæſt. 5. concluſ. 1.* contractus autem ex con-
ventione legem accipiunt. *l. 1. §. 6. ff. depoſiti.* ideóque æquum eſt,
ut retrahens legem, contractui circa pretium ab emptore dictam,
ſervet. Tanti enim † res valet, quanti vendi poteſt. *Auth. hoc jus por-* 124
rectum. C. de SS. Eccleſ. l. ſi ex duobus. §. cum igitur. ff. de in diem addict. l.
ſi ſervum. ff. ad L. Aquil. ad l. qui Romæ. §. coheredes. num. 4 ff. de verb.
oblig. Weſenbec *conſil. 66. n. 35.* Köppen. *deciſ. 44. num. 39.* Matth. Ber-
lich. *deciſ 126 num.* 15.

Limita hanc Ampliat. † niſi pretium datum vel promiſſum ul- 125
tra dimidium excedat juſtum valorem, hoc eſt, niſi quis duplo emat,
utputa ſi aliquis rem centum aureorum juſti valoris emat ducentis
& aliquantò pluris. Mynſing. *obſerv. 73.* add. Covar. *2. 2. var. reſolut. c.*
3. nu. 8. Communis enim † & verior eſt ſententia. *l. 2. C. de reſcind.* 126
vendit. æquè in emptore læſo atque in venditore locum habere, tum
quod emptori etiam venditoris jura prodeſſe ambigendum non ſit.
l. emptor. 28. C. de evict. tum quod † in jure venditionis appellatione, 27
etiam emptio contineatur. *l. veteres. ff. de act. empt.* Alciat. 5. *parerg. c.*
15. tum quia eadem æquitatis ratio id ſuadere videatur, tum quia em-
ptor † & venditor ſunt correlativa, & quicquid eſt diſpoſitum in u- 128
no, cenſetur etiam diſpoſitum in alio *text. in l. fin.* ubi Jaſ. *n. 17. C. de in-*
dict. vidui. tollend. & in l. fin. ff. de accept. l. cum emptor. in pr. de reſc. vēd.
l. bona fides. de act. empt. l. ſi duo patroni §. ſi quis juraverit. de jurejur. Fa-
bian. de Monte *de empt. & vendit. 2. q. princ. num. 32. & ſeq.* Plot. *de in*
lit. jur. §. 4. n. 77. in fin. & num. ſeqq. Viv. *lib. 1. opin. 284.* Emanuel Soa-
rez *in theſaur. recept. ſententiar. lit. V. n.* 30. qui duo poſteriores hanc
ſententiam communem perhibent. Berlich. *deciſ. 43. n. 9.* Nic. Everh.
in loc. à correlativis. ſub n. 9. Et hanc † communem ſententiam poſt 129
Speculat. Bart. Bald. Salyc. & alios *ad d. l. 2.* ſequitur Anton. Gabriel.
in commun. concluſ. lib. 3. tit. de emption. concluſ. 1. n. 31. fol. 304. Pinell. *ad*
d. l. 2. cap. 2. p. 1. Didac. Covarr. *2. var. reſolut. cap. 3. num. 8.* Obrecht. *in*
diſputat. 35. ad d. l. 2. C. de reſcind. vendit. theſ. 31. & ſeqq. ubi communem
teſtatur, additâ ratione, quod beneficium leg. 2. non perſonæ, ſed
cauſæ, videlicet læſioni tributum ſit. Non enim † venditori com- 130

petit quia venditor, ſed quia læſus eſt, idem ergò & in emptore, ſi
læſus ſit, æquitatis ratio ſtatui jubet. Donell *ad d.l.2.num. 17.* Anton.
Fab. *lib.2.conjectur.c.16.* Robert. *lib. 2.animadverſ. c. 13. & 14. & lib. 2.*
notat.c.13. Giphan. *ad l.16.n.9. & ſeqq.ff.de R.J.* Matth. Stephan. *cent.*
3.quæſt.illuſtr.71. Fachin. *2.controv.16.* Treutler. *diſput.2.th.9.volum.2.*
Cùm itaque beneficium *d. l. 2.* etiam in emptore locum habeat, du-
bium non eſt, quin eo etiam utatur retrahens, ſi plus duplo exſolvit,
contra venditorem. Nam retrahens ſurrogatur in jus & locum
131 ipſius emptoris, per tradita *ſupra quæſt. 5. concluſ. 1.* Et res ad ipſum †
tranſit cum eadem qualitate, eodem jure, eodemque onere, quod in
emptore reſidet, ut in terminis retractus infert Obrecht. *d.diſput.35.*
132 *theſ.36.* Quemadmodum † & venditor ſi ultra dimidium juſti pre-
tii deceptus ſit, non minus contra retrahentem, quàm emptorem
ex d.l.2.de reſcind.vendit. rectè agit. Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ.*
tit.1.§.13.gloſſ.5.in verb.vendu.num. 22.in fin. Roſenth. *de feud.cap.9.*
concluſ.90.num.12. ubi de utroque caſu idem ſtatuit. Schrader. *de feud.*
part.5.c.6.num. 13.

133 Pro ratione dubitandi facit, quod dicit Sextus Pedius, pretia †
rerum non ex affectione nec utilitate ſingulorum, ſed communiter
fungi. *in l.ſi ſervum.33.ff.ad L. Aquil.* quod repetitur *in l. pretia.63.in*
134 *princ.ff.ad L.Falcid.* hoc eſt, ex communi † regionis æſtimatione, ex
rei qualitate, & quanti res publicè vendi poſſet, *per text.in c.1.ibi: ca-*
rius vendunt, quàm in mercatu vendere poſſent, de empt. & vendit. &
135 not.gl.magn. *in l.2.C.de reſcind. vend.* ex quo etiam receptum eſt † a-
nimoſi licitatoris æſtimationem non eſſe admittendam. *l. locatio.in*
princ.de public. & vectigalib.l.ad officium.in fin.cum ibi notat. C. comm.
divid. Alvar. Valaſc. *in conſultat.regni Luſitan.conſ.43. n. 11.* Cæpoll. *de*
ſimulat.contr.n.14. Pinell. *ad l.2.p.3.c.4.n.18.C. de reſcind.vend.*

136 Pro ratione decidendi præmittendum, pretium † aliud eſſe
conventum, aliud commune, aliud ſingulare, aliud fraudulentum
137 & planè iniquum. Pretium † conventum eſt, quod ab ipſis contra-
hentibus voluntariâ conventione ſtatuitur ac definitur, idq; juſtum
& legitimum eſſe cenſentur. *l.ſi voluntate.8.in verb.ad certũ conſentiãt*
pretium.C.de reſcind.vend.l. circumſcripta.ff.de ſolut. Pantal. Cremenſ.
in l.2.n.18.143.& 260.C.de reſcind.vend. Maſc. *de probat. concl.1225.*
n.1.& ſeqq. Fabian. de Mont. *in tractat.de empt. & vend. quæſt. 8.nu.15.*
Valentin-

Digitized by Google

Valentin.Forſter. *conſil.Marp. 10.num.65.vol.4.*adeò ut,† ſi dolus 138
abſit,naturaliter circumſcribere ſe contrahentibus permittatur. *l.in cauſæ.16.§.idem Pompon.ff.de minor.l.item.22.§.ult.ff.locat.l.ſi quis donationis.ibi: quoties verò viliori pretio, &c.ff. de contrah. empt.* Andr. Dinner.*latè de juſt.rer.pret.defin.q.*1.Pruckman.*conſil.49.n.129.vol.1.*
Nam venditoris † votum ſemper eſt pluris vendere, emptoris verò 139
minoris emere.*d.l.ſi voluntate.8.C.de reſcind.vendit.l.in cauſæ.§.pen.ff.de minor.l.item ſi pretio.§.quemadmodũ.ff.locat.*Menoch. *de præſumpt. lib.3.præſ.122.n.83.* Mynſing. *obſerv.73 cent.4.* Pretium commune † 140
eſt,quo res communiter æſtimatur, eâq; vendi comparariq; ſolet. *l.ſi quis uxori.52.§ ſi ſtatuliber.29.ff.de furt l.2.§.portio 4.ff.ad leg.Rhod. de jact.l.filiusfam.114.§.ſi quid alicui.5.de leg.1.* Gail. *de pignor. c.18.n.8. & ſeqq.*vel quod communiter à quolibet, ſciente qualitatem rei, datur,ita ut apud unum non plus valeat,quàm apud alium. Pinell.*ad l.2. p.3.c.4.n.17.18.C.de reſcind vendit.*Covar.*var.reſolut.lib.3.c.3.* Maſc. *de probat.concl.1396.n.6.*Gabriel.*conſil.74.n.8.vol.1.*Schneidewin.*ad ad princ.n.11.Inſtit.de L.Aquil.*Dicitur aliâs † pretium verum : *l.2.C.* 141
de reſcind.vendit.l.communi.7.§.inter.12.ff commun.divid.cum allegatis ſimilibus apud Dinner.*in tract.de juſt.rer.pret.defin. q.2.fol.15.in fin.* vel autoritate Lucilii veteris illius Poëtæ,quando ait:

Virtus eſt pretium rebus perſolvere verum.

Idq; ſecundum cujuſq; regionis & loci conſuetudinem regulatur.
Indeq; experientiâ teſte , quamlibet † ferè Germaniæ provinciam 142
ſpeciali conſuetudine certam bonorum æſtimationem habere, quã vulgò Anſchläge der Güter nominant,dicit Kôppen. *d.deciſ.44.num.* 12.ubi etiam tradit,quomodo pretia ex qualitate rei, ſitus, aliarumque circumſtantiarum varient , cui adde inprimis Covarruv. *var. reſol.cap.3.*Coler.*de proceſſ.executiv.par.3.cap.9.n.140. & ſeqq.* Andr. Dinner.*de juſt.rer.pret.defin.quæſt.3.*Paul. Matth. Wehner.*pract. obſ. lit.A.verb.*Anſchläg der Güter.*pag.29.* Alex. Raudenſ. *reſponſ.17.nu. 36.& aliquot ſeqq.* ubi multa notabilia circa hanc materiam congeſſerunt. Pretium † ſingulare, quod etiam affectionis dicitur , eſt 143
quod ſingulariter æſtimatur ex aliquo ſpeciali affectu, propter certam qualitatem inhærentem rei , quæ non eſt tranſmiſſibilis ad alios,utputa quando mihi res eſt carior exinde , quod fuit meorum majorũ,&c.ut eſt caſus *in l.ſi in emptionem.35.ff.de minor.l.lex.quæ.22.*

Digitized by Google

*C.de adminiſtr.tut.*Bart.& Dd.*in d.l.pretia rerum.ff. ad l.falcid. & in l. unic.* ubi notabiliter Petr. Rebuff. *n.81.& ſeqq.de ſentent.quæ pro eo*
144 *quod intereſt.* Fraudulentum verò pretium † eſt, quod fraudis conſilio,dolosè fuit auctum,vel alioquin in eo conſtituendo per colluſionem licitatoris fraus fuit commiſſa, ad impediendum fortè retractum,quo caſu ad veram & juſtam rei æſtimationem recurrendum, ut poſt Alvarott. Matth. de Afflict. Schenck & alios ſcribit Hartm. Piſt. *d. q.12.n.13.argum. l.ad officium.verb.æſtimatione juſtà factà.C. comm.divid.*& duntaxat inſpecto,quod ab alio,accipi poteſt.*l.fin.C.*
145 *de jur.emphyt.*Poterit itaq; † eo caſu adiri judex,ejuſq; implorari moderatio , qui ex perſonis cauſiſq; id ſtatuet : neq; enim malitiis hominum indulgendum *l.in fundo alieno.ff.de rei vendicat.* quod totum ex rerum perſonarumq; circumſtantiis diſpiciendum.

146 Quod itaq; † attinet ad leges pro dubitandi ratione adductas, illæ locum habent , quoties propter intervenientem fraudem contrahentium,vel aliam ob rationem ad commune,& non conventionis pretium,judicis legis , vel ſtatuti & conſuetudinis juſſu deveni-
147 endum eſt , In præſenti autem † retractus negotio æquum eſt retrahentem ad pretium conventionis,ſine fraudis conſilio conſtitutum teneri, per jura ſupra ad ipſam limitat. 3. adducta quibus adde *l.fin. ibi: tantam qualitatem quantam ipſe reverà ab alio accipere poteſt.* ibidemq; Salicet.& Jaſ. *C.de jur. emphyteut. cap.potuit.ibi:quantum ſibi*
148 *ab aliis offertur.de locat.* Qui enim præfertur † alicui in venditione alicujus rei,regulariter tantum dare debet, quantum alius daturus eſſet.*arg.text.in l.in fundo. ibi: ſi paratus eſt dominus tantum dare, & c.de rei vendic.& in l.prætor.§.in eum.ibi: quantum perciperetur ſi diſtracturus eſſet.ff.de bon.auct. jud.poſſid. l.ſi quis uxori. §. ult. ibi: tanti æſtimandus,quanti emptorē inveniri poteſt.ff. de furt l.ſervus fugitivus. in princ. ff.de condict.furt.*Tiraq.*hic d.§.1.gl. 18. n.5.& ſeq.*Wefenb. *conſil.66.n. 33.& aliquot ſeqq.*Quod verò hoc caſus non commune, ſed conventum pretium ſpectetur , æquiſſimam etiam hanc debet rationem,
149 Quod beneficia † alicui indulta (quale eſt jus quoq; retractus) ita generaliter intelligenda ſint,ne alteri damnum inferant.*l.2.§ ſi quis à princ.ff.ne quid in loc.publ.l.nec avus.C.de emanc.li.c.ſuper eo.de offic.de l.* Jaſ.*in l.fin.n.20.ff de conſtit.Princ.ad d.l.40.de tut.admin.*Andr. Geil. *2.obſ.1,n.14,*Par igitur eſt,ut & emptor recipiat,idquod dedit,& venditor

ditor quod alius ſine fraudis conſilio ei daturus fuiſſet, cùm alteri per alterum iniqua conditio inſerri non debet. Quinimò duplici onere afficeretur emptor, qui pretium jam exſolvit, tum quod invitus rem bonâ fide emptam dimittere, tum quod de pretio ſoluto aliquid remittere cogeretur, cùm tamen receptum ſit, neminem † duplici o- 150
nere gravandum. *l. navis. §. cum autem. &* §. *cum ergò. ff. ad L. Rhod. de jact. cum ſimilib.* Hartm. Piſt. *d. quæſt. 12. nu. 10. & ſeq. lib. 2. part.* 1. adde quæ tradit Köppen. *d. deciſ. 44. n. 36. & ſeqq.* Weſenb. *conſil. 66. nu. 34. & ſeq.* Et hanc ſententiam † poſt allegatos tuentur Bart. & Salicet. 151
ad l. dudum. n. 5. C. de contrah. empt. Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ.* §. *13. gloſſ. 5. n. 9. & ſeqq. & gloſſ. 8. n. 1. & ſeqq.* Andr. Rauchbar. *quæſt. 43. n. 21. part. 1. & quæſt. 14. n. 19. part. 2.* Moller. *in Conſtit. Saxon. 33. part. 2.* Robert. Marant. *diſp. 8. n.* 30. Nicol. Boër. *deciſ. 143. n. 3.* idemq; etiam in retractu feudali obtinere textus juris feudalis ſatis apertè oſtendunt. *c. un. §. ſed per quos fiat inveſtitur. cap. porrò, qualiter olim feud.* & utrobiq; Matth. de Afflict. *n. 6.* Schrader. *de feud. part. 8. c. 3. n. 6. & c. 7. n. 7.* Vultej. *de Feud. c. 11. n.* 104. Roſenthal. *c. 8. concluſ. 91. nu. 3.* Aliam juſti pretii conſiderationem quoad læſionem vide apud Valaſc. *deciſ. Luſitan. 44. n. 1. & ſeqq. lib. 1.*

CONCLUSIO II.

Retrahere volens † pretium non ſolùm integrum, ſed etiam 152
in moneta proba, ejuſdem ponderis & bonitatis, in qua illud ab emptore ſolutum vel promiſſum fuit venditori, offerre debet, ne incommodo aliquo vel emptor vel venditor afficiatur. Tiraquell. *hîc §. 1. gloſſ. 20. n. 11. & ſeqq.* Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gl. 8. n. 2.* Papon. *deciſ. ſive arreſtor. lib. 11. tit. 7, arreſt. 17.* Paul. Matth. Wehner *in practic. obſervat. verbo* Goltgülden/ꝛc. *verſ. an in retract. fol. 254. & fol. ſeq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 302. n. 15 & ſeqq.* Joh. Gœdd. *conſil. Marp. 19. n. 127. vol. 4.*

Pro declaratione hujus concluſionis præmittendum, in pecunia vel moneta proba, triplicem ſpectari juſtitiam: † 1. materiam 153
publicè electam. *l. 1.* & ibi Dd *ff. de contrah. empt. l. 1. ibi: probæ ſpeciei. Cod. de vet. num. poteſt. Nov. Leon. 52. cir. fin. ibi: materiam non adulteratam, &c.* Vulgò der juſte Gehalt oder Korn / .2. pondus, das juſte Gewicht oder Schrott. *Geneſ. 23. c. quando perſonam, de jurejur. ibi: legitimo*

*gitimo pondere fraudatam.d.l.ibi: æqualitate quantitatis. d.l.ibi: debiti ponderis.C.de vet.n.poteſt.d.Nov.Leon.52.circ.fin.ibi: & plenum pondus habeat.*3.æſtimationem electæ materiæ proportionaliter, pro bonitate ejus & ponderis quantitate, publicâ auctoritate impoſitam, die darauff proportionaliter gerichtete Valvation. Zachar. Geitzkoffler in wolbegründtem Bedencken von Müntzwesen / ꝛc. verſ. Daß ein Müntzweſen gerecht vnd gut genennet werde / ꝛc. *fac.d.l.1.in verb.eaq; materia formâ publicâ percuſſa. de contrah. empt.* certoq; charactere, imagine & inſcriptione inſignitam, juxta illud: cujus eſt imago & inſcripto. *Matth.22.v.17.18.20.* Conf. Henr. Bocer. *in tract.de jur.*
154 *monet.cap.2.n.*1. Et ita † vel uno horum deficiente, moneta non cenſetur juſta & proba, per tradita Bald. *in rubr. Cod.de contrah.empt.* Sichard. *ibid.ad rubr.n.3.* Petr. Gregor. *in ſyntagm.jur.univ.lib.36.*
155 *c.2.n.1.* Bodin. *de repub. lib.6.cap.3.* Nam quoties † plura in eodem ſubjecto copulativè requiruntur, non ſufficit partis adimpletio. *l. unde etiam illud.§.penult.ff.de itin.act.priv.l.ſi per alium. §. docere.* & ibi Caſtrenſ. & Jaſ. *ff.ne quis eum, qui in jus voc.& ſimilib. apud* Regn.
156 Sixt. *conſil.Marp.*21.*n.*70.*volum.*2. cùm † ad veritatem copulativæ requiratur concurſus omnium & ſingulorum copulatorum. Johan. Petr. Surd. *conſ.313.n.39. conſ.329.num. 25.conſ.354.num.22.& deciſ. 272.n.5.* Vincent. Honded. *conſil.1.num. 20.volum.1.& conſ.48.nu.4. vol.2.* Barthol. Bertazol. *conſ.crim.537.num.3.lib.2.* Anton. Hering. *in tract.de fidejuſſ.c.*10.*num.165.* Roland. à Valle *conſ.99.n.5.volum.4.*
157 Indeq; nata diſtinctio † communiter à Dd. approbata, inter num-
158 mi bonitatem intrinſecam & extrinſecam. Intrinſeca † bonitas eſt metallum, ſeu materia electa, certi ponderis, magnitudinis & ſubſtantiæ, das Gehalt oder Korn / Gewicht oder Schrot. *arg.d.l.1.l.2. C.de vet.numiſm.poteſt.lib.11.gl in c. quanto.de jurejur.* Schneidewin. *ad §.bona fidei, nu.33. Inſtit.de action.* Geil. 2.*obſ.73.num.7.8.* Extrinſeca
159 † verò bonitas conſiſtit in æſtimatione, à Principe vel alio, cui is cõceſſit hoc regale cudendi monetam, ſecundum leges imperii & materiæ electæ bonitatem proportionalem impoſita, valore, curſu & uſu monetæ, quod nos dicimus den Werth. Schneidewin. *d.loc.* Erneſt. Cothman. *1. reſponſ.34.num.18.& ſeqq.* Conſulatur etiam de hac diſtributione Bocer. *de jur.monet.c.2.num. 69. & ſeqq.* Ex hac intrinſecæ & extrinſecæ bonitatis nummi diſtinctione, nummorum

valor

Digitized by Google

valor † duplex occurrit: naturalis ſeu proprius, quíve perpetuus eſt. 160
d. l. 1. in verbis. perpetua æſtimatio. de contrah. empt. & accidentalis, ſeu
impoſititius, qui dependet ex voluntate ejus, qui monetam percuſ-
ſit, vel etiam ex curſu & uſu communi monetæ, wie ſie genge vnd gebe
iſt. Naturalis valor (uti eum appellat Germaniæ JCtus celeberri-
mus Erneſt. Cothman *d. conſil. 34. n. 24.*) qui & perpetuus dicitur,
ex dignitate materiæ, ejuſque pondere & magnitudine æſtimatus,
jure gentium perpetuam functionem recipit, quia natura † ſemper 161
agit æqualiter & uniformiter, eaq́; quæ à natura vim operandi acce-
perunt, eandem in omnibus ſervant. Ariſtot. *8. Phyſ. text. 8. & lib. 1.*
Polit. c. 2. Zachar. Viet. *diſſertat. topic. 4. num. 131. & aliquot ſeqq.* adeò
iſte naturalis valor penè ſolus commerciis inter gentes exercendis
aptus & idoneus eſt. Hinc JC. Paul. *in d. l. 1. de contrah. empt.* Electa
eſt, inquit, materia (non ſcilicet quævis, ſed talis) cujus publica ac
perpetua æſtimatio, difficultatibus permutationum æqualitate
quantitatis ſubveniret. Et ita etiam intelligendum, quod dicit JC.
in l. 3. ff. de in lit. jur. pecuniæ † & nummorum æſtimationem (videli- 162
cet naturalem) ſemper eſſe certam. Receſſ. Trever. de anno 1512.
§. Nach dem auch in gehaltenem/ ꝛc. ibi: eine beſtändige / redliche/
güldene Müntz / ꝛc. & Receſſ. Auguſtan. de anno 1530. §. Dieweil
nach vielgehabter. ibi: beſtändige / warhaffte vnd gerechte Müntz
cum ſimilib. Perpetuus † enim & certus dici valor impoſititius non 163
poteſt, qui ab hoc vel illo Rege, ſeu populo, materiæ, ponderi vel
qualitati incongruus imponi poteſt & quandoque ſolet, proindeq́;
mutationi obnoxius eſt iſte valor impoſititius, illis tantùm, qui uni
ſuperiori parent, qui certam monetam cudi fecit, publicus eſt, re-
ſpectu verò aliorum populorum, qui iſtius imperio non tenentur,
neque publicus, neque etiam perpetuus, ſed omninò privatus eſt.
Conf. Farinac. *de crimin. laeſ. Majeſt. q. 115. inſpect. 1. n. 3.* Sic † in Im- 164
perio accipimus Ducatos Hungaricos & Turcicos, item corona-
tos Gallicos, non eo valore, qui à Rege Hnngariæ, Galliæ, & Imper.
Turcico iis eſt impoſitus; ſed eo potius, quanti aurum, ex quo con-
fecti ſunt, pro ſua bonitate & quantitate ac pondere æſtimari poteſt
Huc facit, quod in deput. Abſchiede zu Franckfurt de anno 1571. §.
Alsdann auff jetzigem Deputationstage fürbracht / daß die Engel-
lotten/ Heinrichs Roſen/ vnd Schiffnobeln/ in den Ober- vnd Nieder-

Sächſiſchen Landen von langen Zeiten hero / in Handthirungen / mit Polen / Dennemarck / Schweden ꝛc. gantz bräuchlich / vnnd ſolche Sorten von treffentlichem guten Golde / vnd NB. darumb vor Wehrſchafft im Reich billich paſſiren ſolten: Auff ſolch Vorbringen / fuit decretum Cæſaris , daß ſolchen güldenen Sorten auch jhr gewiſſer gebührlicher Werth an Schrot vnd Korn (wie hiebevor etzlichen Hiſpaniſchen vnnd Frantzöſiſchen Ducaten vnnd Kronen) auff nechſtkünfftigen Probationtägen gemachet / vnd darauff dieſelbe für Wehrſchafft anzunehmen befohlen werden ſolle. Concordat. text. *in Nov. Leon. 52. circ. fin. ibi*: Sancimus, ut ſecundum benignum illorum reique publicæ commodiſſimum judicium numiſmatis omne genus (quod quidem formam materiamq; non adulteratam , & plenum pondus habeat) ſive vetuſtioris cujuſpiam Principis , ſive recentio-
165 ris ſit, æqualiter & æſtimetur & in republica tractetur. Experta † eſt proh dolor Germania ferè univerſa proximè elapſis annis magno multorum incommodo, quod valore monetarum, in hiſce bellorum motibus & peculatorum publicorum avaritiâ indies creſcente , nihil fuerit incertius, nihil mutabilius , ſingulis menſibus, ſeptimanis,
166 imò ferè diebus, valore nummorum. Impoſititius † itaq; & uſualis valor, niſi bonitati & ponderi materiæ , quemadmodum olim factum, reſpondeat, uti loco & tempore variat : ita etiam ab eo, qui eam percuſſit, vel à ſummo Principe , vel ex uſu comuni, augeri, minui, vel etiam reprobari ſolet. *l. eleganter. 24. §. qui reprobos. de pignor. act. l. creditor.* 102. *de ſolut.* add. Kayſ. Ferdinand. I. newe Müntzordnung de anno 1559. §. Aber folgende Thaler. & ſub. rubr. ſollen hinfüro in Bezahlung nicht genommen werden / ꝛc. ubi multæ recenſentur nummorum ſpecies, quæ planè reprobantur , vnd damit der gemeine arme Mann dardurch nicht zu hoch beſchweret / ſo ſoll ein jede Obrigkeit von jhren Vnterthanen / die obgeſetzten Thaler auffwechſeln / vnd in die newe Reichs-Müntz verwenden / hoc eſt, ne ſubditi præſertim pauperes , ex reprobatione iſta magno nimis damno afficiantur, debet magiſtratus cujuſque loci , à ſuis ſubditis illam pecuniam reprobatam in certa æſtimatione recipere , & in uſum novæ
167 & approbatæ monetæ, convertere. Reprobata † autem fuerunt iſta nummorum ibi enumerata corpora , quod materiæ dignitas & pondus valori impoſito , proportionaliter non reſpondebat , weil der

Gehalt

Digitized by Google

Gehalt/Schrot vnd Korn / dem Werth nicht gemeß geweſen. Adde in eadem Conſtit. enumeratas nummorum reprobatorum ſpecies, ſubr rubr. Vnnd ſeynd dieſe die Inländiſche geringe güldene Müntzen/ſo nicht mehr genommen werden ſollen/ꝛc.

Pro ratione dubitandi, ad prædictam diſtinctionem 1. adferri poteſt, quod † pecunia ſit quantitas. *l. ſi is cui nummos. 94 §. 1. ibi: in pecunia non corpora cogitet, ſed quantitatem ff. de ſolut.* Ideoq; rebus corporalibus opponitur. *in l. quod dicitur. 5. ff. de legat. 3. l. planè. 34. §. 2. ff. de legat. 1.* Quantitas † autem tanquam accidens incorporeum, materiæ expers eſt. 168 169

Pro ratione decidendi facit. 1. Quod † pecunia dicatur quantitas, non ſimpliciter abſolutè, ſed ſecundum quid, ſcilicet quatenus ut aliæ res fungibiles, quantitatis nomine functionem recipit, quo reſpectu, omnes res fungibiles, quæ pondere, numero & menſurâ conſtant, & in genere ſuo functionem recipiunt, (ceu loquitur JCtus *in l. 2. §. 1. de reb. credit.*) utputa frumentum, oleum, vinum, &c. quantitatis nomine veniunt, *arg. l. cum aurum. 19. ff. de aur. & argent. legat. l. vinum. de reb. cred.* Jacob. Cujac. 11. *obſerv. 37.* Joh. Gœdd. *ad l. 4. ff. de verb. ſignific.* Secundò notandum, pecuniam quidem conſiſtere in genere & quantitate non † tamen reverà eſſe genus & quantitatem, ſed corpora naturalia continere, quæ ſunt quidem ſub genere, hoc eſt, ſub ſimili communicatione functionis, ut notat Udalric. Zaſ. *ad l. mutuum. num. 8. ff. de reb. cred.* imò pecunia nulla eſt, quæ non corpore prædita ſit, ſed nos eâ, uti & aliis rebus fungibilibus ita fruimur, ut non tam corpora earum ſpectemus, quàm quantitatem, inquit acutiſſimus Cujac. *d. obſerv. 37. lib. 1.* ubi addit: Cæteras res corpore valere certo vel incerto: certo, ut Stichus: incerto, ut homo: vel intellectu, ut poſſeſſio, ſervitus, nomen. Quæ † verò pondere, numero, menſurâ conſtant, quantitate valere potius (cæteris videlicet paribus) quam corpore. *l. 1. §. non ſolum. ff. ad leg. Falcid d. l. ſi is cui nummos. ff. de ſolut.* 170 171 172

Secundò pro ratione dubitandi facit, quod quidam ſtatuunt, intrinſecam nummi bonitatem conſiſtere in valore impoſititio, & æſtimatione; cùm nummus † non ex materia, ſed ex hominum inſtituto & publica lege æſtimetur, inquit Hotoman. hujus opinionis defenſor. *quæſt. illuſtr. 15.* & tantum valet, quantum ſuperioris poteſtatis 173

174 ſtatis auctoritas eum valere juſſit: quippe quæ † efficere poteſt, ut
etiam papyraceus vel coriaceus nummus in eodem habeatur pre-
tio, quo aureus, Henning. Arniſ. *de jur. majeſt. cap. 7. n. 7.* Et ſic ex
175 hiſtoriis apparet, Fridericum II. † Imper. propter exhauſtam diu-
turnitate belli Italici pecuniam, coriaceum nummum cudi juſſiſſe,
impoſito ei pretio valoris aurei Auguſtalis. Somment. *lib. 2. hiſtor.*
176 *Neapol. c. 8.* Ann. Robert. *lib. 1. rer. judicat. c. 16.* Sic & Johannis † Va-
leſii Galliarum Regis temporibus, propter bella Anglica, & capti-
vitatem ac redemptionem Regis, Gallia ad extremam inopiam re-
dacta, corio, cui modicum erat infixum argenti, pecuniæ loco uſa
eſt, teſte Philipp. Cominæ. *comment. lib. 10. p. m. 701.* Similiter Tar-
177 taros † Cathainos, non habere alios, quàm charthaceos nummos
quadratos, Regiſq; ſigillò impreſſos, qui ubi vetuſtate abſumi inci-
piunt, in aulam reportantur, & pro vetuſtis novi accipiuntur, *ex Hat-
ton. Armen. c. 1. ſua hiſtor.* & poſt eum ex Aulan. *lib. 2. c. 8. de morib.
gent.* refert Arniſ. *d. mod. loc. n. 7.* Reuſn. *lib. 3. conſ. 7. n. 44.* ubi plura e-
jus rei ex vetuſtate ſuggerunt exempla & documenta. Hac præ-
178 ſuppoſitâ opinione, materiæ † bonitas omninò ſpectanda non erit,
ſed nuda poteſtas & valor, nullâ habitâ ratione, utrum laminæ iſtæ
aureæ argenteæ, vel ferreæ, vel coriaceæ ſint, adeoque juxta hanc o-
pinionem retrahens emptori invito, quoad ſubſtantiam & pondus,
deteriores nummos ſolvere poſſet, modò ejuſdem ſint æſtimatio-
nis. Et hanc ſententiam in genere multis conatur defendere Do-
nell. *ad l. 3. n. 3. de reb. credit.* quæ omnia hîc referre, & refutare nimis
foret prolixum.

Pro ratione autem decidendi faciunt ea, quæ ad primam du-
bitandi rationem adducta ſunt, maximè autem allegatus text. *in l. 1.*
179 *de contrah. empt.* ubi JC. materiam † nummi appellat id, ex quo con-
180 ficitur. Materia † autem ſicut & forma eſſentialis, omnium Philo-
ſophorum ſuffragio, inter cauſas intrinſecas, non autem externas
referuntur. Neque adverſatur materiæ appellatione quandoque
181 ſubjectum in quo, vel circa quod venire: quia quando † materia ha-
bet reſpectum ad formam, tunc non ſubjectum, ſed cauſa ex qua res
eſt, denotatur. Materia autem in qua, quæ impropriè ita dicitur,
relationem non ad formam, ſed ad adjunctum habet. In d. autem
182 *l. 1.* † expreſsè materia ponitur in reſpectu ad formam, quæ ibi etiam
expri-

Digitized by Google

exprimitur. Deinde d. l. 1. loquitur de pecunia, quæ ex tali materia confecta, quæ permutationum difficultatibus, æqualitate quantitatis, ſubvenire poſſit, quæve publicam & perpetuam æſtimationem recipiat. *junct. l. 3. de in lit. jur.* Sed pecunia, cui valor imponitur, bonitati, dignitati & ponderi non reſpondens, neque publicam, hoc eſt univerſalem, neque perpetuam, neque certam, ut vult *d. l. 1.* æſtimationem habet, ſed mutationi & incertitudini obnoxia eſt. Neque exempla moramur, quibus probatur, quandoque urgente duriſſimo neceſſitatis telo, coriaceos nummos cuſos: quia neceſſitas † legem non habet, & propter eam conceſſum eſt quandoque à 183
regulis juris recedere, confer Sixtin. *de regalib. lib. 2 c. 7. nu. 70.* Sic in
† Inſula Mellivitana, tempore obſeſſionis & belli, cum inimiciſſimo 184
hoſte Turca, fuiſſe percuſſam monetam æream, quæ expenderetur non tanquam ærea, ſed argentea, ſignata in eo valore, cum inſcriptione hac: NON ÆS, SED FIDES, ſcribit Sigiſm. Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gl. 3. num. 85.* Zachar. Geitzkoffler in ſeinem Bedencken von Müntzweſen. §. Es iſt aber gleichwol / etc. ubi teſtatur, quod † in Belgio ſub Duce de Alba: item in Gallia, aliiſq; ex- 185
teris regnis, nuperis & vetuſtis temporibus, urgente neceſſitate, præſertim quando militibus magna pecuniæ ſumma debita fuit, wann man den Soldaten groſſen Reſt ſchuldig worden / acciderit, ut valor monetæ intensè auctus fuerit, donec militibus ſatisfieret: ſolutione verò factâ, rurſus ad priſtinum valorem redacta ſit: ſed id non fuiſſe perpetuum, rationemq; hanc quandoque habuiſſe, quod milites præſcriptam ſibi ordinationem in victu non obſervârint.
Quæ autem † neceſſitas pro emptore, vel privatis hominibus, vel 186
civitatibus extorquet, tantiſper durare ſolere, donec ea ceſſet, ſcribit Dionyſ. Halicarn. *lib. 8. antiquit. Rom.* Neque barbarorum † tanti 187
facienda exempla, ut propterea ab iis, quæ jure, æquitate & ratione ſummâ nituntur, recedamus: niſi barbariem ipſam, rationis rectæ dictamini præferre velimus. Exempla bona † imitari, mala verò 188
deteſtari oportet. Quamvis itaque † nummis initio publicâ au- 189
ctoritate valor & æſtimatio attribuatur, tamen ſi ille valor certus, uniformis, publicus, & perpetuus eſſe, ac difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis ſubvenire debeat, imponendus erit, ut plerumque ſolet, ſecundum bonitatem intrinſecam, cùm ex in-

Digitized by Google

trinſecæ bonitatis æſtimatione, juxta pondus & ſubſtantiam, de ex-
trinſeco valore judicetur & ſtatuatur. Erneſt. Cothman. *d. conſil. 34.*
num. 70. Bald. *ad c. quanto. num. 11. extr. de jurejur.* ubi dicit, monetam
debere eſſe talem & tam juſtam, ut propter ſuam juſtitiam & boni-
tatem, ubique locorum habeat expeditum curſum. Innocent. An-
ton. à Butr. *& alii allegati à* Farinac. *de crim. læſ. majeſt. quæſt. 115. inſp.*
1. num. 59. Et hæc ſententia tanquam rationi, æquitati & gentium ju-
ri, ex quo monetæ jus deſcendit congrua, in noviſſimis Imperii con-
ſtitutionibus von dem Müntzweſen fundamentum indubitatum ha-
190 bet: utpote, in quibus, † tam accuratè, proportio materiæ ejuſdem-
que bonitatis & ponderis, cum valore impoſitio, & anne iſte illi cõ-
gruat, conſideratur. Confer Cæſar. Ferdinandi I. newe Müntzord-
nung de anno 1559. paſſim per tot & in §. Wo auch etliche andere
im Reich Teutſcher Nation geſchlagene ſilberne Müntzen/ ꝛc. Reichs
Abſchied zu Augſpurg de anno 1566. §. Demnach aber / ibi: Jedoch
denſelben / in gleicher Güte vnnd Gehalt/ gemüntzet/ ꝛc. Item ibi:
Ein gantzer Thaler/ derer ein Stück 68. Kreutzer gelten / ſollen auff
die Cöllniſche Marck gehen acht Stück / vnd fein halten 14. Loth vnd
4. Grän. & §. In weiter Berahtſchlagung / ꝛc. præſertim in verbis:
Auch andere gülden vnd ſilberne Müntzen / eines geringen Gehalts
geſchlagen/ vnd in hohen Werth außgehen laſſen / ꝛc. & §. Als auch
„ hierbey fürkommen / ꝛc. ibi: Stück vor Stück auffgezogen / vnd dem
Schrot gleich gemacht werden ſoll/ ꝛc. & §. Wir haben vns auch/ ꝛc.
in verb. gemelte geſchwächte ſilbern vnd güldene Müntzen / weiter zu
„ probiren zu valviren / vnnd denſelben jhren gebührlichen Werth vff
„ den Halt zu ſetzen / ꝛc. Reichs Abſchied zu Speyer de anno 1570. §.
Wir ſetzen/ ordnen vnd gebiethen ferners / ꝛc. in verbis: keine andere/
als die an Schrot vnd Korn probirte / ꝛc. ita ut ſi vel unicum granum
deficiat, totum reprobetur, & monetarii puniantur, in ead. Con-
ſtitut. §. Vnnd ob wol biß daher / da ein Stück Werckes an einem
Grän zu gering befunden / ꝛc. Deputations Abſchied zu Franckfurt
de anno 1571. §. Gleichfals weil etliche frembde / ꝛc. Indeq; & in eum
191 finem † ſingulis annis bis, vel ad minimum ſemel conventus ad pro-
bandam in quovis circulo monetam conſtituti ſunt, vulgò Proba-
192 tionstäge. Et quorſum † in allegata Conſtitutione Ferdinandi, tot
nummorum ſpecies aureæ & argenteæ, ibidem enumeratæ, quæ

magna

magna ex parte ab Imperii Statibus monetam cudendi regale habentibus cuſæ, & impoſitio valore æſtimatæ, reprobatæ ſunt. Non certè, quod valorem imponere nummis juxta Imperii conſtitutiones illi ſtatus non potuerint, ſed quod materiæ bonitati & ponderi non convenientem impoſuerint. Et niſi hoc accuratè ſervetur, reſpub. infinitis incommodis, avaris ex monetarum regali, lucrum turpe captantibus, afficeretur.

Pro ratione ſubdubitandi ad prædictam rationem decidendi ſecundi hujus dubii objicies: Dixiſti modò metallum aurum videlicet & argentum, &c. eſſe vulgarem & uſitatam materiam nummi: Valorem verò impoſititium formam. Forma † verò non minus ad 193
cauſas internas refertur, quàm materia. Ideoq; & valor nummi ad intrinſecam, non extrinſecam nummi bonitatem referri debet. Quinimò forma † materiæ multis modis prædominatur, & ea po- 194
tior & dignior eſt: Unde Philoſophorum regula: *Rem per formam in certo entium gradu conſtitui*, ex Ariſtot. *2. Phyſic. text. 11.* In omni autem † re & actu id quod potius eſt, ſpectare ſolemus. Zaſ. *ad l. 5. n. 24.* 195
ff. de condict. cauſ. dat. Et faciunt tradita Geil. *obſ. 30. n. 22.* Indeq; valorem † nummi, non materiam inſpicere oportebit: Eoq; facit et- 196
iam text. *in d. l. 1 in fin. princ. ff. de contrah. empt.* ubi JC. ſatis apertè dicit, quod pecuniâ publicâ formâ percuſſa, uſum dominiumq;, non tam ex ſubſtantia, quàm ex quantitate præbeat. Et idem etiã colligitur ex adductis ſupra ex Cujac. in ratione decidendi ad prædictũ dubium 2. quod ea, † quæ pondere, numero, & menſurâ conſtant, quã- 197
titate valeant potius, quàm corpore, & nos iis ita fruamur, ut non tam corpora in his, quàm quantitatem ſpectemus.

Pro ratione decidendi hîc 1. diſtinguendum † putamus inter 198
formam rei ſubſtantialem ſeu internam, & accidentalem, ſeu externam: quam diſtinctionem in uſu docendi communiter tam JCti quàm Philoſophi ſequuntur & probant Bartol. *in tract. de alveo.* Bald. *in l. univerſa. num. 2. C. de precib. Imper. offerend.* Andr. Geil. 1. *obſervat. 124. n. 3. & 4. in fin.*

Valor ille † nummi impoſititius, qui vel à Principe aut Repub. 199
expreſsè per ſignatam, characterem, ſeu taxationem imponitur, vel uſu populi frequentatur, forma nummi ſubſtantialis & intrinſeca dici non poteſt: cùm expeditum ſit, formam † rei eſſentialem eſſe 200
invaria-

invariabilem, certam, & cum re ipſa perpetuam; Et tanquam perfectum quid, neque majus neque minus recipere, per tradita Geil.
201 *2.obſ.19.ſub num.* 17. neque † intendere, neque remittere: ne rerum
eſſentiæ, in fluxo & incerto ſint. Scalig. *exerc. 16 ſect.3.* Zachar. Viet *Topic.diſſertat.5.n.90.* Keckerman *ſyſtem.Logic. lib.1. cap.17.ca-*
202 *non. 7.* Sed nummi † valorem impoſititium, tam lege, quàm moribus ſæpiſſimè variare, quis non de priſco ævo traditione accepit, & noſtro hoc ſeculo, magno malo experiendo didicit? Quamobrem alia ſubſtantialis nummi forma, per quam nummus hic vel iſte, certæ & perpetuæ æſtimationis, eſt id, quod eſt, & ab omnibus aliis di-
203 ſtinguitur, inveſtiganda erit. Verùm formas rerum † internas ſcrutari & inveſtigare, difficile eſſe, Philoſophi uno ore omnes affir-
204 mant. Hinc Scaliger. † omnium facilè acutiſſimus, propter formarum ignorantiam, ſcientiam noſtram vocat umbram in ſole, & vulpi comparat, quæ lambit vitreum vas, pultem non attingit, *exercit.*
205 101.*ſect.14.& 307.ſect.12.* Difficilia † autem quæ ſunt in jure noſtro, annumerari ſolent penè impoſſibilibus. *arg. l ſi familia.55.ibi: tam difficilis ut penè impoſſibilis videatur. ff. famil.erciſc. l. nepos Proculo. ff. de*
206 *verb.ſign. l.2. de his qui effuder. vel dejec.* Et poſſe † non dicimur, quod cum difficultate poſſumus. gloſſ. *in §. pœnales, Inſtitut. de action.* Menoch. *5. arbitrar. judic. caſ.421. n. 69.* Ideoq; ingenuè fatemur, ſicut multarum rerum quotidie in oculos incurrentium exactam formã
207 ignoramus, ita & nummi veram † & genuinam formam, ſi non ignoramus, vix tamen aſſequimur. Nomina mihi lapidis formam, qui tibi ſemper ob oculos verſatur, & Phyllida ſolus habeto ex Scaliger. *exercit.307.ſect.12.* ſcribit Zachar. Victor. *Topicar. diſſertat.5.n.101.*
208 Interim tamen ab † inveſtigatione formæ cujuſq; rei maximè co-
209 gnitu neceſſariæ, non omninò deſiſtendum. *Difficilia † enim, quæ pul-*
210 *chra.* Propius itaque ad rem accedendo, cum † numus, quà talis, corpus magis ſit artificiale quàm naturale, gentium jure eo fine introductus, ut difficultatibus permutationum æqualitate quantita-
211 tis ſubveniret. *d. l. 1. de contrah. empt.* Corpus autem † artificiale, aſſumit formam ſubſtantialem, ex quadam aptitudine, quam habet ad illum finem, ad quem per artificem factum, & utentium intentione deſtinatum eſt; ita eleganter docet Bart. *in d. tractat. de alveo, n.19.* ubi tradit, quod domus tunc dicitur domus, cùm habet aptitudinem

Digitized by Google

nem inhabitandi, hoc eſt, debitas partes ita aptè compoſitas, ad illum finem, cujus gratiâ facta eſt, uti exemplificat prædictus Bart. *d. modo loc. arg. l. domum. ff. de contrah. empt. l. ſi cui Inſula. ff. de uſufruct.*
Quamobrem formam † internam & eſſentialem nummi aliam inve- 212
nire non poſſum, quàm hanc ipſam proportionem exhibentem æqualitatem quantitatis, certam & perpetuam, materiæ, juxta ejus aptitudinem, habito reſpectu intrinſecæ bonitatis & ponderis juſti impoſitam. Et iſta quantitatis æqualitas, ſeu proportio naturalis habitudinis, internus valor rectè dicitur, ut ſupra etiam monuimus.
Cùm verò forma † rei ſubſtantialis per ſe in ſenſus non incurrat, ut 213
eſt Philoſophorum maxima, Keckerman. *in ſyſtem. Logic. lib. 1. cap. 17. can. 6.* Conrad Theodor. *in Logic. Gieſſ. lib. 1. c. 9. can. 7.* ſolemus per
† formas accidentales, quas videmus, judicare de forma ſubſtan- 214
tiali interna. Bart *in d. tractat. de alveo. num. 4.* Ita ex † charactere, ta- 215
xa & figura nummi extrinſecus impreſsâ, quæ in oculos incurrit, ſolemus judicare de interno & naturali nummi valore, cum debeat eſſe ſignum veritatis, materiæ & ponderis, ut antiquarum monetarum nomina oſtendunt, utpote Siclus, denarius, obolus, & adhuc
hodie nomina thaleri, aurei, &c. innuunt. Ideò † namque Princi- 216
pis imagine vel publico charactere ſignatur nummus, ut quilibet tutò ei fidere, externumq́; ſignum cum interna bonitate congruere,
publicâ auctoritate niſus credere poſſit, dann † die Müntz iſt eines 217
Fürſten Glaub / vnd ſtehet ſein Nahme / Wapen vnd Siegel darauff / gleich wie vff einem Brieff / als eine gerechte gute Wahr / ceu ſcripſit Reinhardus ſenior Comes Solmenſis in Beſchreibung von Vr-
ſprung / ꝛc. deß Adels. *fol. 6. b.* & hoc eſt, quod vulgò jactatur: Ex † 218
ſigno cognoſcitur ſignatum. *l. ſtygmata. C. de fabricenſ. lib. 11. l. 1. §. ſi intelligitur. ff. de ædilit. edict.* Surd. *conſ. 179. n. 59.* Cardin. Zabarell. *conſ.*
30. num. 7. Si itaque character † & taxa ſit impoſita, juxta propor- 219
tionem & æqualitatem materiæ, reſpectu habito ad bonitatem naturalem juſti ponderis, proportione accedente, tunc illa forma accidentalis eſt vera & ingenua ſoboles formæ internæ & naturalis: Si excedat, erit ſpuria & ſuppoſititia, quæ ſervit & ancillatur avari-
tiæ & libidini hominum. Sicut autem in † omni negotio & re po- 220
tius originem naturalis, quàm accidentalis cauſæ inſpicere debemus, per tradita Cacheran. *deciſ. 151. num. 4. in fin.* ita & in nummo:

Digitized by Google

221 Siquidem cauſa † naturalis potentior eſt accidentali, eamq́; regula-
riter vincit. *l. qui habent. ff. de tutor. § ult. I. ſtit. de legit. agnat. tut.* Bart.
in l. qui habet. n. 2 ff. de tutel. Socin. ſen. *conſ. 11. n. 8. lib. 4* Ruin. *conſil.*
59. nu. 11. lib. 3. Tiraq. *de retract. conſang. § 30 gloſſ. 1. num. 26.* Alciat. *lib.*
3. de V. S. num. 32. Nevizan. *lib. 1. ſylvæ nupt. nu.* 202. Matth. de Afflict.
222 *deciſ. 268. nu. 2.* Indeq́; effectus † proportionari ſolet, & debet cau-
ſæ, reſpectu virtutis in exiſtentis, à principio ipſi cauſæ, præſertim
formali, ſecundum quam effectus formatur & qualificatur, per tra-
dita Carol Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 13 gl. 5. num. 38.* Sed dices,
confundi hoc modo formam cum fine rei? Nummi finis quidem
iſte *in d. l. 1.* exprimitur, ut æqualitate quantitatis, permutationum
difficultatibus ſubveniret, non tamen ut æqualitate quantitatis ma-
teriæ electæ reſponderet, & ut illa forma eſſet nummi. Reſponde-
mus: hac traditione non confundi formam cum fine, ſed hoc aſſe-
ri, quomodo ad finem & ſcopum per formam & aptitudinem rei
perveniri poſſit: Jam verò ad finem nummi jure gentium conſti-
tuti, hoc eſt, ut æqualitate quantitatis, permutationum difficultati-
bus, certâ & perpetuâ æſtimatione ſubveniat, aliter perveniri non
poteſt, niſi illa quantitas habito reſpectu ad materiæ electæ pondus
& bonitatem naturalem æſtimetur, & inde æqualitatem pretii juſtii
223 exhibeat. Nam ubi † materiæ proportio, ibi & habituum & effe-
ctorum. Scalig. *exerc. 273 ſect. 1.* Et vice verſa, ubi non eſt materiæ
proportio, ibi nec habituum nec effectuum, nec ad finem deſtina-
224 tum perveniri poteſt. Hinc Bart. † dicit, talem debere eſſe pecu-
niam, quæ præbeat ſuam utilitatem in forma æqualiter, ſicut in ma-
teria. *ad l. Paulus. in verſic. declara. ff. de ſolut. arg. d. l. 1. de contrah. empt.*
225 Matth. de Afflict. *deciſ. 90. nu. 1.* Non etiam † rarò, præſertim in
artificialibus rebus, & corporibus, forma cum fine coincidit, ut ex
ſupra traditis & aliis, quæ Bart. *d. loc. de alveo. § publicis. nu. 19.* habet,
226 colligere licet. Et forma † dicitur relationem quandoque aſſume-
re, cauſæ finalis, reſpectu videlicet efficientis & diſponentis, à quo
nihil aliud intenditur, quàm conſequentia formæ: unde regula:
227 *Forma † eſt finis, propter quem agens diſponit materiam,* ut ex Ariſt. pro-
228 bat Keckerman. *alleg. ſupra loco.* Jam verò † jus gentium hoc inten-
dit, ut per nummum electâ tali materiâ, cujus publica & perpetua,
hoc eſt, connata, naturalis, & intrinſeca æſtimatio, æqualitate quan-

titatis,

Digitized by Google

ſitatis, juſti videlicet ponderis & probæ ſpeciei, *argum. l. un. C. de vet. num. pot.* permutationum difficultatibus ſubveniat. *Nummus* † *enim* 229
rerum comparandarum gratiâ, de juregentium inventus, tanti habetur, quantum pro eo comparari poteſt, uti ſereniſſimo Saxoniæ Electori de jure reſponderunt Facultas Juridica Wittebergenſis, Lipſenſis, & ipſum judicium aulicum 15. & 20. Julii anno 1622. ut apparet auß dem Bedencken der verordneten Vice-Hoffrichter/ *rc. n. 33. Et monetam*
† *ita æſtimandam eſſe, & tanti, quantum aliàs valeret publico charactere* 230
non impreſſa, ſcribit Covarr. *in tract. de vet. numiſm. poteſt. c. 7. n. 5.* ex-
penſamq; † monetationis de publico fieri debere tradit Martin. 231
Laudenſ. *in tract. de monet. n. 6. tom. 12.* Theſſaur. Jun. *in tract. de augment. monet. n. 20. p. 1.* ubi dicit, hanc eſſe communem opinionem Le-
giſtarum. Quamvis hodie † communi uſu contrarium ſervetur, & 232
expenſæ à percuſſoribus detrahantur, miſcendo parvam certam quantitatem inferioris metalli tam in moneta aurea, quàm argentea, pro expenſis: cùm officium nemini debeat eſſe damnoſum, idq; bonâ conſcientia fieri poſſe ex Canoniſtarum communi opinione ſcribit Sigiſm. Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gl. 3. n. 87.* Proſp. Farin. *de crimin. læſ. Majeſt q. 115. inſpect. 1. n. 61.* Et ita etiam de conſuetudine ſervari teſtantur Germaniæ JCti Hieronym. Schurff. *conſil. 60. n. 7. cent. 2.* ubi ait, hodie pecuniam ita formari, ut tantò minus valeat, quanta eſt expenſâ, quæ occurrit in faciendo ipſam cudi. Regn. Sixt. *de regal. lib. 2. c. 7. n. 86* ubi alios etiam adducit.

Non itaque aliam inventio † formam nummi per quam ad fi- 233
nem de juregentium præfixum, perveniri poſſit, quàm iſtam proportionem & æqualitatem quantitatis adæquatæ, in materia electa certæ & perpetuæ æſtimationis: Extra hanc † nummus neque cer- 234
tam & perpetuam æſtimationem habebit, neque ſine confuſione & damno multorum, permutationum difficultatibus ſubvenire poterit. Eſt namque † forma à lege præſcripta, ordinata diſpoſitio, or- 235
dinans certos hominis actus & fines, *ut in l. certa forma. ff. de jur. fiſc. l. formà. ff. de cenſib. l. conſtitutio. ff. ad municip.* Jacob. Schult. *q. 74. n. 31.* Matth. de Afflict. *de jur. protim. §. 2. ut intra 30. dies. nu. 4.* Cephal. *conſ. 438. num. 7. volum. 3.* ultimaque perfectio ſubſtantialis ipſius rei & ſic ordinata quædam ſeries rem ad ſubſtantiam deducens teſte Baldo *in l. quia indignus, col. 1. de ſenator.* Afflict. *in d. §. 2. num. 2.* Marc. Mant.

Digitized by Google

conſil.232.& pleniori cornu Cephal.*conſil.421.n.35. vol.3.* Camil.Borel.*controv.64.n.4.*

236 Neque adverſantur, † quæ ſecundo ex Cujacii, ſuperius traditis, minus rectè inferuntur: In illis videlicet rebus, quæ pondere, numero & menſurâ conſtant, non tam corpus, quàm quantitatem ſpectari. Et in ſpecie, quod materia publica forma percuſſa, uſum dominiumq; non tam ex ſubſtantia, quàm ex quantitate præbeat *in l.1.ff.de contrah.empt.* Nam ad hoc 1. reſpondetur, hîc ita inferendo committi fallaciam manifeſtam compoſitionis & diviſionis. Non enim JCtus Paulus ſimpliciter in illa lege hoc dicit, quamlibet materiam publicâ formâ percuſſam, uſum dominumq; non tam ex ſubſtantia, quam ex quantitate præbere, ſed ita demum, ſi talis materia ſit electa, cujus publica ac perpetua æſtimatio æqualitate quantitatis difficultatum permutationibus ſubveniat. Et hoc eſt quod dicunt Impp. uniforme omnium ſolidorum pretium. *l fin.C.de veter. numiſm.poteſt.* Ideoq; deficiente tali materiâ, quæ intrinſecæ bonitatis & ponderis juſti proportione inſpectâ, neque certam neque perpetuam æſtimationem quantitatis impoſititiæ æqualitate præſtat, non obtinebit id quod JCtus dicit, neque uniforme erit pretiũ.

237 Quoties enim † lex cum certo præſuppoſito diſponit & plura requirit, deficiente illo præſuppoſito, vel uno horum, diſpoſitio locũ non habet. *l. mancipia, C.de ſerv.fugitiv.l.non ignorat.C.de his qui accuſ non poſſ.* Bart.*in l.ſi quæramus ff.de teſtam.* Petr. Weſenb.*conſil.40.*

238 *n.19.* Et quamvis, † Reipub.proximis añis, moneta illa cuprea, pro argentea ſuppoſita, publicâ tamẽ formâ percuſſa, pro uſu, perniciem attulerit, communi ferè malo, documenta nobis dedit hujus nuper elapſi luſtri infelicitas, ita ut qui nummi corpora floreno, hoc eſt 60. crucigeris æſtimata receperit, uno eodemq; die reductione factâ, ad intrinſecam bonitatem, vix 15. vel etiam 7½ crucigeri expendere potuerit. Quomodo ergò præſtare poteſt uſum perpetuum & uniformem ex quantitate nummus, ſi materia bonitas, ad quã num̃us ſemper reducendus & proportionandus eſt, deficiat. Secundò ad

239 prædictum dubium reſpondemus, dictiones illas, † tam & quam *in d. l.1.* poſitas eſſe cõparativas, non excluſivas. Alber.*in ſuo diction.verb. tam & quã.* M.Ant.Peregr.*conſ.25.n 12. & conſ.57.n.14.vol.1.* Georg. Everh,*conſ.9.n.26.vol.1.* Et quamvis JCtus in comparatione plus

tribuere

buere videtur quantitati nummi, quàm materiæ *in d. l. 1.* tamen neutiquam excludit materiam probam, quod eſſet contra *l. 1. C. de vet. num. poteſt. l. 2. C de ponderat. & ſimil.* cùm † comparativus nunquam excludat qualitatem poſitivi. Nicola. Everhard. *in loc. à vi comparativi ſub. n. 5.* Tiraquell. *in tract. le mort part. 1. declar. 7. n. 7.* Nevizan. *in ſylv. nupt. lib 1. n. 233. ferè in fin.* Quinimò JC. Paul. *in d. l. 1.* tam curioſè & expreſsè includit & præſupponit electæ materiæ qualitatem, talem cujus & perpetua æſtimatio æqualitate quantitatis permutationum difficultatibus ſubveniat, & ex tali demum materia publicâ formâ percuſſam pecuniam, uſum dominiumq; magis ex quantitate, quàm ex ſubſtantia præbere: E contra deficiente † qualitate & medio comparationis in uno extremorum comparatorum, ceſſat & comparatio. *l. ubi autem. in princ. ff. de V. O. l. cum filius. §. pater.* ubi Bart. *de legat. 2.* Decian. *reſponſ. 19. numer. 125. volum. 3.* Debet enim † comparatio eſſe de eodem genere, & comparativus ita debet interpretari, ut qualitas poſitivi præſuppoſiti ſemper cenſeatur incluſa. Nicol. Everhard. *d. loc à vi Comparativ.* Tali itaque materiâ congruâ præſuppoſitâ, verum eſt, quod dicit JC. in † pecuniæ uſu magis quantitatem, quàm corpora ſpectari, quatenus videlicet aurei nummi quantitas & valor juxta bonitatem & pondus auri, argentei nummi valor juxta bonitatem & pondus argenti, & ſic deinceps, impoſitus eſt; quæ impoſitio cum publica & regali magiſtratus auctoritate tacita vel expreſſa fiat, nemo ſub ea decipi vel fraudari debet. Qua in re ſi peccetur, ad tempus quidem depravatis iſtjuſmodi numorum corporibus, & cupro pro argento, colore adſcititio per fucum addito, publicâ formâ percuſſa vulgus imperitum & ſimpliciores faſcinantur, omnia rerum pretia & reditus confunduntur, fraude tamen experimento detectâ, ſponte ſua concidit.

240 241 242 243

Secundò ſubdubitando objici poteſt, quoſdam † etiam nummos in mera quantitate, abſtractivè, citra corpus conſiderari, & uſu frequentari, ut ſunt floreni, libræ, ſcuti, marca, & ſimilia, quos vocant Dd. monetam imaginariam, per tradita Sigiſmund. Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gl. 3. num. 68.* Ideoq; datur nummus ſine corpore, & conſequenter materia non ſemper erit in conſideratione. Adhoc reſpondetur, † hæc & ſimilia allata de imaginaria moneta, 244 245

ſeu nummis, abſtractivè in nuda quantitate conſideratis, quatenus ſine corporibus in ſola mentis imaginatione conſiſtunt, non eſſe per ſe nummorum ſpecies, ſed nomina quantitatis collectiva, quæ tamen in certis nummorum corporibus determinantur. Vel etiam dici poſſunt nummi groſſioris menſura, inventa, pro uſu commodioris brevioriſq; calculi. Deinde licet iſta nummorum collectæ quantitatis nomina, per ſe corpus non habeant, recipiunt tamen determinationem & functionem ſuam, in aliis pecuniæ ſpeciebus, quæ probæ materiæ & juſti ponderis eſſe debent. Scacc. *d.§.2.gloſſ.5. nu.184.* Qui enim alicui centum florenos, libras, marcas, &c. vult ſolvere, non aliter id facere poterit, niſi in aliis certis nummorum corporibus. Quando itaque nummorum minutiorum materia deterior aſſumitur, tunc & floreni, ſcuti, libræ, &c. deterioris ſunt valoris & æſtimationis, ut hoc quod aliâs uno floreno comparari poterat, vix deinde duobus, tribus, vel etiam 8. & pluribus florenis adſequamur, ut experientia ſtultorum magiſtra proximis hiſce annis neminem non docuit. Indeq; planè inepti ſunt, qui ſine conſideratione monetæ illius, in qua florenus, & ſimilis quantitas deter-
246 minari ſolet, ajunt florenum eſſe florenum. Conſtat enim † florenum, vel aliam quantitatem, in abſtracto, uti & minutiorem ſeu uſualem monetam, in qua plerumque florenos vel ſimilis quantitas determinatur, eſſe menſuram groſſioris & ſtabilis monetæ. Men-
247 ſura autem † duplex eſt, quædam nudæ molis ſeu quantitatis: quædam verò quantitatis intenſivæ, includens qualitatem perfectionis, ut diſtinguunt Philoſophi, & eleganter explicat Chriſtophorus Scheiblerus, *in oper. Metaphyſ. libr. 1. cap. 25. tit. 4.* de menſura & menſurato. Sic quoad malis quantitatem & menſuram, amphora vini Malvatici nihil differt ab amphora vini Rhenani, nec hujus ab alius generis viliori potu: Quoad quantitatem verò intenſivam, in ordine perfectionis & bonitatis multùm differunt inter ſe. Sic etiam ratione perfectionis menſuræ multùm intereſt, an tibi florenus, vel alia quantitas determinetur in cuprea, an verò argentea moneta ſecundum floreni proportionem perpetuam adæquatam bonitati intrinſecæ, cùm hæc illâ longè ſit præſtantior & utilior tàm quoad uſum, quàm ſubſtantiam & durationem. At quoad molis quantitatem nihil intererit, cùm florenus ſit flo-

Digitized by Google

ſit florenus in quacunq; moneta, aut quàm extenſè is conſtituatur.
Quamobrem cum nummus & pecunia † ſit rerum omnium men- 248
ſura. *l. ſi ita fidejuſſorem. 42. ff. de fidejuſſor. l. 1. de contrah. empt. l. 1. ff. de*
rer. permut. & tradunt Ariſtot. *lib. 5. Ethic. c. 5. & lib. 1. Polit. c. 6.* Pli-
nius *lib. 33. cap. 1.* Michaël de Palatio *de contract. & reſtitut. li. 3. cap. ult.*
pag. 214. Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic. li. 4. tit. 40. defin. 4. n. 10.*
in notat. Andr. Fachin *conſil. 2. n. 5. vol. 3.* Herman. Lather. *in tr. nomic.*
polit. de cenſu, lib. 3. c. 10. nu. 46. quâ † rerum quantitas ad æqualita- 249
tem reducitur, poſt Ariſtot. Petr. Gregor. *in ſyntaxi art. mirabil. lib.*
3. c. 15. fol. 323. atque res † omnes æſtimantur & comparantur Bald. 250
in l. receptitia. in fin. colum. 1. ubi addit, quod habens † pecuniam ha- 251
beat omnium rem, quam habere cupit: quæve † fidejubet pro nobis 252
in neceſſitatibus; Bertachin. *in repertor. verb. pecunia.* Indeq; regina
† dicitur omnium. *Eccleſiaſt. cap.* 11. juxta illud: Et genus & formam 253
regina pecunia donat. & in quam rurſus res omnes converti poſſi-
bile eſt. *l. 2. §. 1. C. de conſtitut. pecun.* adeoq; ejus uſus Reipub. ſummè
neceſſarius, meritò rei nummariæ † cura maxima habenda eſt, ita 254
ut Princeps eam ſibi propriam eſſe voluerit. *l. 2. C. de falſ. mon.* Indeq;
populi Romani, † vix ulla in re, tantam aut ſolertiam extitiſſe, aut 255
in propaganda ad omnem poſteritatem memoria, induſtriam, quan-
tam in re nummaria ex Roman. hiſtor. obſervavit Marquard. Fre-
her. *lib. 1. de re monet.* Mutatâ † enim vel turbatâ rerum menſurâ, com- 256
mercia hominum neceſſitatibus ſubvenientia, & omnia reliqua
turbari vel mutari neceſſe eſt. Arniſ. *de jur. Majeſt. d. c. 1. n. 2.* Althuſ.
Polit. c. 9. num. 14. Ita fiunt † incerta pretia cenſuum, & poſſeſſio- 257
num, quæ creſcunt perinde, ut creſcit moneta, ſecundum Angeſ. *in*
l. Paul. ff. de ſolut. Purpur. *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. n. 17.* difficiliſq; † 258
cum aliis communicatio & negotiatio efficitur. Keckerm. *in ſyſtem.*
Polit. lib. 1. cap. 21. Qua de re etiam conqueſtus Imperat. in Comitiis "
Spirenſibus, daß die böſe unrichtige Müntze nicht die geringſte Urſa- "
che ſeye der Steigerung aller Victualien und Commercien / rc. Reichs "
Abſchied zu Speyer de anno 1570. §. Dieweil dann nunmehr vor "
Augen / rc. Idq; eleganter perſequitur Bodin. *de Repub. lib. 6. c. 3.* ubi "
ita ſcribit: Non modò corripi moneta, ſed ne mutari quidem po- "
teſt ſine incommodo: quoniam mutatio pretii ac materiæ numiſ- "
matum, cenſus etiam ac bonorum cujuſquam dubitationem affert. »

quò

» quò ſit, ut nemo quantum in bonis habeat, conſtituere poſſit: incer-
» ta ſunt pacta conventa, quæ verſantur in ſocietatibus, tutelis, fidu-
» ciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quib. vitæ
» ſocietas continetur: incerti reditus, vectigalia, tributa: deniq; pœ-
» næ ipſæ ac præmia, quæ à legibus & judicibus irrogantur, incerta
» ſunt futura: poſtremò ærarii opes, ac multa tum in publicis tum in
» privatis rebus rationibuſq; dubia ac ſuſpenſa fore neceſſe eſt. Idq;
259 etiam in sereniſſimi † Electoris Saxoniæ edicto monetali nupero
31. Julii anno 1623. verbis hiſce ſatis notanter exprimitur: Nach
deme gemeiniglich unverborgen/ja Land-vnd Reichskündig / was ei-
ne Zeit hero / vnd ſonderlich von anno 1609. vor eine confuſion im
Münzweſen entſtanden/ in deme man etlicher Orte von dem alten im
Reich approbirten / vnd mit heilſamen Reichs Abſchieden vnd Ord-
nungen gefaſten Münz valor vnd valvation abgetretten / die Uſual-
Münzen an Korn vnd innerlicher Bonität verringert / vnd dardurch
Vrſach vnd Anlaß gegeben / daß der Reichsthaler / wie auch andere
grobe güldene vnd ſilberne Sorten / vnd mit denſelben alle pretia re-
rum von Jahren zu Jahren / ja endlichen von Monaten zu Mona-
ten/vnd faſt von Tage zu Tage alle / ſo ferne geſtiegen / daß es durch
Gottes Verhengnuß vff eine faſt vnerhörte vnd vnerträgliche Thew-
rung (anderer Vngelegenheiten / ſo die Obrigkeit vnd Vndertha-
nen hierbey empfunden) außgeſchlagen/ ꝛc. Ex hiſce uti & ipſis ex-
260 perimentis nuperæ noſtræ confuſionis colligitur, † eam non inde
fuiſſe ortã, quod moneta groſſior in bonitate intrinſeca deteriorata
vel diminuta fuerit, daß der Reichsthaler ſein Schrot vnnd Korn
(paucis admodum exceptis) nit behalten: ſed quod in augmento va-
loris mutatio enormis acciderit, poſtquam minutior illa ſeu uſualis
moneta, per quam thalerus ſeu groſſior moneta menſurari ſolet,
cupri acceſſione & argenti detractione deteriorata & corrupta fue-
rit: Non quaſi reverâ illa mutatio augmentum valoris juſti fuerit:
ſed æqualis proportio & commenſuratio bonitatis intrinſecæ tha-
leri & alterius groſſioris monetæ, ad monetam illam deterioratam,
ut eleganter probant JCti Saxonici in reſponſo ſupra allegato der
verordneten Vice Hoffrichter vnd Beyſitzer / auch der Juriſten Fa-
cultät zu Wittenberg ꝛc. Reinh. Budel. *in tractat. de monet. lib. 2. cap. 2.*
261 *§. hic apud Dd. nn. 33. & ſeqq.* Quò enim † vilior ſit æſtimatricis il-
lius

lius minutioris pecuniæ bonitatis naturalis, eò plures requirit ad ſui adæquationem moneta grandior, ut præter experientiam colligi poteſt ex ſupra ſæpius allegato Receſſu monetario de anno 1559. §. Wir ſetzen/ordnen vnd wollen auch / ꝛc. ibi: Damit in allen den mindern Sorten dieſe Beſcheidenheit gehalten werde / damit die nicht gehauffet / vnd die höhere Müntzen dardurch in Aufſteigung gerahten. Et in receſſ. de anno 1594. §. Als wir dann für den vierdten/ꝛc. neque ſtabilis † pecuniarum indicatura ſeu valor eſſe poteſt, niſi ſit proportio certa & juſta, minutioris pecuniæ uſualis ad majorem, inquit Marquard. Frehet. *de re monet. lib. 2. cap. 5.* Talis itaque † augmentatio & enormiſſima deterioratio uſualis monetæ, excedens omnem proportionis juſtitiam & æqualitatem, prodigioſa & monſtroſa perinde eſt, ac ſi quis caput ac formam corpori juſtâ proportione duplo majorem affingere velit: Quam immenſam menſuram, potius oſtentum quoddam, ſeu phaſma, quod apparere facit, quod non eſt, quàm monetam dixeris. *arg. l. 38.* & quæ ibi not. Andr. Alciat. & Joh. Gœdd. *ff. de verb. ſignif.* Sicut enim † phaſma ſeu ſpectrum, cùm illud tenere & habere vel maximè videris, ſubitò evaneſcit: Ita & illius pecuniæ forma & valor remanente rudi tantùm cupro, & ejus tantùm pretio, in nihilum redit.

262 263 264

Verùm cùm ejuſmodi phaſmaticos nummos, monſtris, oſtentis, & prodigiis comparare volupe fuerit, ea de re Philoſophando quaſi paulò latius differere lubet, ne ſine ratione comparatio iſta allata cuipiam videatur.

Et 1. ſicuti † natura in formatione corporis, propter indiſpôſitam & ineptam materiam, vel aliam cauſam enormiter aberrans, monſtrum producit, arg. eorum, quæ tradit Ariſtot. *cap. 9 lib. 2. phyſ.* Levin. Lemn. *de occult. Nat. mirac. lib. 1. cap. 8. in princ. & c. 15.* ubi id in corpore artificiali exemplificat Keckerman. *in ſyſtem phyſic. lib. 5 c. 3.* Andr. Dalner. *in tract. de jure homin. tom. 1. lib. 1. part. 10. num. 3. fol. 37.* Ita etiam avaritia hominum aberrans, enormiter in monetæ materia, miſcendo ultra quàm fas eſt, cuprum argento, vel illud planè in hujus locum ſupponendo, juxta verſic. quem refert Hiller. *in ſuo reſponſo jur. de re monetar.* 265

Noſtra moneta ſonat cuprum, nil poſſidet auri,
Argentiq; nihil, fucus & ipſe color;

monſtrum potius, quám ingenuam nummi ſobolem producit.
266 2. Monſtrum † producitur, quando materia, naturali ſuâ & determinatâ habitudine, non eſt proportionata ſuæ formæ; Ita etiam ejuſmodi monetæ materia cuprea, cúm non ſit proportionata valori, tanquam ſuæ formæ, argenteæ materiæ convenienti, & falsó cupreæ aſſignatæ, quid aliud naturæ quadam ſimilitudine, quàm monſtrum erit. Sed dices in pecunia magis ſpectari quantitatem, quàm corpora, per tradita ſupra ſuo loco, ideoque cùm cuprea pecunia eandem exhibeat quantitatem, perinde etiam erit. Verùm pariter ex ſupra traditis patet, ad perfectionem monetæ requiri etiam materiam certam, probæ ſpeciei, & juſti ponderis, & ſecundum ejus proportionem & habitudinem, informantem quantitatem accedere debere. Sic licet anima rationalis, tanquam vera hominis forma, magis ſpectetur, quàm materia & corporis externa ſtructura; Hæc tamen anima, tale corpus formatum requirit, quale omnium conditor, initio conſtituit, atque id ſolùm homo dicitur, quod talem ſtructuram habet; Aliâs etiamſi ex homine rationali quid naſcatur, alio quàm humano corpore, non homo, ſed monſtrum erit, per ea quæ eleganter & pluribus demonſtrat Johan. Gœdd. *ad d. l. oſtentum. 38. n. 11. & ſeqq. ff. de verb. ſignif.* Ita ſimiliter ſi quantitas argento proportionaliter convenient, cupreæ monetæ falsò aſſignetur, habilitas ſubjecti, in quo & per quod virtus nummi conſiſtit, & operatur, deficit, materiæ ſeu ſubjecto valori non proportionato &
267 quoad bonitatem naturalem adæquato. 3. Sicuti † monſtra oſtenta & portenta, plerunque portendunt infauſtum aliquid Reipub. & prodigioſum, ut paſſim notat Cornel. Tacit. *lib. 12. & lib. 21. annal.* Deorumq; iram ſignificant inuſitatæ ſpectrorum facies & phaſmata, ut ſcribit Dionyſ. Halicarnaſſ. *antiquitat. Rom. lib. 8.* quâ de re præ cæteris videndus Alphonſ. à Carranza *in tr. novo de part. natur. &*
268 *legit. c. 17. n. 13.* Ita etiam † prudentiſſimi viri judicant, & ipſi experimur, magnarum mutationū in Republica præſagia eſſe inordinatam illam monetæ deteriorationem & inde provenientē augmentationem, referente Barth. Keckerm. *in ſyſt. Polit. l. 1. c. 21.* Beſold. *de jurib. Majeſt. diſp. 3. th. 54. claſ. 3. col.* Hillig. *in reſp. jur. de re monet. in pr.* Her. Lath. *in tr. nomico polit. de cenſu. l. 3. c. 10. n. 46.* Hinc Phil. Melanchton
269 dixiſſe fertur: † tria mundo defutura aliquando, nempe ligna, bonam

Digitized by Google

nam monetã, & bonos amicos: Es werde der Welt an dreyen Dingẽ noch ſehr mangeln: An Holtz/ an guter Müntz/ vnd guten Freunden. Quid nobis portẽderit recenti adhuc calamitate & pernicie calens monetæ mutatio, & prodigioſa iſta augmentatio, non coñmemorationem, ſed deplorationem durantis adhuc mali poſtulat. 4. Oſtenta † inde dicta cenſentur, quod oſtentationem novæ & inconſuetæ 270
formæ exhibeant. Gœdd. *ad. d. l. oſtentum, num. 3. de verb. ſignificat.* Sic & deteriorata iſta, depravata & corrupta novæ monetæ ſeges, inconſuetam quidem formã, certiſſimam autem perniciem Reipub. oſtentat & exhibet. Refert Tacitus, † olim Romæ inter oſtenta 271
numeratum fuiſſe, diminutum omnium magiſtratuum numerum paucos intra menſes *lib. 12. annal.* Quidni & nos rectè inter oſtenta numerabimus, diminutum probæ monetæ numerum, intra tam breve tempus. Et hanc noſtram comparationem, etiam firmant tradita per Carol. Molin. *in tractat. de uſur. n. 719.* ubi † inordina- 272
tas illas monetæ mutationes prodigioſas appellat, & à Burgundis & Anglis in Gallia tunc obtinentibus cauſatas, cujus effectus fuerit, ut multi quidem ditati, quàmplurimi verò expilati fuerint, imò Anglicam luem ibidem nominat. Hæc † autem tam peſtilens fuit, ut 273
intra vigeſimam quartam horam, aut exhalabant animam homines, aut ſi virus exudâſſent, recuperabant paulatim valetudinem, ut ſcribit Johan. Schleidan. *l. 6. commentar. circ. ſin.* eamq; Germaniam ferè totàm invaſiſſe anno. 1529. ibid. teſtatur, uti & Thom. Hubert. Leod. *lib. 7. Annal. de vit. Frider. 2. Pala. Elect.* Non abſimilis fuit peſtilens iſta depravatæ monetæ lues, quæ † etiam plurimos in- 274
tra breve tempus planè confecit, & ex divitibus pauperrimos reddidit, paucos verò reconvaleſcere fecit. Ideoq; etiam ſuo tempore Imper. Leo ad Stylianum reſcribens, non incongruè morbum † 275
quendam ac tabem Reipub. appellavit monetæ confuſionem. *Nov. Leon. 52. in princ.* Et quod † nulla clades, nulla peſtilentia vel hoſtes, 276
totam terram rapinis, incendiisq; devaſtantes magis populo Dei noceant, quàm hæc ipſa nummi fraudulenta pejeratio, Boleslaum Pium Bohemiæ Regem ad filium dixiſſe, ex lib. 1. Chronici Coſmæ Pragenſ. refert Volckmar. *in reſp. ſuo de re monet. in calce.* Cùm itaq; † tam gravis ex monetæ depravatione Reipub. emergat pernicies, 277
quæve hiſce annis Germaniam noſtram tam miſerè afflixerit, ex-

Digitized by Google

hauſerit, abominatio eſſe debet Principibus, ut vel ipſi lucri ex mo-
neta captandi gratiâ, materiam & pondus monetæ depravent, vel
aliis avariſſimis & pernicioſiſſimis hominibus hoc facientibus con-
niveant aut permittant. Non defuerunt, qui deploratiſſimi hujus
temporis injuriâ, ad ſuum commodum abuſi, neque fas, neq; fidem
penſi habentes, Principibus perſuaſere, ex tali monetæ depravatio-
ne, montes aureos & theſauros ingentes colligi poſſe; Experientia
† verò, veritatis meridies, docuit, eos qui ſibi ita per vanitatem illu-
di paſſi ſunt, ſimiles fuiſſe Neroni, cui Ceſellius Baſſus, origine Pœ-
nus, aditum ejus emercatus, impoſuit, repertum ſe dicens in agro
ſuo ſpecum altitudine immensâ, quo magna vis auri contineretur:
Nero autem ipſius negotii fide non ſatis ſpectatâ, magno ſumptu &
apparatu miſſis theſauri effoſſoribus, luxuriâ interim & ſpe inani
conſequendi theſauri in ſumptis aliis opibus, non ſine publico de-
decore deceptum ſe tandem cognovit, referente Cornel. Tacit. *An-*
279 *nal. lib. 16. in princ.* Ita & Principes † iſti, qui ejuſmodi adulatoribus
aurem apperuerunt, non ſine damno & dedocore tandem ſe dece-
ptos ſenſerunt, totumq; commodum ad ſuaſores illos pravos & mo-
netarios ſimilesq; perveniſſe: Idq; bene monuit Zachar. Geiz-
koffler in ſeinem Müntzbedencken. §. Dann dabey den mehren Theil
nachgefraget wird/ ſich befinden/ daß ſolcher Gewin nicht der Herren/
ſondern der Müntzmeiſter/ Auffwechßler/ vnd dergleichen Partiten-
280 macher vnd eigennütziger Diener iſt. Hic rurſus † ſuæ avaritiæ con-
dignos nacti ſunt ſetellites, Kipperos, ut vocant & Wipperos, qui
inauditam & inſolitam cum pecunia mercaturam inſtituentes u-
niverſas ferè Germaniæ provincias peragrârunt, & ejuſmodi de-
pravatâ monetâ repleverunt, faſcinantes & decipientes univerſos,
qui rectè peculatores dicuntur publici, vulgò offentliche Land-
diebe/ Landbetrieger/ cujuſcunque fuerint ſtatus & conditionis. Et
281 iſthæc † nundinatio ſeu mercantia cum pecunia, non poſtrema fuit
cauſa totius hujus confuſionis, ut bene monuit Zachar. Geizkoffler
in ſeinem Müntzbedencken. §. Ich will aber verhoffen/ ꝛc. ibi: daß
nunmehr viel ein gröſſer Kauffmanſchafft vnnd Gewerb mit den
Müntzen/ als den Wahren ſey. junct. §. Vnnd nach dem dieſer vor-
theilige Wechſel eben die Quelle aller bißhero zugenommener Zerrüt-
282 tung im Müntzweſen iſt/ ꝛc. Verùm cum † Deus ſit juſtus ſcelerum
vindex,

Digitized by Google

vindex, & ejuſmodi facinora impunita non relinquat, multi ex illis jam dum in medio avaritiæ & peculationis ſuæ curſu, condignas pœnas perſolverunt, & infamem vitam, infami exitu, clauſerunt, multis etiam honore & dignitate exutis, ac bonis omnibus mulctatis, vita longior ſupplicium: Neque reliqui impunè ferent: ſunt enim inter illos, *qui deglubuerunt pauperem. & deficere fecerunt egenos terræ, imminuentes menſuram & augentes ſiclum, & ſupponentes ſtateras doloſas, ſuper quibus commovetur terra, & luget omnis habitator ejus. Amoſ. cap.8.v.4.5.6. & 8.* ubi graviſſimè illis comminatur Jehova. Cùm enim pecunia rerum omnium ſit menſura, per tradita ſupra n.248. illi qui monetam defraudârunt, & ejus iniquam augmentationem ſui commodi causâ flagitârunt, fuerunt in numero eorum, qui falsâ menſurâ deceperunt proximum, quibus graviſſimè cominatur Deus apud Prophet. Mich. *c. 6.* Quo iniquitatis † genere vel maximè op- 283
preſſerunt viduas, ſpoliârunt orphanos, explicârunt pupillos, & defraudârunt operarios mercede ſuâ, hi enim plerumque vel ex honeſtis redditibus, vel ex conſtitutis ſalariis viventes per ejuſmodi monetæ augmentationem, longè ultra dimidium fuêre decepti in reditibus, mercede, & ſalariis: Subtraxerunt inſuper pauperibus eleemoſynas, minutiorem probam monetam, quæ in pauperes diſtribui ſolet, in deteriorem groſſiorem convertendo, & annonam flagellando, quæ † ſanè peccata in cœlum clamare dicuntur. *Deuteron.* 24.*v.* 284
14.15. juxta verſic.

Clamitat in cœlum vox ſanguinis & Sodomorum,
Vox oppreſſum, merces detracta laborum.

Indigna † etiam res eſt Principum & magiſtratuum auctoritate, 285
quorum plerumque imagine, inſignibus & ſymbolis moneta ſignatur, & quaſi publicâ fide exhibetur, ſub qua decipi quenquam valdè indignum & nefas eſt. Zachar. Geizkoffler in ſeinem wolbegründten Bedencken wegen der Müntz/ꝛc. in princ §. Neben dem daß es Churfürſten vnd Ständen bey der gantzen Welt rühmlich / vnd an jhme ſelbſten Chriſtlich vnd billich / daß ſi jhr Gepränge/ Wapen/ Titul/ Namen / vnd die hohe Regalia der Müntzfreyheiten/ zu keinem Finantz/ Betrug oder Nachtheil deß Reichs / vnd in gemein jedes Vnderthanen / gebrauchen / oder durch andere mißbrauchen laſſen/ ꝛc.
Hinc Theodorici Gothorum Regis laudatur elogium dicentis: † 286

Digitized by Google

" Monetæ debet integritas quæri, ubi & vultus noſter imprimitur.
" Quidnam erit tutum, ſi noſtra peccetur effigie? ſit mundum, quod
" ad noſtræ ſerenitatis formam adducitur. Claritas Regia nihil ad-
" mittit infectum. Nam ſi vultus cujuslibet ſincero colore depingi-
" tur, multò juſtius metallorum puritate principalis gratia cuſtoditur,
ut ex Caſſiodor. 7. *variar for.* refert Cujac. *obſ. 25. circ. fin. lib. 19.* Quò
287 reſpiciens † inclytæ & laudatiſſimæ recordationis Princeps Philippus ſenior Haſſiæ Landgravius, in teſtamento ſuo, inter alia filiis ſuis Principibus, ſinceram monetarum curam ſeriò demandavit, hanc ſubjiciens maximam, Man ſoll einen Fürſten kennen bey guter Müntz / reiner Straſſen / vnd Haltung gethaner Zuſage. Hoc eſt, bonum principem cognoſci ex proba moneta, viarum ſecuritate, ac
288 promiſſorum fide & conſtantia. Ejusq; etiam memor † Illuſtriſſimus Princeps Ludovicus Haſſiæ Landgravius, verum avitæ virtutis & conſtantiæ germen, in iſta monetarum confuſione, à cudenda illa monetæ cupreæ farragine rectè abſtinuit, horumq; depravatorum & Kipperorum cauſas procul habuit. Et ſane † nimis turpe &
289 deteſtabile eſt Principi fraudem committere in eo, quod in alio turpiſſima morte deberet punire, inquit Bartholom. Keckermann. *in diſputat. curſ. Philoſophici 31. quæſt. 20.* Sed hiſce præter animi intentionem diutius, tum propter indignam recentis calamitatis ex depravata moneta ortæ recordationem, tum etiam propter iſtius materiæ difficultatem & gravitatem inhæſimus. Ad rem itaq; redeundo quoad noſtram retractus materiam.

Infer 1. ex hac concluſione 2. Quòd † ſi mutatio monetæ fiat,
190 ſive in bonitate extrinſeca ſive intrinſeca, hoc eſt, valoris & æſtimationis augmento vel decremento, propter minutioris æſtimatricis & menſurantis numini deteriorationem vel meliorationem, retrahens pretium in illa bonitate & valore ſolvere debet, qui fuit tem-
191 pore contractus; quia † communis & recepta Dd. multarumque curiarum & ſupremorum tribunalium ſuffragiis comprobata ſententia eſt, in contractibus ſemper habendam monetæ rationem, quæ fuit tempore contractus. Bald. *in l. illud. C. de SS. Eccleſ. colum. 6.* Specul. *in tit. de oblig. & ſol. §. nunc aliqua. verſ. fin.* Odofred. *in l. in minorum. C. in quib. cauſ.* Ant. de Butr *in c. quanto. de jurejur.* quos & alios allegat & ſequitur Matth. de Afflict. *deciſ. 194. num. 4. in fin. & num. 5.* ubi

ubi refert ita Neapolitanum Senatum judicâſſe. Albert. Bruni *in tractat. de monet. part.3. num.1. & 4.* ubi poſt alios à ſe allegatos hanc dicit communem. Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol.3. deciſ.55. num.3.* ubi in terminis jurium retractus loquitur, ſubdens, in judicando ſupremum Senatum ita cenſuiſſe. Johan. Fichard. *conſil.30. num.5. lib.1.* ubi veriorem dicit per *text. in c. cũ Canonicis. extr. de cenſib.* Andr. Fac. *controverſ. jur. l.2. cap.10. & conſ.46. lib.2.* Joan. Bapt. Coſta. *in tract. de fact. ſcient. & ignor. cent.1. diſt.63. num.5. & ſeqq.* ubi quamplurimos ſelectiſſimos autores ita ſtatuentes refert. Henric. Bocer. latè & diſtinctè *in tract. de jur. monet. cap.2. num.129. & ſeqq. & rurſus n.150. & ſeqq.* Ludolph. Schrader. *de contract. tit.24. de empt. vendit. n.42. & conſ. 6. num.135. vol.1.* Matth. Berlich. in utramque partem *pract. concluſ. p.2. concluſ.35. num.8. & ſeqq. & concluſ.36. num.5. & ſeqq.* Et hanc ſententiam non ſolùm communem, ſed etiam in praxi receptam teſtatur. Geil 2. *obſ.73.* Johan Köpp. *deciſ.2. num.1. & ſeqq.* Wehner. *in pract. obſerv. verbo* Geldgülten Müntz/ꝛc *fol.255.* Eamq; tanquam veriorem & æquiorem Cameram Imperialem judicando amplexam in cauſa Epiſcopi Baſilienſis contra N. de Schauenburg / die 25. Decembris anno 1532. ſcribit Mynſiger 4. *obſ.1.* Similiterq; in cauſa Hecklin/contra Rheingraffen/16. Septemb. anno. 1584. Et in cauſa Pallandt contra Driſch/16. Martii annno 1613. In cauſa Hollbörffer contra Warſperg / 7. Martii anno. 1620. Item in cauſa Dulvering contra Holdingshauſen / 29. Novembris anno 1622. pronunciantur & deciſum: quæ & alia plura præjudicia Cameralia in hoc caſu congeſſit. Henr. Petræ. *in faſciculo Reſponſ. quorundam juris circa hanc materiã edito in calce reſponſi Iohan. Wolfgang. Hilleri.* Eãq; ſententiam judicando aliquoties comprobâſſe Senatum Imperii aulicum den Kãyſerlichen Reichs Hofrath / ex ipſis Dominis conſiliariis aulicis non ſemel audivi; Et juxta eam in nupero conventu Ratisbonenſi in Senatu Imperii aulico decretum fuit mandatum ſine clauſula in cauſa Oldenburg contra Lübeck / 4. die Aprilis anno 1613. Cumq; Cæſarea Majeſtas conſilii aulici ea de re judicium requiſiviſſet, unanimiter ita in ihrer Relation vnd Gutachten reſponderunt 2. Maji anno 1624. Multis etiam hanc ſententiam confirmat Regner. Sixtin. *de Regalib. lib.2. cap.7. num.148 & aliquot ſeqq. & conſil. Marpurgenſ.12. num.169. & ſeqq.* ubi *num.170.* dicit hanc ſenten-

tiam

tiam non ſolùm plærorumq; Dd. ſuffragiis, ſed etiam variarum inſignium Curiarum & Collegiorum Neapolitani, Delphinatus Lipſenſis &c. comprobatam eſſe. Similiter eandem comprobat Auguſti Saxon. Elector. *conſtitut. 28. part. 2.* Idemq; teſtatur & firmat Valentin. Forſter. *conſil. Marp. 10. n. 34. volum. 4.* confer in his noſtris retractus terminis Tiraquell. *hic §. 1. gl. 18. n. 26. & ſeqq. remiſſivè* Paul. Chriſtinæ. *alleg. ſupra loc.*

292 Amplia I. hanc illationem † procedere, etiamſi creditor vel venditor receptam in certo valore pecuniam carius vel vilius expenderit, quàm acceperit, quia id lucrum creditori, vel hoc noſtro caſu venditori tanquam ex induſtria quæſitum cedit per ea, quæ tradit Joh. Köppen *d. deciſ. 2. n. 8. arg. l. 2. in princ. ad l. Falcid. l. venditor ex hereditate. verſ. nam ſi eundem.* & ibi gl. *verb propter. de hered. vel act. vend. l. ita ut omnes. §. ſimili. verſ. quid enim fieret. ff mandat.* poſſet enim venditor aut creditor aliò proficiſci, & pecuniam carius ex ſua negotiatione vel induſtria expendere. Et cum debitor in mutuo, vel venditor in noſtro caſu factus ſit dominus pecuniæ, pretii nomine

293 vel ex mutuo acceptæ, ad eum † etiam omne periculum & commodum pertinet. *princ. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. l. incendium. C. ſi cert. pet.* aliâs præſertim in mutuo hoc ſequeretur abſurdum, ut debitor creditori nihil teneretur reſtituere, ſi illam pecuniam planè perdidiſſet, aut nullum exinde comodū ſenſiſſet. Contrariorum † enim eadem eſt ratio non ſolùm quoad cognitionē, ſed etiam quoad juris deciſionem, per ea quæ eleganter tradit Udalr. Zaſ. *ad rubr. n. 1. ff. de*

294 *acquir. poſſ.* Ita ut idem † operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitū in propoſito. *l. etſi contra ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. l. fin. §. fin. de leg. 3.* Cacher. *deciſ. 25. n. 16. & deciſ. 97. n. 3.* At ſicut creditor præciſè pecuniam creditam certi condictione peteret, etiamſi debitor eam caſu fortuito vel alio modo perdidiſſet, nullumq; inde lucrum vel commodum ſenſiſſet, ita nec debitori invidere poterit, ſi ex pe-

296 cunia credita aureos montes acquiſiverit. Horum enim, quæ † ex incerto eventu pendent, non habetur ratio, quam rationem in ſuo voto Domini conſiliarii aulici Cæſarei inter alia ad dubia injecta

297 reſpondendo admodum accommodè urgent. Similiter nihil † retrahentem vel emptorem attinet, quomodo pretium acceptum venditor expenderit, cùm emptor rem emptam aliter non admitteret,

Digitized by Google

teret, quàm à ſe pecuniâ venditori ſolutâ prius refuſâ, non obſtante etiamſi venditor eam perdidiſſet, vel vilius quàm acceperat expendiſſet. Quamobrem audiendus † non eſſet, qui id petere vellet, cujus contrarium non eſſet petiturus vel in ſe recepturus. *arg. l. ſi ea lege. C. de uſur. l. penult. C. de ſolut.* Zaſ. *ad rubr. de acquir. vel amitt. poſſ.* Daut. *ad c. quamvis ſub n. 10. verſ. tum quod ſemel de pact. in 6.*

Limita hanc illationem † non procedere, ſi mora vel in dando, vel in recipiendo interveniat, quia is qui in mora fuit vel dandi vel recipiendi, ſemper dare vel recipere tenetur pecuniam ſecundum duriorem æſtimationem quanti fuerit plurimi, vel minoris valuerit à tempore moræ. Bart. Angel. & Caſtrenſ. *in l. Paulus. & l. 1. de ſolut.* Covar. *de vet. num. c. 4. concl. 5. n. 4.* Matth. de Afflict. *deciſ. 90. n. 3. & deciſ. 194. n. 4. & deciſ. 280. ſub num.* 8. Geil. *2. obſ. 73. num. 9.* Johan. Köppen *d. deciſ. 2. num fin.* Johan. Bapt. Coſta *in tract. de fact. ſcient & ignor. cent. 1. diſt. 63 nu.* 34. Herman. Lather. *in tract. de cenſu, lib. 3. c. 10. n. 106.* Berlich. *deciſ. 102. n. 5.* Regner. Sixtin. *de regal. lib. 1. d. cap. 7. num.* 255. ubi allegat alios quàm plurimos: Quia ſua cuique mora nocere ſolet. *l. hominem. 37. ff. mandati.* Et ita † etiam in nupero edicto monetali Haſſ. Darmbſtadino de anno 1623. expreſsè cavetur, ibi: Deßgleichen ſoll auch die Steigerung der Müntzen / den contrahenten, welche in mora dandi vel recipiendi geweſen / nach Außweiſung der gemeynen Rechten / zu Schaden gereichen / hoc eſt, augmentum monetæ contrahentibus, qui in morâ dandi vel recipiendi fuerunt, ſecundum diſpoſitionem juris communis officere. 299 300

Limita II. non † procedere illationem noſtram præſertim in materia crediti, ſi aliud convenerit inter contrahentes, videlicet ut fiat ſolutio ſecundum valorem, qui fuerit tempore ſolutionis, quia contractus † ex conventione legem accipiunt. *l. 1. § ſi convenit. ff. depoſiti. l. contractus. de reg. jur.* & hoc caſu proviſio † hominis tollit proviſionem legis. *l. fin. C. de pact. l. fin. quib. mod. pign. vel hypoth. contr. l. pen. § 4. C. de ædific. privat.* hoc eſt, quod in jure Saxonico exprimitur: Gelübd † vnd Willkühr bricht Landrecht. Weichbild *art. 24. gl. in princip.* Landrecht. *num. 9.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 5. num. 378. & ſeq.* Goden. *Conſil. 7. n. 10.* Et ita in † noſtro caſu tenet Alber. *tract. de monet. l.* 8. *n.* 9. quem ad hoc allegat & ſequitur Joh. Köpp. *de deciſ. 2. n. 12.* Geil. *d. obſ. 73. n. 9.* verbis: niſi aliter inter contrahentes conventum ſit. Bocer. *de jur. monet. c. 2. n. 2.* 301 302 303 304 305

Digitized by Google

Pro ratione dubitandi ad hanc limitat adferri poteſt, hoc caſu fieri poſſe, ut creditor valore nummi extrinſeco diminuto, tempore ſolutionis recipiat corpora groſſioris monetæ, quam
306 accipit debitor tempore contractus, cùm † tamen mutuum ſit contractus, qui re contrahitur, ideoq; ultra id quàm datum eſt, peti non poteſt. *l.11.§.1.de reb.cred.l.ſi tibi.17.ff.de pact.l.cum ultra.9.C.de non n. pec.* Ideoq; videtur hoc contra naturam mutui adjectum, tali caſu incidere in pactum uſurarium, quod pro non adjecto in jure noſtro
307 & noviſſimis imperii conſtitutionibus habetur. Exempli † gratia ante annum unum vel duos, Imperialis thalerus ordinatione provinciali fuit æſtimatus 4. florenis. Deinde rurſus fuit reductus ad 1½ flor. Titius durante priori ordinatione Sejo mutuos dedit 1000. florenos hac expreſsâ conventionis lege & pacto, ut intra triennium reſtituerentur iſti floreni ſecundum valorem, qui ex ordinatione provinciali foret tempore ſolutionis. Hîc quæritur, an hoc caſu tempus contractus, an verò ſolutionis attendi debeat. Tempus ſolutionis attendendum rationes ad limitat, hanc adductæ ſuadent. Contrarium verò rationes pro ratione dubitandi allatæ arguunt. Quibus accedit etiam nuperum edictum Monetale Haſſo Darmbſtadinum de anno 1623. Daß in Verſchreibungen vnd Schuldbrieffen/welche bey wehrender jüngſter übermäſſiger Steigerung vorgangen vnd aufgerichtet worden/ die Clauſula, wie die Sorten tempore ſolutionis geng vnd gebig ſeyn werden/nicht in acht genommen/ ſondern darvor gehalten werden ſolten/ als wann dieſelbe dem Schuldbrieffe nicht einverleibt worden were: Jedoch was vnd ſo viel jetzt berührte vnd andere pacta, vnd ſonderlich Eydliche Zuſagungen/ darinnen bonâ fide, vnd nicht dolosè verfahren/ vnd gehandelt worden/ oder welche keine wunderliche qualitäten auf ſich tragen/ belangt/ dieſelbe ſollen von der Obrigkeit vnd Richtern nach Befindunge ihrer Vmbſtände in fleyſige rechtliche Obacht genommen werden.

308 Pro ratione decidendi I. notandum, pacta † conventa ſine fraudis conſilio inita, quæ neque contra leges, neque contra bonos mores, neque contra publicum jus facta, contractibus ſemper ineſſe, iisq; legem contra publicum jus facta, contractibus ſemper ineſſe iisq; legem dare. *l.pacta.l.legem.10.C.de pact.tot.tit.ff.de leg.Comm. cum ſimilib.* Nullâ autem † lege prohibetur creditor ita paciſci, ut
309

peci-

pecunia credita ſibi ſolvatur, ſecundum valorem, qui erit tempore ſolutionis. Cùm itaque tale pactum per ſe non ſit de genere prohibitorum, in dubio non cenſeri debet illicitum & uſurarium, maximè conſideratâ incertitudine, quotidiè circa variam monetæ æſtimationem emergente, per tradita Cravet. *conſil.* 47. *num. ult.* Köppen. *deciſ.* 2. *num.* 13. ubi dicit, ejuſmodi pactionem propter dubium eventum lucri aut damni uſurariam dici non poſſe: In omnibus, inquit JC. Ulpian. quæ † non ad læſionem publicam, ſed ad rem fa- 310
miliarem reſpiciunt, paciſci licet. *l. jurisgentium.* 7. §. *ſi paciſcar.* 14. *verſ. & in cæteris. ff. de pact.* Hoc autem pactum non ad publicam læſionem, ſed ad rem familiarem reſpicit. Et ita etiam † in nupero 311
monetali edicto Sereniſſimi Saxon. Electoris expreſsè cavetur. §. Würde nun der Contract, oder Schuldbrieff / der Widerbezahlung halber / in was vor Müntzſorten dieſelbe geſchehen ſolt / Maas geben / oder in genere auf ſolche Müntz gerichtet ſeyn / die tempore ſolutionis geng vnd gebe / hette das Werck ümb ſo viel weniger Zweiffel. Et ita etiam conſideratâ ejuſmodi pactorum conventione & æquitate, de jure reſpondit Facultas Juridica Ingolſtadiana 16. Junii anno 1623. Quid ſit † verò dolosè tale vel ſimile pactum adjiciatur, & in 312
uſurariam fraudem incidat (quod tamen in dubio ex hujus pacti per ſe liciti natura non præſumitur, ſed aſſerenti probandum venit) tunc utique pro non adjecto haberi debet. Cenſetur † autem do- 313
losè adjectum pactum, ſi circumſcribendi alterius causâ, calliditate quadam & fallaciâ fiat, per text. *in d.l.* §. *dolo malo.* 9. *ff. de pact.* Et ita etiam diſtinctè loquitur adductum ſupra edictum monetale Haſſo Darmbſtadinum, ejusq; rei cognitionem ſolertis judicis definiendum committit arbitrio. Et ſanè tam † varii & diverſi caſus 314
ac factorum ſpecies, durante iſtâ monetarum anomaliâ & confuſione evenerunt, ut quocunque ſe emendantis Legislatoris induſtria verteret, ſine multorum injuria per deciſionem univerſalem huic malo mederi non potuit, ut rectè huc illud Cornel. Taciti accommodare poſſis, dicentis: † Habet aliquid ex iniquo omne ma- 315
gnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publicâ rependitur. *lib.* 14. *annal.* Et melius † eſt, hinc inde particulari ſemel jactu- 316
ram aliquam ſentire, quàm perpetuam confuſionem Reipub. univerſæ perniciosiſſimam ſuſtinere, morbisque deſperatis cauteriata

Digitized by Google

remedia adhibere, ut bene monuit Zachar, Geitzkopfler in ſeinem Müntzbedencken. §. Darbey aber anfänglich viel zu wiſſen. Confer nuper editum Electorale Saxonic. de moneta. §. Wann aber in al-
317 len / & §. ſeq. Quotus enim † quiſque non novit, exortâ illâ monetarum nuperâ confuſione, integerrimos & prudentiſſimos etiam quoſque ab initio communi errore conſtrictos non ita ſubitò hujus mali morbum advertiſſe, & non ſolum reditus annuos & penſiones, ſed etiam ſortem ipſam ante multos annos in valore juſto & Imperii conſtitutionibus approbato, creditam in novo iſthoc & inordinato valore recepiſſe, & bonâ fide ſimiliter aliis credidiſſe, hoc pacto adjecto, ut reſtituerentur juxta valorem, qui foret tempore ſolutionis. Quomodo autem huic imputabis fraudem uſurariam, qui nihil tale cogitaverit, nec de lucro captando, ſed potius
318 de damno vitando egerit. Similiter Principes † ipſi plæriq; durante iſtâ confuſione, penſiones ex ærario ſuo debitos, item ſalaria miniſtris & officialibus jam dudum in legitimo nummi valore conſti-
319 tuta in aucto iſto valore perſolverunt: Si verò aliquis † pecuniam ex Principis ærario pro penſione veteris ſortis, vel etiam pro ſalario ſuo ita acceperit, aliiq; bonâ fide cum tali pacto crediderit, ut ſibi fiat reſtitutio in tali valore, qui eſſet futurus tempore ſolutionis, is certè omni dolo & fraude caret, neque tam de lucro captando, quàm de damno vitando egiſſe cenſeri poterit. Non itaque con-
320 ſtitui poterit regula, quod ejuſmodi pactum ſemper cenſeatur uſurarium, & pro non adjecto habendum, cùm † ad tollendam argumenti conſequentiam ſufficiat vel unam dare inſtantiam per tradita Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 7. num. 4.* Ferdinand. Vaſq. *lib. 1. controverſ. c. 36. num. 7.* Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib. 13. tit. 6. nu. 43. per l. is n. § ego quaſitum. ff. quod vi aut clam.*
321 *§. pavonem. Inſtit. de rer. diviſ.* Deinde debitor, † qui ita pactus fuit, eaq; lege pecuniam recepit, id procul dubio fecit ſui commodi causâ, quod vel eam in emptionem immobilium convertere vel debi-
322 ta ſua exſolvere poſſet. Ideoque & ſecundum † naturam æquum eſt, eum ſequi incommoda, quem ſequuntur commoda. *l. ſecun-*
323 *dum naturam. ff. de reg. jur.* Et licet in mutuo, † quoad ſtricti juris rationem non conſideretur, an perdiderit, vel commodo ſuo impenderit debitor pecuniam mutuò acceptam, per tradita ſupra,

tamen

Digitized by Google

tamen hoc noſtro caſu, ubi hinc inde agitur de damno vitando, non planè poſtponendus æquitatis hujus reſpectus. Hæc tamen † 324
ad illos non pertinent, qui publicâ hac calamitate ad ſuam avaritiam abuſi, pecuniam groſſiorem in vili valore conquiſitam & in augmentato & inordinato valore aliis eo ſtudio callide mutuo dederunt, ut ipſi tantùm diteſcerent, quia malitiis † hominum non 325
eſt indulgendum, nec concedendum, ut ex improbitate ſua quis conſequatur commodum. *l. itaq; fullo. §. 1. ff. de furt.* Neque adverſatur, quod contra naturam mutui foret, diminuto nummi valore, plura corpora recipere, quàm data fuerint; Quia juris † haud 326
incogniti eſt, naturalia contractus pactis & conventionibus mutari poſſe. Bald. *in l. 1. C. commod.* Jaſ. *in l. cum quid. 3. notab. 2. ff. ſi cert. pet.* Zaſ. *lib. 1. ſingular. reſponſ. cap.* 12. Schneidewin. *ad tit. inſtitu. de oblg. rubr.. Quæ dicantur ſubſtantialia, ſolennia & naturalia contractus. n. 20.* Quod in hoc † mutui contractu ita etiam ſpecialiter obtinere 327
poſt Bart. Caſtrenſ. & alios tenet Alciatus *in l. 3. ff. de reb. cred.* Motz. *de natural. mut. num. 2. & 3.* Fachin. *2. controverſ. 69. v. ſed alia eſt controverſia.* Et in contractibus † contrahentium voluntatem expreſ- 328
ſam & ſpecialem conventionem naturalibus eorum prævalere *eſt textus. in cap. contractus. extr. de reg. jur. l. pacta conventa.* 72 ubi Dd. *ff. d. contrah empt.* Cerumque eſt favori † pro ſe introducto quemlibet 329
renunciare poſſe. *l. ſi quis. 29 C. de pact. l. ſi quis. 51. C. de Epiſc. & Cleric.* maximè cùm hoc caſu dubius † & incertus eventus incertæ & cor- 330
ruptis noſtræ ætatis moribus variæ æſtimationis monetæ, parem debitoris & creditoris conditionem efficiant. *text. in l. ſi pater puella in fin. C. de inoffic. l. de fideicommiſſo. 11. C. de tranſact.* Köppen. *d. deciſ. 2. num. 13.*

Infer II. ex † eadem noſtra concluſione: Si inter emptorem & 331
venditorem bonâ fide citra retrahentis fraudem convenerit, ut in certa moneta pretium ſolveretur, juxtaque eam ſolutio facta vel facienda ſit, retrahens tenetur in eadem & non alia diverſa moneta ſolvere, uti in his noſtris retractus terminis tradit Paul. Matth. Wehner. *in practic obſervat. verbi.* Goltgülden Müntze / ꝛc. *fol. 254. v. an in retractu. & fol. ſeq.* Bocer *claſſ. 2. diſputat. 20. de retract. theſ. 64.* Tiraquell. *hic remiſſivè. §. 1. 18. num. 30. & ſeq.* Quò etiam collimat, exceptis certis caſibus, Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 13.*

Digitized by Google

gl.8.n.2. Et ita in Parlamento Pariſienſ. per arreſtum deciſum 3. die Januarii anno 1420. refert Papon. *Arreſtor.lib.11.tit.7.arreſt.17.circa fin.* Similiterq; die Decembris anno 1578. judicatum refertur *ibid. in addition.ad d.arreſt.17.* Et ita aliquoties in Dicaſterio Marpurgenſi
332 pronunciatum memini. In contractibus † namque ſemper id ſequimur, quod bonâ fide actum eſt. *l.ſemper in ſtipulationibus.34.d.reg.*
333 *jur.cum ſimilib.* Neque pactionis † adjectio, contra intentionem cõtrahentium vana debet eſſe & inutilis, *il.contractus.23.de reg. jur. l. ſi quando.in princ.* ubi Dd. *ff.de legat.1.l.ult.in princ.ff.de reb.credit.* Et ita
334 communiter Dd. tenent, quod † promiſſa ſolutio in certis monetæ ſpeciebus, in ea quoque facienda eſt. Bart. *in l.Paulus.101.num.10. v.ſed quid ſi.ff.d.ſolut.& liberat.* Covarruv. *de ret.numiſm. cap.7.§.un. concluſ.7.verſ.eſt alterum exemplum.* Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part.1.cap.10.n 7 & ſeqq.* Cothman. *conſil.34.num.51. & ſeqq. aliquot vol.1.* Regner. Sixtin. *1.de regalib.c.7.num.154.* Et hæc traditio con-
335 cordat cum edicto † monetali Ferdinandi I. Cæſaris de anno 1559. §. Die jetzt gemelte gemeine Reichsmüntzen. ibi: Aber was hiebevor auf Golt gethedingt vnd verſchrieben / in gleichen was hinfüro in Golt verſchrieben / vnd dermaſſen paciſcirt vnnd angedingt wird / ꝛc. Denen ſoll hiemit nicht benommen/ſondern in alle Wege vorbehalten ſeyn. Hoc eſt, illis caſibus, quibus ante hanc conſtitutionem aurea moneta promiſſa, eaq; in obligationem deducta eſt: uti & in his, quæ in poſterum pactis conventis in aurea moneta ſolvi debere contrahentes convenerint, nihil planè derogatum volumus.

336 Amplia hanc † illationem procedere, etiamſi emptor vel creditor non probet ſua intereſſe, ut potius in conventa, quàm in alia monetæ ſpecie ſolutio fiat: Quia ſatis eſt emptori habere pro ſe le-
337 gem conventionis, quæ † dedit legem contractui, & ſemper de re licita facta, ſervanda eſt. *l.1.de pact.l.1.de conſt.pecun.cum ſimil.* ne fruſtra adjecta cenſeatur *l.ſi quando.109.ibi:alioqui fruſtra.de legat.1.l.ex empto.11.ibi:nihil magis bona fidei congruit, quàm id præſtare, quod inter contrahentes actũ eſt.ff.de action.empt.* Matt. Coler. *alleg.ſupra.loc.n.15. & ſeq.* Et facit textus allegatus in allegato edicto monetali de annó
338 1559. Hancq; † ſententiam de jure veriorem eſſe, quo invitus creditor aliud pro alio recipere non cogitur, ſcribit Sigiſmund. Scacc. *de commerc.& camb.§.2.gloſſ.5.n.105.* quicquid de conſuetudine ſit.

Pro

Digitized by Google

Pro ratione dubitandi facit, quod audiendus † non ſit, qui ju- 339
re ſuo ita utitur, ut alteri tantùm officiat, ſibi verò non proſit: *l. in fundo, 38. §. cõſtituimus. ff. de rei vind. l. 25 ff. de pign.* At verò ſi creditoris vel emptoris nihil interſit, an in moneta conventa, vel alia, ad ejusdem tamen æſtimationem ſolutionem & pretium recidiat, alteri officit, ſibi autem non prodeſt. Hanc † opinionem probat Carol. 340
Molin. *in tract. de uſur. p. 91. num. 691. & ad conſuetud. Pariſ. d. tit.* 1. §. 13. *gloſſ. 8. n.* 2. eumq; remiſſivè ſequitur Tiraquell. *hic* §. 1. *gloſſ. 18. num.* 31. probatq; noviſſimè Sigiſmund. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 104. ubi dicit, generalem eſſe conſuetudinem totius mundi, ut una pecunia ſolvatur pro alia, ſi creditor ex receptione alterius pecuniæ non ſentiat damnum, quamvis contrarium de jure dicendum eſſe, ibid. n. 105. aſſerat.

Pro ratione decidendi facit. I. Quod † nemini injuriam fa- 341
ciat, ſuo qui jure ex pactis licitis & honeſta conventione quæſito utitur. *l. qui in jus. 138. l. nullus. 54.* ubi Deci. *l. nemo. 194.* ubi Cagnol. *l. factum 197. ff. de regul. jur. l. Proculus. l. fluminum. ff. d. damn. infect.* Matt. Weſenbec. *conſil. 29. num* 62. Jam verò jus commune talia pacta non prohibet, quinimò jus Imperii noviſſimum in d. conſtitut. de anno 1559. expreſſe ejuſmodi pacta ſervanda eſſe indiſtincte diſponit, ideoq; meritò attendenda erunt. Juris † enim executio inju- 342
riam non habet. *l. injuriarum. 13. §. 1. de injur.* II. Multis † modis in- 343
tereſſe poteſt creditoris vel venditoris in qua monetæ ſpeciei fiat ſolutio, tam propter univerſale commercium cum exteris & inter exteros: tam propter facultatem transferendi de loco ad locum: tam propter periculum deſtitutionis & prohibitionis, ſimilesq; rationes per ea, quæ tradit Cothman. *conſil. 34. n. 41. & ſeqq.* III. Non incognitum eſt, duplici † ratione pecuniam haberi in pretio: nem- 344
pe tanquam rem ſeu electam materiam, & tanquam numiſma ſignatum. Sigiſmund. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 2. *gl.* 3. *ſub num.* 94. & *gloſſ.* 5. *ſub. nu.* 117. Pecunia † namque aurea vel argentea etiam in ali- 345
os uſus, puta ad deaurandum, ad ornamenta novæ ſpeciei conficienda, alteriùsve uſus gratia adhiberi poteſt. *arg. l. 28. ff. de uſufruct.* ubi JC. dicit numiſmata aurea vel argentea vetera pro ornamentis, uſurpari fuiſſe ſolita, ac proinde verum uſumfructum in iis conſtitui, qui tamen improprius eſt pecuniæ uſus.

Limita

346 Limita I. hanc † illationem ſecundam non procedere, ſi ipſe
emptor jam ſolverit in alia monetæ ſpecie, quàm in conventione
expreſſum fuerat; Quia tunc apparet, contrahentes majorem re-
ſpectum habuiſſe ad quantitatem nummorum, quàm ad expreſſam
ſpeciem, & tunc ſufficit refundere pretium in alia moneta appro-
bata uſque ad eundem valorem, per tradita Corol. Molin. *ad con-
ſuetud. Pariſ.tit.1.§.13.d.gloſſ.8.n.2.* quia retrahens neque in plus, ne-
que durius obligatus eſt, quàm fuit ipſe emptor, cùm per omnia in
ejus jus & locum ſuccedat, per tradita paſſim ſupra ſuo loco.

347 Limita II. † non procedere hanc illationem, ſi moneta con-
venta interim ex uſu diſceſſit, & non amplius reperiatur, quia tunc
ſolutio facienda eſt de nova moneta proportionaliter, ad æſtima-
tionem antiquæ ſeu conventæ in bonitate intrinſeca. *c. olim.cauſam.
c.cum Canonicis.extr.d.cenſib.* Bald *conſil.269.n.1.verſ primo caſu.vol.
2.* Fichard. *conſil. 47.n.1.vol.2.* Andr. Fachin. *conſil. 46.num. 6.& n.
22.verſ.ad ſeptim cum ſeqq.lib.2.* Cothman. *d. conſil.34.num.33.* Geil.
2.obſerv.73.num.7. ubi hanc communem dicit eſſe Dd. opinionem.
Mynſiger 4.*obſerv.1.num.34.* ubi hanc ſententiam tanquam verio-
rem in Camera judices amplexos teſtatur Sigiſmund. Scacc. *de com-
merc.& camb. §. 2.gloſſ 5. nu.127.& ſeq.* addens quod ubi lex neceſſi-
tatis imperat, pacta & cæteras leges, ſilere & obedire. Et aliâs quo-
348 ties † præſtari non poteſt, id quod debetur, ejus planè præſtanda
eſt æſtimatio, per ea quæ tradit Matth. de Afflict *deciſ. Neapolit.347.
num.1.& 4.* ubi dicit, re etiam emptâ agi quidem poſſe ad rem ipſam,
licet in condemnatione veniat æſtimatio.

349 Amplia & extende hanc † limitationem obtinere, & ſi non
planè nummi conventi ex commercio exierint, difficulter tamen
propter rariſſimum eorum uſum, & non niſi magnis ſumptibus
conquiri poſſent, tunc enim perinde eſſe cenſetur, ac ſi nummi non
extarent, ideoq; æſtimatio eorum, perinde ac in noſtræ hujus præ-
miſſæ limitat. caſu dictum, præſtanda erit. Cothman. *d.conſil.34.num.
44 & 45.ibiq; allegat.* Geil. *de obſerv.73 num.7.* Bocer. *d.c.2.nu.116. &
ſeqq.* Mynſ. *cent.4.obſ.1.num.6.* ubi ita in cauſa Dominorum à Creutze-
nach contra Wirichium Comitem de Falckenſtein obſervatum te-
ſtatur, Matth Berlich *p.2.concluſ.35. num.10.* Pruckman. *conſil. 12. n.
17.vol.2.* tum quia † non entium & non apparentium idem ſit judi-
350 cium.

Digitized by Google

cium. § *ſi adverſus. Inſtit. de nupt. l. duo ſunt Titii. 30. de teſta. tut.* Anton. Faber *in C. rer. in Saband. jud. lib. 6. tit. 11. defin. 8. n. 2. in notat.* tum quia quæ † nimis ſunt difficilia, impoſſibilibus annumerentur. *arg. l. 55. ibi: tã difficilis, ut penè impoſſibilis videatur. ff. famil. erciſc.* Et poſſe non dicimur, quæ cum difficultate nimia poſſumus. *gloſſ. in §. pœnales. inſt. de action.* Præterea hoc admiſſo, facile † fraus fieri poſſet ad difficultandum vel impediendum retractum, ut ſcilicet convento de certa ſumma, facerent ſcribi certam ſpeciem monetæ, quæ eſſet difficilis conquiſitionis, quamve intra tam breve tempus retractui præfinitum, non poſſet retrahens colligere, & in Proximior poſſet facilè excludi à jure ſuo, ut bene monet Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 13. gl. 8. n. 2.* Secus tamen † eſſet, ſi ſine difficultate promiſſæ ſpecies conquiri poſſent, per ea quæ Dd. modò allegati tradunt Cravett. *conſil. 836. nu. 6. circ. fin.* Quæ autem † ratio ineunda ſit, ut idem valor, & æſtimatio eadem, alio in numiſmate reddi poſſit, ſi creditæ pecuniæ genus in uſu amplius non ſit, per tres diſtinctos caſus explanat Bocer. *d. c. 2. n. 127. & ſeqq.* de eoque quædam notabilia tradit Berlich. *p. 2. concluſ. 35. n. 11. & ſeqq.*

351 352 353 354

Limita III. † illationem non procedere, ſi de certa monetarum ſpecie convenit, quæ poſtea publico edicto prohibita ſit: tunc enim neque emptor cum ſuo damno recipere, neque etiam retrahens ſolvere tenetur. vide quæ remiſſivè tradit Tiraquell. *hic §. 1. gl. 18. nu. 29 & gloſſ. 20. nu. 11. & ſeqq.* Paul. Matth. Wehner. *in practic. obſervat. in verb.* Goltgülden/ꝛc. *v. ſi pactum eſſet inter emptorem & venditorem. fol. 255.* Idem extra hos retractus terminos firmat Bocer. *d. c. 2. num. 147. & ſeqq.* Martin. Peg. *in tract.* von vorbehaltenen Widerkäuffen/ *cap. 15.* Schrader. *de contract. tit. 24. nu. 42.* dicens hanc ſententiam veriſſimam & communiter receptam. Nam reprobatio † tollit bonitatem, quæ latet in valore, curſu & uſu. *l. 1. in fin. princ. ff. de contrah. empt. l. ſi is cui nummos. ff. de ſolut.* eoq; paria † exiſtimantur, non ſolvere & per reprobatos nummos ſolvere. Damhoud. *in loc. commun. par. & ſimil. tit. ſolvere cum adulterina pecunia.* Confer tamen ea quæ latè tradit Berlich. *p. 2. concluſ. 35. n. 19. & ſeqq.*

355 356 357

Declara † hanc limitationem tertiam, tantò magis locum habere, ſi nominatim convenerit, ut thaleri aut ſolidi aurei vel ducati non in moneta reprobata, ſed in ſacro Imperio currente exſolve- 358

Digitized by Google

rentur, daß die Bezahlung in unverbottenen und im heyligen Reich gangbaren Thalern/ Goltgülden oder Ducaten geſchehe/ ut poſt aliquos tenet Bocer. *d.c.2. nu.149.verſ.multominus id facere.* ſubdens hoc confirmari per text *in l.ſemper in ſtipulationibus. 34. & l.contractus.23.v.ſed hoc ita.ff.de R.I.l.1.§.ſi convenit.6.ff.depoſ.* Berlich. *d.concluſ.35.num.26.*

359 Ampl. iſtam † limitationem tertiam, ut procedat etiam in retrahente eo, qui etſi prohibitionem monetarum aliquarum futuram ſciret, de illis tamen nihilonimus illicò emptori ſatisfecit: Nam edicto reprobatorio inſecuto, emptor illam monetam retinere non cogitur, ſed retrahens eandem recipere, & bonam ac expendibilem loco ejus emptori reſtituere tenetur, ut voluit Jaſon *in §.fin. colum. pen.in princ.v.11.fallit.Inſt.de action.* Brun. *de ceſſ.bonor.q.30. quarta q. princ.n.2.verſ.quod idem firmari poteſt.fol.*167. & faciunt ad idem tra-

360 dita per Hippol.Marſil. *in rubr.tit.ff.de fidejuſſ. n.87. & ſeq.* Quia ex † temporis brevitate ſeu modicitate de jure præſumitur fraus & dolus: Paul. de monte Pico *in l.poſt contractum. nu. 62.ff. de donat.* Maſcard. *de probat.vol.1.concl.531.nu. 123. & v.2.concluſ.815.n.15.* Marſil. *conſil.3.num.18.* Cravet. *conſ.100.num.8.* Afflict. *deciſ.72. poſt.num. 3.*

361 *verſ.tertiò adducitur.* qui † cuiquam emolumento eſſe non debet per vulg. *l.1.in princ.ff.de dolo.l.ita demum.31.ff.de recept.arbitr.* Matt. Coler. *conſ.50.n.4.* Joh.Bapt. Cæſar, *conſ.3.nu.1.p.2.* Aurpach. *lib.1. epiſt. jurid.2.fol.13.* quia jus exigit, ſagittas fraudis, redire in doloſum verticem ſagittantis, ut loquitur Caſſiodor. *lib.5.Epiſtol.*

362 Infer III. † ex concluſione noſtra principali, quod pretio conſtituto in mera quantitate ſine ulla certæ ſpeciei expreſſione & determinatione, ſatis ſit retrahentem idipſum offerre in quacunque moneta uſuali currente, quia in debito quantitatis poteſt unum pro alio ſolvi. gloſſ. *in l.2.§.mutui.in verb.non poteſt in fin.ff. ſi.cert.pet.* Albert Brun. *in tract.de monet.in præſuppoſ.2.ſub.nu.1.verſ.aliqui.* Carol. Molin. *ad conſuetud.Pariſ.tit.1.§.13.gl.&.n.2.*

363 Declara hanc illationem † procedere, modò illa moneta, quæ ſubſtituitur, proba ſit, ejuſdemq; materiæ & ligæ, cujus ea erat, quæ data fuit. quamvis ſtampæ ſit diverſæ; quia moneta cenſetur eadem cujus eadem eſt bonitas intrinſeca. Covarruv. *de veter. numiſm. coll. cap.7.§.un.ſub n.1.in 2.concluſ.* Sigiſmund. Scacc. *de commerc. & camb.*

§.2.gloſſ.

Digitized by Google

§. 2. gloſſ. 5. num. 102. Et hoc caſu dici non poteſt aliud pro alio ſolvi, cum † eadem cenſeantur, quorum idem eſt effectus, virtus & operatio. Plin. *lib. 25. hiſtor. nat. cap. 1. q. 5.* Nam juxta Philoſophorum regulam, uti ſe res habet ad eſſe, ſic etiam ad operari. 364

Limita hanc † illationem non procedere, ſi in minutiori moneta, magni pretii ſummam offerre quis vellet; tum quia moneta 395
minuta cuditur pro rebus parvi valoris emendis vendendisq;, aut alio fine minutatim expendendis, ac pro ſupplemento groſſioris monetæ: non verò pro ſolutione debiti vel pretii numeroſi in magna quantitate. Caſp. Ant. Theſſaur. *de augment. mon. part. 1. nu. 31. & ſub nu. 84. & 85.* quem allegat & ſequitur Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gloſſ. 5. nu.* Bocer. *de jur. monet. c. 2. num. 79.* latè & eleganter Herman. Lather. *in tract. de cenſu, lib. 3. c. 10. nu. 80. & ſeqq.* Hinc etiam in monetali Imperii Conſtitutione Auguſtana de anno 1569. §. **Die jetztgemelten gemeinen Reichsmüntzen/ꝛc.** verſic. **Doch was/ ꝛc.** expreſsè cavetur, quod † nemo teneatur in ſolutionem qualemcun- 366
que ſummæ alicujus notabilis de minuta pecunia ultra 25. florenos recipere: tum quia minutior moneta regulariter propter majores expenſas in eam faciendas plus habet additamenti de cupro vel ære, & minus argenti purioris, per tradita Coler. *de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 10. n. 10. 11. & 12.* tum quia in ea numeranda multùm conſumitur temporis, faciliusq; fallacia committitur; tum etiam, quia moneta minutior ponderoſior difficilioriſq; translationis eſt, & plus loci occupat, ejusq; uſus quandoque etiam apud vicinos deficit, & majori periculo tranſportatur. Coler. *d. loc.* Gothman. *d. conſil. 34. num. 42. volum. 1.* Theſſaur. *d. tractat. de augment monet. part. 1. ſub nu. 30.* Indeq;, quia ex ſolutione in moneta longa, ut loquuntur Dd. pateretur diminutionem patrimonii, propter onera modò recenſita, Sigiſmund. Scacc. *d. gloſſ. 5. nu.* 108. cogi ad eam recipiendam nemo poteſt ac debet.

CONCLUSIO III.

Retrahens † non ſolùm pretium ſolutum, ſed etiam ſumptus 367
& expenſas, quas emptor ſuſtinuit, offerre & refundere debet. Huc facit textus in Conſtitut. Frider. *de jur. protimiſ. verſ. & licet. ibi: debent venire & ſolvere juſtum pretium cū expenſis neceſſariis, &c.* & ibi Mat. de

Digitized by Google

Afflict. Matt. Mant. cum ſimilibus. Tiraquell, *hic* §. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 2. Modeſtin. Piſtor. *conſil.* 27. *num.* 123. *lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol.* 1. *deciſ.* 281. *num.* 7. Matth. Berlich. *p.* 2. *concluſ.* 41. *nu.* 31. Concordat conſtitut. Electoralis Saxon, 32. *part.* 2. & quæ ibi not. Dan. Moller. *nu.* 20. *& aliquot ſeqq.* ut & ordinat. Haſſ. Darmſtadin. ibi: Doch ſoll er alsdann alles das jenige thun vnd leiſten / was der Käuffer verſprechen / hoc eſt, omnia præſtabit retrahens, quæ emptor promiſit. Item Ordinat. Solmenſ. part. 2. tit. 12. §. Wann aber der
368 Käuffer. Nam pretii † nomine intelligitur, quodcunque pretii cauſâ additum eſt emptioni. *l. fundi partem ff. de contrah. empt.*

369 Declara hanc † concluſionem in ſumptibus honeſtis & conſuetis, in contractu vel circa eum factis, quales ſunt ſumptus vini ſeu bibales, vulgò Wein: oder Leibkauff / quia & hos etiam integrè offerre & refundere tenetur. *argum. l. quòd ſi ſumptum.* 37. *ff. d. petit. here.* Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. tit. d. retract.* §. 1. *ad verb. les fraiz raiſouables. n.* 4. *v. quid de expenſa, quæ fit in bibendo, &c.* Tiraquell. *de retract. convent.* §. 5. *gloſſ.* 4. *n.* 10. Geil. 2. *obſervat.* 19. *nu.* 9. Joh. Köppen. *deciſ.* 52. *n.* 24. Paul. Matth. Wehner. *obſ. pract. verb.* Weinkauff. *fol.* 687. *v. qui rem retrahit.* Berlich. *p.* 2. *concluſ.* 41. *n.* 32. *& ſeq.* Ordinat. Darmbſtadin. ibi: Vnd den Weinkauff wieder erlegen.

370 Amplia I. in † Arrhis venditori datis: Köppen. *d. deciſ.* 52. *n.*
371 24. quod tamen non ſimpliciter, ſed cum diſtinctione † ſequenti admittit Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 13. *gloſſ.* 9. *num.* 3. Aut enim, inquit ille, arrhæ conſiſtunt in certa ſpecie, & impleta venditione emptor repetit eas á venditore per condictionem ſine cauſa, per text. *in l. ex empto.* §. *is qui. v. ego illud* ubi Bartol. *ff. de act. empt.* Aut conſiſtunt in pecunia, & tunc computantur in pretium per gloſſ. *in l.* 2. *in verb. recuperare. C. quãd. licet ab empt. diſced.* Bald. *in l.* 1. *lect.* 2. *ff. d.*
372 *lege commiſſ.* In dubio † autem videtur actum, ut cedant pretio, per
373 text. *in l. fin. ibi: reliqua pecuniæ ff. de leg. commiſſ.* Secus ſi † eſſet actum, quod non cederent pretio, ſed remanerent venditori, vel quod darentur pauperibus, tunc enim quia nec imputantur pretio, nec re-
374 petuntur, nec computantur in legales ſumptus. Alii ſumptus † conſueti & merè voluntarii, qui ex mera liberalitate dantur, ut ſi emptor veſtes, vel equos ſponte & liberaliter dederit, non repetentur. Idem molin. *d. loc. n.* 2. Ex quibus tamen à contrario inferimus ſenſu:

Si de

Digitized by Google

Si de † conſuetudine regionis, arrharum datio in emptione & venditione recepta ſit, quod tunc & illæ inter legales ſumptus referantur, & à retrahente reſtituendæ veniant: quia ſolita † quæ ſunt, habentur pro expreſſis, per tradita Vultei. *conſil. Marp. 15. num. 264. vol. 1. & conſil. 17. num. 79.* indeq; inter † neceſſarias expenſas refert Alciat eas, quæ ex conſuetudine regionis ſine dedecore omitti non poſſunt, in explicat. *l. impenſæ. num. 1. de verb. ſign.* Impenſæ verò neceſſariæ ſine controverſia refundendæ ſunt, ut ex traditis in ſeq. Ampliat. patebit. 375 376 377

Amplia II. hanc † 3. concluſionem in gabella vel laudemiis, à retrahente jure conſanguinitatis reſtituendis. Si enim emptor ejuſmodi laudemia Domino ſolverit, & poſtea agnatus retraxerit ab illo, ea refundere, & denuò præſtare tenebitur; quia hæc retractio videtur nova venditio, ut volunt Chaſſanæ. *in conſuet. Burgund. tit. de retract. rubr. 10. §. 9. gloſſ.* 1. Bocer. *deciſ.* 231. Petr. Gregor. *in ſyntag. lib. 25. c. 16. nu. 6. v. quod & arbitror locum habere, ubi hoc de conſuetudine ſervari addit.* Benedell. *de jur. protomiſ. ad §. item. de ipſa. pen. num.* 21. Paul. Chreſtin. *deciſ. Belgic. 55. nu. 7. in fin. vol. 3.* Idem de revendente ex pacto diverſis vicibus teſtatur Gregor. *d. loc in pr.* Sola *in ſuis comment. ſuper. 4. part. decreti, ex frequentior. tit. de pact. inter empt. & vẽdit. fol. 125.* Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. c.* 4. Hieronym. à Laurentiis *deciſ. Rotæ Avenioni 22. n. 5. ad fin.* latè & eleganter Caſpar. Ziegler. *in commun. concluſ. ad aur. prax. Calvol. §. Nobiles. concluſ. 1. n. 280. & ſeqq. & rurſus nu. 302.* Papon. *lib. 13. tit. 2. arreſt. 24.* Carol. Molinæ. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 33. gloſſ. 1. n. 13.* Bonavent. Gaver. *diſput. Baſil. de retractu, theſ. 10. lit. E. F.* Dubium autem non eſt, ex † venditione ad ſolutionem laudemii teneri emptorem. *l. fin. §. ult. C. de jur. emphyt. l. 27. in fin. ff. de ædilit. edict.* Molin *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 23. nu. 8.* Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt. 23. v. ulterius.* Matth. weſenbec. *conſil. 16. n. 2. part. 1.* Deinde facit, quod ſi vaſallus nondum petierat in veſtituram, & interim dominus moriatur ante lapſum anni & diei, ab ipſo non duplex ſed unum tantum laudemium ſucceſſoribus domini directi ſolvendum ſit, ut tradit ſingulariter Schrad *de feud. p. 6. c. 3. nu. 26. & ſeqq.* & alii allegati per Ziegler. *d. §. nobiles. c. 1. n. 391. ad fin.* Ex quo dicendum videtur, cùm retractus pariter intra annum & diem competat, non niſi unicum laudemium deberi. Circa prius † tamen, 378 379 380

quoad iteratam ſolutionem laudemii non parum dubito; quia retrahens per omnia ſubintrat in locum & veſtigia emptoris, *per tradita ſupra quæſt.5.concluſ.1.* neque in duriorem conditionem obligari poteſt, *per tradita ſupra in ead.quæſt. in ampliat.concluſ.3.* Jam verò ſi & emptori laudemia ſoluta refundere & denuò ſolvere Domino teneretur, in duriorem conditionem obligaretur. Neque multum ſtringit ratio; quia licet retractio videatur nova emptio, re vera tamen non eſt, ſed potius prioris emptionis translatio, de perſona emptoris, in perſonam retrahentis cum omnibus ſuis qualitatibus, ut fuſiùs ſuo loco præſertim *in quæſt.5.concluſ.1.illat.2.& 3.* explicavimus & eleganter id tuetur in his terminis Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ.460.nu.65.66.* ubi dicit quod reſpectu emptoris, prior contractus cenſeatur reſolutus ipſo jure, & in retrahentem translatus, & ita etiam reſolvit Tiraquell *hic* §.*29.gloſſ.3.num.4 & 5.* Anton. Gomez *in comment.ad L.tauri.70.cum 5.ſeqq. nu.30.fol.540.* Caſpar. Ziegler. *in commun.concluſ.ad aur.prax.Colv.§.nobiles.n* 254. In em-
381 ptione ſubſtantiale † eſt, ut de pretio conveniatur, *pr. Inſtitut.de empt. vendit.* Retrahens verò hoc non agit, ut denuò cum emptore de pretio conveniat, ſed ut jam antea conventa, & ab eo promiſſa & ſoluta aut ſolvenda pretio, refuſo, rem ſibi retrahat, ſufficere itaq; putarem, ſi retrahens laudemia ab emptore ſoluta, emptori refunderet, vel nondum ſoluta Domino adhuc perſolveret. Alia ratio eſt, in revendente ex pacto diverſis vicibus.

382 Extende hanc Ampliationem, † ut proximi or agnatus retrahens teneatur reſtituere laudemium emptori, etiamſi is ex ſpeciali quodam privilegio aut gratia, illud haud neceſſe habuerit ſolvere. Et ita judicatum refert in curia Pariſien. Pro Chennæo Regio Secretario emptore, contra Nobilem quendam retrahere volentem, Papon. *rer.in Cur.Pariſ.judic.lib.11.tit.9. arreſt.2.* Licet contrarium concluſum fuiſſe in Rotâ Avenionenſi teſtetur Hieronym. à Laurentiis *deciſ.26.* Ariſmin. Tepat. *in compend.deciſ.tit.399 cap.15.*

383 Amplia IV. † ſi emptor venditionis gratia mutuaverit aliquid venditori, ejus etiam in retractu erit habenda ratio, ex quo intereſſe illius mutui pars pretii videatur per tradita Tiraquell *hic* §. 1. *gloſſ.18.num.69.uſq; ad num.96.* Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Cur. Belg.281. num. 6.vol.1.*

Amplia

Amplia V. ut † etiam æſtimationem oneris, ſi quod fortè em- 384
ptor venditoris gratia ſuſceperit, retrahens refundere teneatur, ar-
gumento eorum quæ tradit Carol. Mol. *in conſuet. Pariſ. tit. 2. § 55. &*
ſeqq. quem refert & ſequitur Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgic.* 281. *nu.* 7.
volum. 1.

Amplia VI. † quoad expenſas confecti inſtrumenti ſuper con- 385
tractu emptionis venditionis, ut notat Chaſſanæ. *in Conſuetud. Bur-*
gund. tit. de retr. §. 1. ad verb. les fraiz raiſonables, n. 6. arg. l. Titius. 43. *in*
princ & §. de ſumptibus, ibi: non enim pretium continet tantum, ſed
omne quod intereſt emptoris ſervum non evinci. *ff. de act. empt.* alle-
gans etiam ad hoc Nicol. Boër. *in conſuetudin. Biturig. tit. de conſuet.*
Feud. & cenſus. §. 3. & tit. de retract. §. 4. additque rationem, quia em-
ptor tenetur facere ceſſionem ſeu tranſportum juris ſui per emptio-
nem acquiſiti, in retrahentem, ſimulq; inſtrumentum emptionis ei
cedere, ideoq; nec immerito ejus ſumptus recipiet. Et ita etiam te-
nent Benedell. *de jur. prothom. ad §. ideoq; illi nu. 21. & ad §. inprimis.*
n. 79. in fin. Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſyntagm. lib. 26. c. 21. n. 5.*

Limita I. † concluſionem procedere, quoad expenſas neceſſa- 386
rias poſt contractum in rem venditam retractui obnoxiam factas.
arg. l. intra utile fin ff. de minor. Chaſſan. *d. §. 1. ad verb les fraiz raiſonna-*
bles. n. 1. Nicol. Boër. *deciſ. 47. num. 8* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jure*
prothomiſ. ad §. verum ſi infra. num. 28. verſ. quid dicendum. Georg. E-
verhard. *conſil. 54. nu. 35. vol. 1.* Martin. Peg. *in tract.* von vorbehaltenen
Widerkäuffen/ *cap. 22. in princip.* Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 41. num.*
40. Concordat d. conſtit. Elector. 32. ibi: **auch das Kauffgelt und**
die Beſſerunge/ da die aufgewendt/ zu erſtatten/ rc. Mollerus *in com-*
ment. nu. 20. & ſeqq. Zobell. *2. different. 37. ſub n.* 10. Gail. & Köppen.
dictis modo locis. Nicol Boër. *deciſ. 47. num. 8.* Impenſæ namque ne-
ceſſariæ † in rei conſervationem factæ augent pretium. *l. in ſumma.*
6. C. de pignor. l. ſi neceſſarias. 8. ff. de pignor. adde l. impenſæ. 79. ff. de verb. 387
ſignific. quia ideò, † ut rei ſubſtantia ſalva maneret factæ ſunt. *l. 5. l. 6.*
& 7. ff. qui potior. in pignor. Nov. 79. de æqual. dot. & don propt. nupt. §. his 388
conſequẽs. l. impenſæ. 14. de impenſ in rẽ dotal. fact. & ut dicit Ulpian *in d.*
l. impenſæ. §. 1. quæ habent † neceſſitatem impendendi, vel ut Paul. 389
JCtus explicat, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior
futura ſit. *in l. impenſæ. 79 ff. de verbor. ſignif.* Quamobrem cùm his im-

penſis

390 penſis tota rei ſubſtantiva ſalva maneat ac conſervetur, ſemper † deducuntur & repetuntur, ſive ſit malæ ſive bonæ ſidei poſſeſſor, qui fecit. *l. ſi neceſſarias. ff. de pign. act. l. fructus alias. l. divortio §. impendia. ff. ſolut. matrimon. l. domũ. C. de rei vindic. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commod.*
391 Joh. Gœdd. *ad d. l. impenſæ. 79. n. 5. ff. de verb. ſignif.* ideoq; † & prædoni reſtitui debent. *l. ſi a domino. 36. §. fin. ff. de petit. hered. junct. l. planè. 38.* & quæ ibi not. Dion. Gothofr. *ff. eod. tit. d. l. domum. C. de rei vindic.* Cujac. *lib. 10 obſer. 1.* ubi tamen duos caſus, quibus hoc non procedit, adducit *& lib. 13. obſ. 16.* Petr. Barboſa *in l. divortio. 8. §. fin. p. 1. n. 59. ff. ſol. matrim.* De hiſce & aliis vide, quæ in retractus terminis notavit Joh. Gœdd. *conſil. Marp. 19. n. 198. & ſeqq. vol. 4.*

392 Sublimita I. eandem limitationem † procedere: Modò illæ impenſæ neceſſariæ, perpetuam rei utilitatẽ reſpiciant, juxta not. *in l. domos. ff. de legat. 1. & l. ſed ſi quid inædificaverit. in princ. cum ibi notat.*
393 *ff. d. uſufruct.* Matth. de Afflict. *deciſ. 86. n. 6.* Nam ſi ſolùm † modò impendentis pro tempore commodum concernant, non deducuntur, ſed fructibus imputantur. *l. vel ſi. 3. ff. de impenſ. in rem dotal fact.* & quæ ibi not. Dion. Gothofred. Alciat. *ad d. l. impenſæ. 79. n. 3. ff. de verbor. ſignific.* Menoch. *arbitrar. judic. caſ. 215 n. 4. & ſeqq. & remed. recuperand. poſſeſſ. 15. n. 513. & ſeqq.* ubi de tota hac materia latè & eleganter. Andr. Geil. 2. *obſerv. 221. n. 13.* remiſſivè Afflict. *deciſ. 252. nu. 7.* & re-
394 gulariter † cum iis compenſantur. Geil. *d. mod. loc. per text. in l. ſumptus de rei vindic.* Meichſner. *deciſ. Camer. 9. n. 160. tom. 3.* Peg. *in tract.* Von vorbehaltenen Widerkäuffen. *cap. 22. ſub. fin. princ.*

395 Sublimita II. eandem Limitationem non procedere, † in impenſis valdè modicis & exiguis, de quibus, ut dicitur, non ſolet curare Prætor. *l. ſcio. de in integr. reſtit. l. 9. in fin. l. 10. ff. d. dol. mal. l. 5. l. 4. d.*
396 *contrah. empt.* Geil. 2. *de pac. public. c. 10. in fin.* hæ † enim cum fructibus compenſantur, quod exemplis declarat Daniel Möller. *ad d. conſtitut. Electoral. 32. n. 27. & 28.* Confer Peregrin. *in tract. de fideicomm.*
397 *art. 50. n. 45.* Sic † modicum damnum non præſtat colono remiſſio-
398 nem penſionis. *l. ſi merces. §. vis major. ff. locat.* Et in † Eccleſiaſticis rebus minimis non eſt neceſſaria ſolennitas juris. Geil. 1. *obſerv. 152. nu. 13. per jura ibidem alleg. & 2. obſervat. 88. & obſerv. 102. num. 5. ubi*
399 *quod modica dos non dicatur dos. & 2. d pac. publ. c. 10. in fin.* & vaſallus † impenſas modicas in rem feudalem faciens easdem deducere & repetere

Digitized by Google

petere non poteſt. Boër. *deciſ. 44. nu. 25.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cent. 3. caſ. 215. nu. 6.* Schrad. *de feud. p. 2. nona part. pr. ſect. 2. num. 69.* atque generaliter exceptio † retentionis rei propter melioramenta & 400
expenſas modicas non datur. *l. omnimodo. ff. de impenſ. in reb. dot. fact.* Caroc. *de loc. & conduct. tit. 2. de expenſ. nu. 4. p. 3.* Molignat. *in tractat. de retent. quæſt. 403.*

Amplia † hanc Limitationem I. procedere, etiam quoad ex- 401
penſas utiles, in rem factas, quæ eam meliorem faciunt, & ita tenet Chaſſanæ, *alleg. ſupr. loc. ad verb. les fraiz raiſonnables. nu.* 1. conjugens utiles & neceſſarias, poſt Alberic. de Roſat. *ad l. intra utile. §. fin. ff. de minor.* & ſimiliter eas conjungit Andr. Geil. *de obſerv. 19. num. 9. ibi: quia tantum ad neceſſarias & utiles expenſas & non ad delicatas tenetur;* adducens ad hoc Tiraquell. *de retract. convent.* §. 7. *gl.* 1. *n.* 5. idq; rationibus firmat Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagmat. juris univerſ. lib. 26. c. 21. n. 5.* poſt Angel. Bald. & alios ibi allegatos. Adrian. Gilman. *rer. in Cam. judic. lib.* 1. *deciſ. 20. n. 64.* In allegata Electorali Saxon. conſtitutione verbum Beſſerung / hoc eſt meliorationes, indefinitè
ponitur. Hæc autem dictio † non ſolùm neceſſarias, ſed etiam utiles 402
impenſas complectitur, quia & hæ rem faciunt meliorem & pretioſiorem. Bald. *conſil. 156. lib. 1.* Alexand. Raudenſ. *conſil. 17. num. 35.* In Ordinat. verò Solmenſi *d. tit.* 12. §. Wann aber / neceſſariæ & utiles conjunguntur in verb. einige / kündliche / nothwendige vnd nützliche Arbeit vnd Beſſerunge gethan hette / die ſoll ihme / neben dem Kauffgelt / Weinkauff / vnd andern Vnkoſten / ſo ihme auffgangen weren / nach Erkandnus vnd Mäſſigung / durch den Abtreiber wieder erſtattet werden. Et in Ordinatione Haſſo Darmbſtadin. in verb. Neben der Beſſerung / ſo einige nothwendig oder nützlich in das Gut gewendet / nach Erkandnus / rc. zur Gnüge erſtatten / hoc eſt, unà cum meliorationibus, ſi quæ vel neceſſariæ vel utiles in rem factæ ſint, refundat.

Contrarium tenet Igne. † *in repetit. l. dudum. nu.* 40. *C. de contrah.* 403
empt. & decidendo defendit Nicol. Boër. *deciſ. Burdegal. 47. num. 8. & num.* 10. ubi dicit, id obſervari de conſuetudine aliquot locorum Regni Galliæ, quem refert & ſequitur Daniel Moller. *ad d. conſtitut. Electoral. Saxon. 32. num. 22. 23. num. 24. & 25.* ubi etiam ad neceſſarias tantùm impenſas, quas venditor ipſe, vel conſanguineus ejus facturus fuiſ-

rus fuiſſet, Conſtitutionis Electoralis indefinitam locutionem, Beſſerunge/hoc eſt meliorationes, intelligendas putat, de quo etiam videndus Berlich.*p.2.concluſ.41 num.41.* Rationes præfati Dd.
404 ſuæ opiniones adducunt præſertim ſequentes. I. Quod ſcienter † impendens in rem reſtitutioni vel retractui obnoxiam, ſi quid interim in rem impendat, prorſus non repetat per text.*in l.fin.§.emptor.* ubi Juſtin. Imper. inquit; Emptor ſciens rei gravamen, adverſus venditorem actionem habeat tantùm ad reſtitutionem pretii, neq; duplæ ſtipulatione, neque melioratione locum habente. *C. comm. de legat.* & quæ ibi not. Dionyſ. Gothofr. Benedell. *in tract.de jure prothomiſ.ad §.verum ſi infra.n.31.* Omnis autem emptor ſcivit vel ſcire debuit, quod jura perinde habent, in locis ubi jus retractus viget, proximioribus intra annum & diem (niſi aliud tempus ſtatuto vel conſuetudine ſit definitum) competere jus retrahendi rem vendi-
405 tam, ideoq; † proſpicere & cogitare debuerat, quod evenire conſueto more poterat, videlicet ut res retraheretur. *l.ſedetſi 26.§.ſi feriæ verſ.quia proſpicere eas & potuerit actor, ne in eas incidat.&c.ff.ex quib. cauſ.major.l.Servius etiã.4.ff.quod vi aut clam.l.divortio.35.ff.de negot. geſt.arg.l.ſi quis domũ.§.hic ſubjũgi.ff.loc.l.fin.§ ſed quia noſtra C.com.de leg.l.ſi idẽ.§.ſi una.ff.de pign.act.* ut etiam quod non eſſet Dominus irrevocabilis.*l.ſi ex duobus.§.ſed & Marcellus.ff.de in diẽ add.l.ſi ſervos.*
406 *l.ſi neceſſarias.ff.de pignor.act.* II. Omnis † diſpoſitio legis vel ſtatuti aut conſuetudinis ita intelligenda, ne fraus fiat ei, hoc eſt, ne ſententia vel effectus ejus circumveniatur.*l.contra.l.fraus.ff.de legib.* Jam verò ſi emptor conſequeretur impẽſas ſeu meliorationes utiles, is tantas poſſit facere, ut nullus retrahere poſſet, & ita fraude emptoris jus retractus proximioribus conceſſum facilè eludi & circumſcribi poſſet, quò facit text *in l.ſi ſervos pignoratos.25.de pignor.act.* ubi Ulpi-
407 an. dicit, creditorem † non poſſe efficere talem rem pignoratam, ut gravis ſit debitori ad recuperandum. Ergò nec emptor intra tempora retractus talem rem emptam impendendo debet efficere, ut gravis ſit retrahenti ad retrahendum. Confer etiam text.*in l.utilium. ff.de impenſ in reb.dot.fact.* ubi impenſarum utilium nomine ita faciendã deductionem eſſe dicitur, ſi voluntate mulieris factæ ſint. Quid dicendum? Utraq; opinio ſuas habet rationes, ſuos auctores. Pro reſolutione tamen hujus dubii, & prioris ſententiæ, quæ verior nobis vi-

Digitized by Google

bis videtur, defenſione, ſequentes limitationes notandæ, ex quibus concordia harum opinionum tentari poteſt.

Declara itaque I. † hanc Ampliationem non procedere, ſi emptor in fraudem retrahentis, magnas & onerosas intra tempora retractus in rem emptam fecit expenſas, ut videlicet gravem & duriorem retrahenti retractus conditionem efficeret, tunc enim retrahens ad eas præcisè non tenetur, cùm factæ ſint in fraudem juris retractus, uti ſeipſum explicare videtur. Boër. *d. deciſ. 44. n. 10.* Chaſſan. *alleg. ſupra loc. n. 1.* Paul Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 281. num.* 8. Georg. Everhard. *conſ. 54. num. 35. verſ. de utilib. vol. 1.* Andr. Gail. 2. *obſ.* 12. *n.* 6. ubi ſingulariter obſervandum dicit, melioramenta immodicè facta reſtituenda non eſſe; quia non dicuntur utiles impenſæ, quæ tam magnæ ſunt, ut Dominus cogatur rem habere pro derelicto, per jura ibid. allegata addens, hoc notandum eſſe contra potentes hypothecarios, qui dominia poſſident, ſub pacto de reſtituendo, Pfandinhabern / & rem hypothecatam novis pretioſis ac non neceſſariis ædificiis ita exornant, ut ſumptuum magnitudine dominum excludere, & ſibi proprietatem aſſerere poſſint, M. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicom. art. 50. num. 33.* ubi dicit, poſſe dominum, ſi pauper ſit, non reſtitutis iſtis melioramentis, fundos ſuos vindicare, vel ſaltem ut veram æſtimationem ipſius fundi circumſcriptis melioramentis talibus reſtituant bonæ fidei poſſeſſores, addens ſe ita per duas conformes pro D. Iſabetta Baptalea adverſus heredes D. Silveſtri Cochi cives Patavinos obtinuiſſe. Petr. Barboſa *in l. divortio. 8. §. fin. p. 1. n. 67. & n. 74. & ſeqq. ff. ſolut. matrimon.* Caroc. *in tract. de locat. & conduct. rubr. de expenſ. nu. 5.* Wehner *in pract. obſer. verb.* Beſſerunge. Martin. Peg. *in tract.* von vorbehaltenen Widerkäuffen. *cap. 22. verſ.* Zum andern. ubi dicit has expenſas arbitrio boni viri modificandas. Cenſentur autem in fraudem factæ impenſæ ſi fuerint immodicæ & inſolitæ; quia inſolita, † quæ ſunt, fraudis ſuſpicionem inducunt, per tradita Cravet. *conſ. 355. num. 10. & conſ. 494. nu. 25. vol. 3. conſ. 854. nu. 6. & conſ. 889. n. 7. vol. 5.* Cæpoll. *in tract. de ſimul. contract. præſumpt. 6. & 9.* Rimin. Jun. *conſ. 338. nu. 42. vol. 3.* Ant. Chioſ. *conſ. 97. num. 7. volu. 1.* Corn. *conſil. 41. num. 8. lib. 3.* Socin. *conſil. 262. n. 4. lib. 2.* Nevizan. *inter conſil. Alb Bruni. conſ. 12. nu. 164.* Schrad. *in conſil. pro Electore Brandeburg. contra Nobilem ab*

408 409

*Harſtal conſcripto quæſt.1.rat.decid.*8. Vant. *de Nullitat.rubr.ex defect. citat.n* 75.*& ſeqq.*Sigiſm. Scacc. *de judic.c.45.n.11.in fin.lib.*1. Si verò
410 impenſæ † utiles, hoc eſt, quæ meliorem rem faciunt, ut ait Fulcinius, fuerint modicæ, iniquum & contra naturalem æquitatem quæ vult, ne alter cum alterius detrimento locupletetur, foret, ſi illæ commodè & ſine damno impendentis nec tolli, nec cum fructibus perceptis compenſari poſſent, non refundere.*l.planè.l.ſeq.ff.de petit.hær. l.Paulus.29 ff.de pign.l.in fundo.l.ſumptus.ff.de rei vindic.* Joh. Gœdd. *ad d l.impenſæ.§.utiles,n.6.ff.de verb ſignificat.* Eſt enim emptor bonæ fidei poſſeſſor, qui mercatus eſt nullâ lege prohibente, & habet titulum à vero Domino, ideoq; retrahens ad tales impenſas ei tenebitur. Petr. Gregor. Tholoſ. *d.lib.26.cap.21.nu.5.* maximè ſi tales ſint expenſæ, quales & ipſe retrahens verſimiliter facturus fuiſſet, & ex quibus locupletior fiat, cùm & malæ fidei poſſeſſor tales impenſas detrahat, per tradita Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſiens. tit.* 1. §. *1. gloſſ.5.n.*87. Cujac.*d.obſerv.*1.*lib.*10. Joh. Gœdd.*alleg.ſupr.loc.*& ex his
411 † meliorationibus extrinſecis pretia rerum augeantur.*l.3.§.divi fratres.verſ.ſicut enim.ff.de jur.fiſc.*Pruckm.*conſ.29.n.42.vol.*1.

412 Declara II. † non procedere Ampliationem iſtam, ſi poſt legitimam depoſitionem & conſignationem pretii oblati, quis utiles expenſas faciat in rem emptam, & in illis terminis loquitur Boër. *d. deciſ.*47. ut apparet ex formato illius deciſ. themate, addens rationem videlicet, quod poſt depoſitionem talem proximior habeat jus quæſitum & fructus faciat ſuos.*per l.2. C.de pact.inter empt. & vend. cum aliis ibid.allegat.*

413 Declara III. † juxta Ordinationem Solmenſem, quæ prohibet intra tempora retractus mutationem rei ſubſtantialem: hoc eſt ne area empta interim ædificetur: ne vinea in agrum, & vice verſâ convertatur, &c. Hoc enim caſu ſtante prohibitione ſtatuti, ſi quis contra moliatur, bonam fidem perdit. vide ipſam ordin. ſub rubr. Weitere Erklärung von dem Abtrieb. §. Wann einer ein Grundtplatz/ rc.

414 Declara IV. † non procedere, ſi proximior denunciet emptori, ne ſumptus non neceſſarios, faciat in re empta, quia paratus ſit eam retrahere, & hoc pro cautela tradunt Dd. communiter Alberic. de Roſat.*in l.intra utile.§.fin.ff.de minor.per notat.ab eod.in l. ſi*

fundi.

fundi. C. de rei vind. Chaſſan. *alleg. ſupra loc. n. 2. in fin.* Andr. Gail. 2. *obſerv. 19. n.* 10. Köppen. *deciſ. 52. n. 26.* Dan. Moller. *ad d. conſtit. Electoral. 32. ſub n. 28.* Peg. *in tract.* von vorbehaltenen Widerkäuffen. *c. 22. verſ.* So aber der Kauffer. Berlich. *p. 2. concluſ. 41. num. 42.* Barboſa *in l. divortio. 8. p. 1. §. fin. num. 76. in fin. ff ſolut. matrimon.* ſive illa denunciatio in judicio, ſive extra judicium fiat, ut not. Nicol. Boër. *deciſ. 47. num. 8.*

Hiſce ita præmiſſis non adverſatur. I. ratio pro contraria opinione adducta, quæ deſumitur *ex l. fin. §. emptor. C. comm. de legat.* loquitur † enim ibi Juſtinianus de gravamine rei fideicommiſſo ſub- 415
jectæ & alienari prohibitæ, in quam emptor meliorationis impenſas faciens eas non repetit: Hîc autem verſamur in tali caſu, ubi res licitè alienata fuit, ubi gravamen præciſum res alienata annexum habet: hîc verò ex contingenti, quod evenire & evenire non poteſt. Non enim † probat adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *l. neq;* 416
natales. C. de probat. Meichſner. *deciſ. Cameral. 14. n. 100. tom. 3.* Strack. *in tract. de coll. 2. part. ult. p. princ. nu. 3.* Bard. *in tr. de temp. util. & contin. c. 16. n. 3.* Nicol. Rücker *inter conſil. diverſ. conſ. 27. num. 24 in fin. vol. 1.* Et de † futuris contingentibus non poteſt certa determinati veri- 417
tas. *arg. lib. 1.* & quæ ibi not Bart. *ff de in lit. jur. & in l. inter ſtipulantem. §. ſacram de verb. oblig.* Flamin. de rub. *conſ. 2. n. 89. vol. 1.*

II. Textus † ille loquitur de impenſis in rem alienam factis, 418
emptor verò qui impendit in rem de vendito ſibi traditam, quæ venditoris propria fuit, neque alienari prohibita, in rem non alienam, ſed ſuam, licet intra tempus revocabilem, impendit.

Deinde textus † ille, uti & ſimiles procedunt de ſtricto & ſum- 419
mo jure, ſecus vero eſt de æquitate rigorem temperante, quæ † ju- 420
xta naturalis rationis dictamen non patitur, ut quis cum alterius detrimento locupletetur. *l. jure naturæ de regul. jur. cum ſimil.* & ita not. Dionyſ. Gothofred. *ad d. l. fin. §. empt. & ad l. planè. 38. ff. de hered. pet.* Quod argumentum omnium elegantiſſimè & doctiſſimè perſequitur Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. d. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 89. & aliquot ſeqq.* ubi circa hanc materiam omninò videndus. Ad minorem etiam reſpondetur; licet emptor veriſimiliter præſcire poſſit, evenire poſſe, ut proximus intra tempora retractus rem emptam retrahat, quia tamen † de futuris contingentibus non eſt certa determinata veri- 421

 tas,

tas, pro certo ſcire hoc non poteſt: & ſi in tali incertitudine conſtitutus in rem emptam utiliter ac bonâ fide impendat, & eam meliorem efficiat, exinde ea propter ipſe damno expenſarum non affici, neque retrahens, contra naturalem æquitatem, cum ejus injuria lo-
422 cupletari debet. Nam ut in † omnibus, ita vel maximè in jure ſpectanda eſt æquitas *l. in omnibus. 90. ff. de regul. jur.* Nec enim tenemur
423 † attendere id, quod evenire poteſt, ſi ad id res nō eſt naturaliter deſtinata, inquit Bartol. *in l. 1. n. 1 per illum text. ff. de in lit. jur. & in l. inter*
424 *ſtipulantem. § ſacram. de verb. oblig.* Emptio † verò & venditio non eſt naturaliter, hoc eſt ſui naturâ deſtinata ad retractum, ſed contingit hoc ex accidenti præter communem emptionis venditionis na-
425 turam. Deinde cum † caſus evenire poſſint, quibus etiam poſt deſinita retractus tempora aliquis ad retractum admittatur, utputa minores, furioſi, abſentes, quibus præſcriptio præfinita non officit, ſequeretur propter illam incertitudinem, emptorem nunquam tutò in utilitatem rei emptæ impendere poſſe, quod juris rationi non congruit: cùm emptor non ſolùm bonæ fidei poſſeſſor, ſed etiam poſt rem traditam verus ſit Dominus, antequam res retrahatur.

Quantum *ad l. ſed etſi. 26. § ſi feria. ff. ex quib. cauſ. major.* attinet,
426 illa † in terminis planè diſſimilibus loquitur, videlicet de feriis ſolennibus, quæ certam & invariatam temporum ſeriem continent, adeoq; tales ferias quivis certiſſimè evenire ſcire potuit & debuit, quod circa retractum divinare quidem, certò tamen ſcire emptor non poteſt. Similis ferè eſt ratio aliarum in contrarium adductarum legum. Secundæ pro contraria opinione adductæ rationis declaratio, & intellectus patet ex his, quæ ſupra in 1. limitatione ad hanc 4. ampliat. tradita ſunt.

427 Quamobrem † utiles, circa rem retractui obnoxiam factæ impenſæ, ex arbitrio judicis temperamentum accipient. Boër. *d. deciſ. 47. nu. 10. in fin.* ita, ut neque delicatus retrahens, neque oneroſus emptor audiatur, ut in ſimili loquitur JC. Ulpian. *in l. ſi ut ſervos pignorat. 25. de pignor. act.* hoc eſt, ut utrique conſulatur, & mediocritate quadam res dirimatur, ut Paulus dicit *in l. Neſennius. ff. de neg. geſt.* Et ut Celſus ait, ne plus in rem verſum videatur, quàm res ſit. *l. in fundo ff. de rei vindic.* Et ſi plus impenſum, quàm melioratum, non in plus debetur quàm melioratum: Etſi minus impenſum, plus verò melio-

melioratum,in quantum impenſum, non verò in quantum melioratum repetetur. Felin. *ad c. cum cauſa.nu.28. x.de ſent. & re judic.* Garſ. *de expenſis.& meliorat c.24.n.1 & 2.* Schrad. *de feud. part. 2. part. 9.princip. ſect. 2.nu.100.* M. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicomm. art. 50.num.73.* ubi ita non ſolum Dominos de Rota Florentina judicâſſe ex Marzario refert, ſed ipſe quoque in ſpecie hoc ſervari teſtatur in fundis retractis modica impenſa factis utiliſſimis & magni pretii, quod nimirum ſola impenſa reſtituatur, ſubdens ad hoc videri caſum *in l penult. in princ. ff. locati* Confer. Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. d. §.1.gl.5.nu 97.* ubi dicit impenſarum † rationem habendam inſpecto præſente rei ſtatu, ad quod etiam collimant tradita 428
poſt alios per D. Peregrin. *d.art.50. num.72.* Matth. Berlich. *p.2. concluſ.2.nu.45.* Vincent. Caroc. *in tract. de locat. & conduct. p.3. rubr. de expenſ.nu. 13.fol.239.* ubi ex Rolando communem eſſe opinionem dicit, quod † melioramenta æſtimentur ſecundum tempus reſtitutionis, non ſecundum illud tempus, quo factæ fuerunt. 429

Limita II. Concluſionem † procedere, quoad intereſſe ſeu uſuras legitimas, ad quas retrahens tenetur, ut eſt textus *in conſtit. Frideric. de jure protimis. v. & licet. ibi: debent ſolvere juſtum pretium cum* USURIS, *&c.* Concord. Ord. Solmenſ. d. tit. 12. §. Da auch gleich der Kauffer/ꝛc. Debet enim emptor, qui legitimè bonâ fide mercatus eſt, omninò ſervari indemnis, quod non fieret, ſi pretii aliquâdiu exſoluti uſuris carere deberet, niſi ex re empta tantum fructuum percepiſſet, qui legitimis uſuris reſponderent, &c. Atque in reſpectu fructuum perceptorum in cauſa Guilielmi de Coutreau, Domini de Widæ retrahentis ex una, & D. Joannis Charreton Prothonotarii Apoſtolici rei ex alterâ, tandem 27. Septembr. Anno. 1608. judicavit ſupreme Curia Brabantiæ, actorem nimirum eſſe admittendum ad retractum mediante reſtitutione pretii ſylvæ venditæ, qualis erat tempore venditionis ſecundum æſtimationem eorum, qui illius cognitionem & peritiam habeant, abſque aliquo petito intereſſe, referente Paulo Chriſtinæo *deciſ. Cur. Belg. vol.1. deciſ. 302. num 32.* 430

Sublimita hanc limitationem procedere, † niſi retrahens ſtatim ubi reſcivit, offerat emptori pretium, & is oblatum recipere noluit, quia tunc eſt in mora non recipiendi, ideoq; non retrahenti, ſed 431

moroſo

Digitized by Google

moroſo emptori mora ſua nocere debet. *l.in condemnatione. §. uni-*
432 *cuiq;.ff.de reg.jur.l.mora.32.§.penult.ff.de uſur.* Quid enim † imputari
poteſt ei, qui ſolvere,etiamſi vellet, non potuit,inquit Paulus, JCtus
433 *in l.cum quidam.17.§ ſi pupillo. 3.ff.eod.tit.* Et uſuræ † non propter lu-
crum petentium , ſed propter moram tardè ſolventium infligun-
tur,ut eſt text,*in alleg.mod.l.d.§.ſi pupillo.in fin.*

434 Limita III. noſtram † concluſionem principalem tertiam ,
in ſumptibus fraudulentis, exceſſivis & immoderatis non procede-
re,per tradita *ſupra in Declarat 1.*Peregrin.*de fideicommiſſ.art.50.n.33.*
Balthaſ.Benedell. *in tract.de jure prothomiſ. ad §. verum ſi infra.n.28.*
*ad fin.*Matth. Berlich.*p.2.concluſ.41.nu.34. & 41.in fin.* Siquidem
435 exceptio † retentionis non habet locum reſpectu melioramento-
rum & expenſarum, quarum magnus datur exceſſus, ita ut eaſdem
quis commodè ſolvere non poſſit : uti ex Carocio tradit & firmat
Joan.Petr.Molignat.*in tract.de retent quæſt.401.per tot.* Hinc eſt , ut
436 qui † promiſit ſolvere expenſas, teneatur ſaltem ad expenſas ſolitas
& moderatas , ut ex Angelo tradit Pantzſchm. *p.1.quæſt.7.num.18.*
437 Quæ verò † ſint impenſæ immoderatæ & nimium oneroſæ, vel non,
judicis arbitrio datur cognoſcere.*arg.l.in fundo. ff. de rei vind.l ſi ſer-*
vos.& ibi Dd.*ff.de pignor.act.*Tiraq.*de utroq; retr.p.2.§.7.gloſſ.1.nu.5.*
438 Schrad.*de feud.p.2.nona part. pr.ſect.2.num. 91.* ut penes quem † aliâs
tota de impenſis quæſtio reſidet.*arg.l.32.ff.de uſur.in pr.* Duar.*ad tit.*
*ff.commod.c.5.*Weſ.*in parat.ff.de impenſ.in reb.dot.fact.* Joan. Copp.
ſenior.*deciſ.22.n.20.*

439 Limita IV. eandem † concluſionem non procedere in impen-
ſis voluptuariis,hoc eſt,quæ ſpeciem duntaxat exornant, non etiam
fructum augent,ut ſunt viridia,aquæ ſalientes,picturæ &c. ut expli-
cat Paulus *in l.impenſa.§.voluptuaria.ff. de verb.ſignific.*Peregrin.*de fi-*
440 *deicomm.art.50.nu.54.* Eas † enim emptor neque actionis, neque
exceptionis,neque retentionis beneficio recuperat.*l.pro voluptuari-*
is.9.ff.de impenſ.in reb.dot.fact.l.in fundo alieno.& ibi Bart.*ff.de rei vin-*
*dicat.*Schrad.*de feud.2.par.9.part princ.ſect.2.n.75.v.12. hac concluſio.*
441 Dan. Moll. *add.conſtit.Elect.32.n.20.* tollere † tamen & abradere ei
permittetur,modò id ſine rei detrimẽto fieri poſſit : Si vero tolli aut
radi ſalvâ rei ſubſtantiâ non poſſent,pro amiſſis habentur.*l.in fundo.*

ff.de rei

Digitized by Google

rei vind. l. pro voluptariis ff. de impenſ. in res dotal. fact. Garſ. *de expenſ. c. 1. nu. 25.* Barboſ. *ad l. divortio. 8. p. 1. §. fin. nu. 88. verſ. his explicatis. in fin. ff. ſolut. matrimon.*. Si verò † poſſent tolli, & retrahens id pati nollet, 442
ut tollerentur, tandem parata eſſet ei exceptio. *l. utiles. ff. de petit. here. & l. exactio. l. volupenariæ. & l. ſeq. ff. de impenſ. in res dotal. fact.* quia tunc retrahens hoc ipſo declararet, ſe eas habere pro impenſis utilibus. Johan. Gœdd. *ad d. l. impenſas. §. voluptuar. nu. 2. ff. de verbor. ſignificat.* Andr. Alciat. *ibid num. 5.* Petr. Gregor. Tholoſan. *dict. cap. 11. num. 5.* Confer Petr. Molignat. *in tract. de retent. quæſt. 402. per tot. fol. 357.* Peregrin. *de fideicom art. 50. num. 47. & ſeqq.* Barboſa *ad d. l. divortio. 8. p. 1. §. fin. nu. 7. & ſeqq. ff. ſolut. matrimon.* Caroc. *in tract. de locat. & conduct. p. 3. rubr. expenſ. n. 8. 24. & ſeq.* Schrad. *de feud. 2. p. nona part. princip. ſect. 2. n. 75.*

Sublimita hanc limitat. † IV. quoad impenſas neceſſarias, 443
circa res voluptuarias, quæ ſimul venditæ ſunt, factas, ut puta, ſi unà cum prædio vendita ſint viridia, aquæ ſalientes, geſtationes, deambulationes, &c. Nam licet hæ impenſæ circa res voluptuarias factæ ſint. quia tamen neceſſitate, hoc eſt pro conſervatione earum, quæ ſimul venditæ fuerunt, factæ ſunt, ut ſcilicet ſalva earum ſubſtantia maneat, atq; conſervetur, & niſi factæ eſſent, illæ perituræ, vel deteriores factæ fuiſſent, neceſſariæ cenſentur. Sicut n. omnes † huma- 444
næ actiones diſtinguuntur à fine. Cravett. *conſil. 137. num. 14.* Surd. *conſil. 161. nu. 32.* Everhard. *in loc. a virtut. fin.* Ita & impenſæ † ab uſu 445
& fine diſcernendæ erunt. Johan. Gœdd. *ad d. l. impenſæ.* & cauſa † fi- 446
nalis, principalem intentionem aliquid agentium ſignificat. Roland. à Vall. *conſil. 58. nu. 86. vol. 2.* indeq; cauſa † facti potius, quàm 447
ipſum factum inſpiciendum venit. Cravet. *conſil. 895. num. 6.* Ejuſmodi itaque † impenſæ, quæ non voluptatis gratiâ, ſed pro neceſſi- 448
tate & conſervatione rerum voluptuariarum factæ ſunt, niſi modum excedant, neceſſariarum expenſarum jure cenſendæ erunt.

Limita V. in his, † quæ ex mera voluntate, liberalitate & mu- 449
nificentia data ſunt, utputa, ſi emptor veſtes, equos, & ſimilia donet, ea enim inter legales ſumptus non referuntur, nec repetuntur, Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 9. num. 2. vide infra ſublimitat. Limitat. 8.*

Limita VI. concluſionem † fallere in datis ab emptore proxe- 450

Digitized by Google

netæ & mediatoribus voluntariè, ut procuraretur venditio, quia ad
ea reſtituenda non tenetur retrahens. Chaſſan. ad conſuetud. Burgu.
ad d. §. 1. verb. les fraiz raiſonnables. n. 4. per text. in l. debet. & ibi gl. ff. de
ædilit. edict. l. 2. de proxenet. Angel. in §. duplum. in pen. col. inſtit. de actiō.
Dan. Moller. lib. 4. ſemeſtr. c. 4. num. 6. Benedell. de jure protbom. ad §.
inprimis. n. 79. circa fin.

451 Sublimita † hanc limitat. niſi communi conſenſu emptoris
& venditoris ad proxenetam, ut ad medium & arbitrum pretii itum
fuerit per tradit. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. univerſ. lib 26. c. 21. n. 5.
in fin. Berlich. p. 2. concluſ. 41. num. 38. atque ita etiam fortè intelligen-
das Paul. Chriſtin. deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 302. n. 14.

452 Conſequitur † autem emptor impenſas legales neceſſarias &
utiles in rem emptam factas, non ſolùm viâ exceptionis & reten-
tionis, ſed & actionis Dd. ad d. l. impenſa ff. de verb. ſignif. gloſſ. in §. cer-
tè illud conſt. in verb. ædificaverit. Inſt. de rer. diviſ. per l. ſi pupilli. §. ſed et-
ſi quis. ff. de negot. geſt. l. demum. C. de rei vindic. l. ſi neceſſarias. ff. de pign.
453 action. cùm verò plus † cautionis ſit in re, quàm in perſona. l. plus. de
reg. jur. Bart. in l. 1. n. 2. ff. qui ſatiſdar. cog. Menoch. adipiſc. poſſeſſ. rem 5.
454 n. 74 expedict † poſſeſſori, per retentionem factas impenſas ſervare,
quàm novâ actione poſt rem dimiſſam petere. l. ſi is qui. 59. ff. de furt.
Anton. Fab. in Cod. rerum in Saband. judic. lib. 3. tit. 22. defin. 15. & facili-
455 us † de jure datur retentio, quàm pretio. l. per retentionem. C. de uſur. l.
2. ubi Bald. in not. 3. C. de fideicommiſſ. Cravett. conſil. 148. n. 2. lib. 1. Vult.
456 conſil. Marp. 18. n. 50. vol. 1. ac in multis † caſibus quis poteſt retinere
id, quod ſi non poſſideret, agendo conſequi non poſſet. l. debitori.
ubi Bald. & alii. C. de pact. Decian. conſil. 94. nu. 28. & ſeqq. lib. 3. Vin-
457 cent. Honded. conſil. 75. n. 30. vol. 2. & regulariter † jura concedunt
rei retentionem tantiſper donec ſolvantur melioramenta in eam
facta, text. in l. ſi in area. ff. de condict. indeb. & in l. Paulus. ff. de dol. mal.
& met. except. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. & in l. ſi neceſſarias ff. de pign.
act. l. quod dicitur. ff. de impenſ. in res dotal. fact. Anton. Capic. deciſ. 17 n.
7. Matth. de Afflict. deciſ. 87. n. 6. Caroc. de locat. & conduct. p. 3. rubr. de
expenſis n. 1. & ſeqq. Petr. Molignat. in tr. de retent. quæſt. 122. Garſ. in
tr. de expenſ. c. 1. nu. 16. Neguſant. de pignor. membr. 4. quintæ part. princ.
n. 8. Tiber. Decian. reſp. 29. num. 5. & 19. vol. 2. Cravet. conſil. 928. num.
11. & conſ. 919. n. 2. Matth. Coler. de proceſſ. exec. p. 1. c. 2. n. 210. Peregrin.
de fidei-

de fideicom. art. 50. n. 55. Barboſ. *latè in l. divortio. p. 2. § fin. n. 1. & ſeqq. ff. ſolut. matrim.* Meichſn. *deciſ. Camer. 6. n. 161. tom. 3. & mult. praecedent.* Ubi quod fœmina, propter impenſas in feudo factas, illud retinere poſſit, donec ſolvantur, idq; generatim in quolibet impenſas utiles vel neceſſarias in feudum faciente verificat Schrad. *de feud. p. 8. c. 2. n. 5.* Andr. Geil. 2. *obſ. 12. nu. 6.* Ubi extendit id in tantum procedere, ut etiam ſpoliator non teneatur rem ſpoliatam reſtituere, niſi ſolutis prius melioramentis, præſertim ſi in continenti probari poſſint per adducta à Menoch. 15. *recuper. poſſeſſ. remed. n. 568. cum ſeq.* qua de re vide omninò Carol. Molin *ad conſued. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. num. 78. & ſeq.* Cujac. *lib. 10. obſerv. 1.* Nota tamen ea, quæ de jure retentionis ratione impenſarum hîc dicta ſunt, ita procedere, modò † illæ ſint 458
liquidæ, vel in continenti liquidandæ. *arg. l. final. verb. liquida ſit, & non multis ambagib. innodata. C. de compenſat. l. ſtatuliber rationem. ff. de ſtat. liber.* Si verò impenſæ ſint illiquidæ ſatisdatione præſtitâ, de reſtituendis liquidandis impenſis, reſtitutio rei facienda erit, quod multis confirmat Erneſt. Cothm. *reſp. 30. n. 34. & aliquot ſeqq. volu. 5.* Pet. Barboſa *in l. divortio. §. fin. p. 2. n. 30. v. contrariam nihilominus ſententiam. & nu. ſeq. ff. ſolut. matrim.* Caroc. *de locat. & conduct. p. 3. rubr. de expenſis. num. 14. fol. 239.* dicens, ſe hoc vidiſſe practicatum. Dan. Moll. *ad d. conſtit. Elect. 32. n. 28 per text. in l. 4. §. ait. Prætor.* & quæ ibi not. Alex. & Dd. *ff. de judic.*

Contrarium † tamen, quod videlicet etiam in illiquidis im- 459
penſis & meliorationibus poſſeſſor, retentionis jure non obſtante cautionis oblatione, uti poſſit, nonnullos magnæ authoritatis interpretes ſcribere teſtatur Cothman. *d. reſponſ. 30. num. 34.* quam etiam ſententiam probare videtur Anton. Faber *in C. rerum in Saband. judic. lib. 3. tit. 22. defin. 15. n. 3.* Priorem † tamen ſententiam, ut com- 460
muniorem, æquiorem, ac Curiarum, Parlamentorum, & facultatum Juridicarum decretis & reſponſis, & velut publicè receptam poſt Petr. Benintend. Caſtald. & alios probat Cothm. *d. loc. num 38. & ſeqq. & præſertim nu. 46.* Ubi dicit, diſtinguendum ſemper inter liquidationem quæ in promptu ſit, & vel in continenti vel de facili fieri poſſit, & eam quæ longum proceſſum deſiderat, variis incidentibus circumſtantiis, jurisq; præſumptionem ſibi adverſum habet. In illa admittitur retentio, in hac ſufficit cautio: & hanc opinionem,

Digitized by Google

ut æquiorem,& magis receptam & nos amplectimur,cùm jura ſemper accuratè liquida ab illiquidis ſecernant, earumq; confuſionem prohibeant.Et hanc ſententiam poſt Ancharan. *conſil.122. ante n.2.* Menoch.*15.remed.recuper.n.514.* Neguſ.*de pignor.in 4. membr. quint. part.n.9.*10. conſulendo ſecutus eſt Alexand.Raudenſ. *conſil.17. nu.*140. Et quadrant, quæ in terminis retractus habet Balthaſar Benedell.*in tract.de jure prothomiſ.ad §.verum ſi infra.n.35.*

461 Limita VII. in caſu, † quo meliorationes, quæ in fundo retracto factæ ſunt à colono, ex liberalitate remiſſæ ſunt emptori, tunc enim reſtituendæ non erunt à retrahente, quippe ipſo ad eas tantum præſtandas obligato, quas emptor ipſe, cujus veſtigia in omnibus premit, exſolvit. *Et ita deciſum & judicatum fuiſſe in ſupremo conſilio Mechlinienſi, in materia liquidationis agitata inter Principiſſam de Ligne, & viduam Domini de la Chaulx, arreſto lato 4. Februar. Anno.1606. teſtatur. Paul. Chriſtinæ.deciſ.Cur.Belg.vol.3.deciſ.55.n.7.*

Pro ratione dubitandi adduci poſſent, tradita ſupra hac ipſa

462 quæſt.6.in Ampliat. concluſ.1. ubi dicitur, quod † retrahens teneatur emptori refundere pretium, etiamſi remiſſum ei planè eſſet ab emptore.

463 Pro ratione decidendi confert, quod non † eadem ſit ratio in remiſſione pretii rei venditæ, & in remiſſione meliorationis. Quia pretium ſemper eſt & manet de ſubſtantia emptionis, eaque ſine pretio ſubſiſtere nullo modo poteſt, licet ex poſt facto remittatur, cum in quovis actu initium ſpectetur, & emptio ac venditio manet, quacunque etiam ex cauſa fiat remiſſio pretii. *l.ſi tibi habitationem, ff.locat.* Meliorationes autem pars pretii non ſunt. Et faciunt adducta ſupra in ratione decidendi ad d.Ampliat.Concluſ.1.

464 Sublimita † tamen hanc limitationem non procedere, ſi remiſſio meliorationum non ex mera liberalitate, ſed propter cauſam onerosam,vel in remunerationem alicujus officii præſtiti facta foret; quia emptor ſemper ſervari debet indemnis, *per ea quæ ſupra hac Concluſ.3. & paſſim per tot hanc quæſt.adducta ſunt.* Si verò emptori,pro remiſſis meliorationibus,ex cauſa onerosa,vel in recompenſationem officii alicujus præſtiti, retrahens refundere denegaret æquivalens,is non maneret indemnis,& officium præſtitum ſibi foret damnoſum, quod juris hujus retractus & æquitatis ratio non admittit.

CON-

Digitized by Google

Conclusio IV.

Emptore † pretium ritè oblatum recuſante, Retrahens illud integrè obſignatum deponere debet, per text. ad hoc notab. *in l. 1. C. qui potior. in pignor. hab.* ubi Severus & Antonin. Impp. in hæc verba reſcripſerunt: Qui pignus ſecundo loco accepit, ita jus ſuum confirmare poteſt, ſi prior creditori debitam pecuniam ſolverit: Aut cum obtuliſſet, isq; accipere noluiſſet, eam obſignavit nec in uſus ſuos convertit. Et text. *in l. ſi creditrici,* ibi: Si pecuniam debitam cum uſuris obtuliſti, & non accipiente creditrice, obſignatam eam depoſuiſti, &c. *junct. l. acceptã. 19. ibi:* ſortem cum uſuris licitis creditoribus poſt conteſtationem offeras, at ſi non ſuſcipiant: conſignatam in publico, hoc eſt, apud competentem judicem, vel in ædibus ſacris depone. *C. de uſur. l. ſi reus parat. 73. circ. fin. ff. de procurat. l. obſignatione. C. de ſolut.* gloſſ. Bart. & alii *ad d. l. acceptam.* Nicol. Boër. *deciſ. Burdegall. 124. nu. 22. & ſeqq.* Tiraquell. *hic* §. *7. gloſſ. 3. nu. 1. & ſeqq.* ubi tamen varias & contrarias Galliæ circa hanc rem recenſet conſuetudines. Johan. Petr. Ancharan. *quæſt. 51. nu. 33. lib. 3.* Auctor incertus *deciſ. ſeu præjud. Cam. à* Schönwet. *edit. verb. jus protimiſeos ſeu congrui. fol. 172. & verb. retractus. fol. 299. in fin.* licet ibi in camera quandoque contrarium deciſum fuiſſe aſſerat. Mart. Peg *lib 2.* vom Vorkauff. *cap. 28.* Juxta ſtatutum Darmbſtadinum obſignatio non requiritur, ſed ſufficit depoſitio facta in judicio, ibi: Da jhme der Abtrieb nicht wolte geſtattet werden / ſo viel als der Kauffer an der Kauffſumm erlegt / hinder vnſer Gericht / biß zu Außtrag der Sachen alsbald deponiren, hoc eſt, retractu denegato tantum pretii, quantum emptor ſolvit, in judicio uſque ad cauſæ deciſionem continuò deponendum eſſe, vid. Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 372. num. 6.* ubi ſcribit, conſignationem auri & argenti ab eo, qui ad retractum gentilitium admitti petit in re feudali neceſſariò fieri debere coram locumtenente & duobus paribus Curiæ feudalis, aliter dictam conſignationem non valere, nec conſequenter admitti eum, ad retractum bonorum feudalium, uti judicatum fuiſſe in prædictâ curiâ feudali Ducatus Brabantiæ 19. Decembr. Anno 1602. inter Joannem Symeon actorem & N. van den Hove reum, quâ illa actor repulſus fuit à ſuâ petitione, ex capite conſignationis auri & argenti ſaltem

coram amanuenſi Graphæi & non prædicto loco factæ, teſtatur idem Chriſt in *d. loc. ad fin. præf. num 6.* quod tamen non ubivis locorum ita ſervatur.

466 Declara † concluſionem noſtram, modo depoſitio & conſignatio facta ſit, prævia numeratione; quia inutilis habetur oblatio, quæ ſine numeratione in ſacculo & crumena fit. Bar. *in l. cum ſervum. ff. de condit. & demonſtr.* Alexand. *in l. ſi mora. colum. 4. ff ſolut. matrim.* Roman. *conſil. 352. colum 1.* Cravett. *conſil. 671. nu. 9.* Benedell. *in tr. de jure prothomſ. ad § imprimis. nu. 66.* Quod tamen hiſce locis non adeò ſtrictè uſu ſervatur, præſertim ſi perſona deponens legalis & non aliqua ſubſit ſuſpicio probabilis, & ſumma etiam poſtea reperiatur integra.

467 Amplia hanc † concluſionem, etiam in ſumptibus in contractu factis & bibalibus, per rationes & jura ſupra concluſ. præced. hac noſtrâ quæſt. adducta. Et ita etiam cavetur in ſtatuto Darmbſtadino, quod etiam tales ſumptus una cum pretio deponi debeant. ibi: So viel der Käuffer z. Weinkauff bezahlt / deponiren, hoc eſt; quantum emptor vini ſumptuum dedit, deponendum eſſe.

468 Infer I. † ex hac concluſione, quamvis ſola oblatio realis vel etiam verbalis in judicio vel extra judicium reſtatò facta, recuſante creditore, ſuos habeat inſignes effectus, quoad ſiſtendum curſum uſurarum, purgandum moram, & alia, &c. Confer Georg. Everhard. *conſ. 54. n. 120. vol. 2.* Paul. Chriſtin. *vol. 1. deciſ. Cur. Belg.* 372. *nu. 7. 8.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 5. num. 380.* Alexandr. Trentacinq. 3. *var. reſolut. 1. quæ eſt de oblationibus paſſim per tot.* Anton. Fab. *in Crer. in Sabaud. judic. lib. 4. tit. 36. de pact. int. emptor. defin. 17. n. 8. in nota.* Papon. *rer. judicatar. lib. 11. tit. 5. arreſt. 1.* Conſultus tamen eſt non acceptam pecuniam ab emptore in publico deponere; quia hæc eſt perfectiſſima ſpecies oblationis, quæ non ſolum ipſo jure offerentem liberat, & omne periculum in moroſum recuſantem transfert, ut notat Sichard. *ad d. l. acceptam. num.* 16. ibidemq; Bart. *num. 10. C de uſur.*

469 Sed † etiam ad conſequendæ actionis effectum citra dubium ſufficit Bart. *in d. l. acceptam.* Ancharan. *conſil. 331. colum. 1.* Roland à Valle *conſil. 53. nu. 35. vol. 1. per tot. in l. ſi à te. C. de pact. inter empt. & venditor.* Nicol. Boër. *d. deciſ. 124. num. 25.* Cravet. *conſil. 331. num. 4.* Herman. Vult. *conſil. Marp. 18. nu. 35. vol. 2.* Valent. Franc. *in tract. de fidejuſſ. c. 6. num. 35.*

num.55.Pruchman. *conſil.19.num.76. vol 1.* Valentin. Forſter. *conſil.*
Marp.10.num 36.& ſeqq. vol.4. Si verò † tantum obtulerit, & non 470
depoſuerit,ac ſine culpa perdiderit, exceptione demum liberatur.
l.qui decem.72.ff de ſolut. ubi JC.Marcell. inquit: Qui decem debet,
ſi ea obtulerit creditori, & ille ſine ſua juſta cauſa ea accipere recu-
ſavit, deinde debitor ea ſine culpa perdiderit, doli mali exceptione
ſe poteſt tueri,&c. *l.interdum.73.§.ult.ff.de verb.ſign.* Confer Cujac.
in tract.8.ad African.ad l.ſi ſoluturus pecuniam.de verb.obl.p.mihi 567.
Caſp.Anth.Theſaur.*quæſt.Forenſ.54.nu.6.lib2.* Scacc. *de commerc. &*
*camb.§.2 gloſſ.5.n.*161. Et ita in terminis retractus municipalis magis
probat Nicol.Boër.*d.deciſ.124.num.24.*Peg.*lib.2* vom Verkauff/*c.8.*
verſ. Wann aber der Kauffſucher. Iſtam tamen traditionem de pe-
riculo rei oblatæ amiſſæ multis declarationibus explicat Alexand.
Trentacinq. *lib.3.d.reſolut.*1. imò quandoque † judex ex officio in- 471
jungit realem depoſitionem, ſi offerens fortè ſit potentior, ejusq;
petitionem non adeò coloratam advertat, ubi Arreſto Pariſienſi
pro Johanne Perſona adverſus Illuſtrem Lambertum Boiſium Præ-
ſidem in dicta Curia Anno 1394. decretum refert Papon. *Rerum ju-*
dicat.lib.11.tit.5.arreſt.1.

Limita hanc illationem I. procedere, † quod videlicet per e- 472
juſmodi depoſitionem debitor, vel noſtro caſu retrahens, plenè li-
beretur, ſi poſt recuſationem ab emptore factam depoſuerit: Nam
ſi emptor oblatum pretium legitimè acceptare vellet, offerens verò
non ſolveret,ſed contra ejus voluntatem deponeret, non ſatisface-
ret,neque periculum in emptorem transferret, per ea, quæ notavit
Referens in ſimili apud Meichſn.*deciſ. Camer.5. vol.3.fol.52.* per text.
in d.l.acceptam. ibi: Poſt conteſtationem offeras,& ſi non ſuſcipiant,
conſignatam depone,&c. Et ita in terminis retractus probat Ste-
phan. Gratian.*diſcept.Forenſ.541.nu.16.allegans* Rol. à Valle *conſil.*
*63.num.29.lib.1.*Surd.*conſil.86.num.7. & alios*: Scacc. *de Commerc. &*
Camb.d.§.2.gloſſ.5 ſub num.165. ubi dicit, tunc demum depoſitionem
rectè fieri, quando ille, cui facienda eſt, doloſè recuſat accipere,
modò tamen is non abſit, quo caſu offerens non teneretur ſe con-
ferre ad aliam provinciam. Paul. de Caſtr. *in d.l. acceptam.* ubi dicit,
quod † in caſu abſentiæ illius, cui debebat offerri,debitor vel is qui 473
ad oblationem tenetur,debeat adire judicem, & ibi proteſtari,quod
eſt pa-

Digitized by Google

eſt paratus ſolvere, ſi eſt qui velit & poſſit recipere. *ut l.ſi creditrici.*
474 *C.de uſur.in fin.*& expreſſius *in l.fin.ff.de Leg.Commiſſor.* Et talis † proteſtatio habet vim realis oblationis: facit *l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de nov.op.nunc.*
475 Et † ſi non poteſt haberi copia judicis, debet iſtam proteſtationem, conſignationem & depoſitionem facere corã honeſtis viris & rogare Notarium, ut *in l.fin.C.de his qui per met.judi.non appellav.* Trentac.*d.reſol.1.circ.fin.* vide quæ eleganter hac de re ſcribit Anthon.Fab.*in Cod.rer.in Sabaud.judicat.lib.4.tit.18.de pign.*
476 *act.defin.6.n.3 & per tot.* Depoſitum verò † factum parte præſente non monitã nec citatâ, nihil operatur. Jaſ.*conſil.9.nu.15.* Johan. Petr. Ancharan *quæſt.51. num.34. lib.3.* De quo latius tractat in terminis Martin Peg.*lib.2.*vom Verkauff *cap.29.* Et ita etiam in noſtris terminis concludit Chaſſan.*in conſuetu.Burgund.§.1.ad verb.ex rendant, & ad verb. le pris. num. 9.fol.1254.* Tiraquell. *hic §.9.gloſſ.3.& ult. num.3.*

477 Limita 2. † eandem illationem, modò pretium in moneta proba & juſti valoris ſit depoſitum, per text.*l.Creditor.*& faciunt huc tradita *ſupra ad concluſionem 3.* Chaſſan.*d.§.1. ad verbum le pris.* Caſpar. Anth. Theſaur.*quæſt.forenſ.54.n.6.lib.2.*

478 Infer 2. † ex hac noſtra concluſione, ad effectum præparandæ & conſequendæ actionis non ſufficere oblationem, niſi ſubſequatur legitima depoſitio per tradita Bartol.*in d.l.acceptam.nu.3.C.de uſur.per l.ſi à te. C.de pact.inter emptor.* Nicol.Boër.*de deciſ.124.nu.24.* Quod tamen non tranſit ſine controverſia, per ea quæ tradit Trentacinq. & alii ſupra allegati.

CONCLUSIO V.

479 Retrahens pretium † oblatum & depoſitum ſimpliciter recipiens, videtur renunciare juri ſuo. Angel.*in l.C.qui potior.in pign.* Salicet.*ibid.* ubi dicit, quod conſignator recipiendo pecuniam depoſitam, in priorem ſtatum rediiſſe videtur: Et beneficium quod per oblationem & depoſitionem fuerat conſecutus, per receptionem rurſus amiſit; quia oblatio & depoſitio, quæ non durat, non videtur facta.*l.ſi pro parte.§.in rem v.ff.de in rem verſ.* Tiraquell. *hic §.7.gl.3.num.4* Nicol Boër.*deciſ.23.nu.33.* Benedell. *in tract. de jure prothomiſ.ad§. inprimis.n.82.& nu.14.*
480 & actus † recuperationis tollit actum depo-

depoſitionis. l. 20. *de jure fiſci.* adeoq; non cenſetur † depoſitum fuiſſe, quando pecuniâ recuperatur, ut magis ſit, quem ex hoc approbâſſe venditionem in eamq; conſenſiſſe, *argumento l. 7. ff. de leg. commiſſor. & l. 2. de jur. dom. imp.* Idem de retractu conventionali tradit Peg. *in tract.* von vorbehaltenen Widerkäuffen. *cap. 17. verſ.* Wann nun der Verkauffer. Georg. Everhard. *conſ. 54. n. 148. vol. 1.* 481

Declara hanc concluſionem, † quod deponens ſemper poſſit pecuniam à ſe depoſitam accipere, antequam is pro quo depoſita eſt, eam acceptavit; quia ante acceptationem nullam ei jus in pecunia depoſita quæritur, ideoq; nec contradictione ſuâ repetionem impedire poteſt, per ea quæ tradit Bart. *ad d. l. acceptam. n. 5.* ibidemq; Sichart. *circ. fin. C. de uſur.* Nicol Everhard. Sen. *conſil.* 240. *num.* 27. facit. *l. ult. C. de compenſat.* Mynſ. *ad §. in bona fidei. num. 3. ibiq́ etiam* Coraſ. *num.* 12. *Inſt. de action.* Sichard. *ad l. ſi quis. num. 2. & 3. per illum text. C. depoſ.* ubi dicitur, omni tempore & quidem cum effectu depoſitum repeti poſſe. 482

AD QVAESTIONEM VII.

SUMMARIA.

1. Tempus retrahenti locorũ ſtatuta & conſuetudines, his verò deficientibus jus commune in anno & die determinant & n. 8. 9. 10. 11.

2. Saxonico jure retrahendæ venditioni anni ſpatium præſtituitur.

Actum factum in alterius præjudicium intra annum & diem retractari juris Saxon. regula eſt.

3. Feudũ in remotiorem agnatũ alienatum intra annum revocatur.

4. Domus urbanæ alienatio de jure Moſaico intra quod tempus revocabatur?

5. Annus, tanquam omnes menſes includens, cenſetur tempus omnibus rebus agendis aptum.

6. Annus pro mora longa accipi in proverbium abiit.

7. Tempus ſimpliciter prolatum de anno accipitur.

Concl. 2.

12. Retrahens intra annum vel aliud quod ſtatuti tempus de retractu legitimè non agens, ab illo dehinc excluditur.

Retrovendendi tempore elapſo, emptor amplius revẽdere nõ tenetur.

Terminus legis eſt peremptorius.

13. Agere ceſſans intra tempus ſtatuti ſibi imputet.

14. Terminum labi ſinens, tanquam facto proprio excluſus non auditur.

Digitized by Google

15. *Termini lapſus tacitam juris repudiationem inducit.*
16. *Patientia & taciturnitas legitimo tempore vallata pro conſenſu habetur.*
17. *Renunciare videtur non parens terminis à jure præſtitutis.*
18. *Dici lapſus habet vim pacti de non petendo.*
19. *Termini lapſus ſententiæ in rem judicatam tranſeuntis vim habet.*
20. *Formam non ſervat qui tempus non ſervat:*
21. *Permiſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum.*
22. *Tempus, cum eſt de forma, ad unguem ſervandum.*
23. *Annus & dies de forma & ſolennitate eſt juris retractus, proindeq́; obſervari debet.*
24. *Tempus retractus ad imponendum ſilentium proximiori inductum eſt.*
Tempus quinquennii vel aliud inferius ſpatium induciis moratoriis pro forma præſcriptũ cenſetur.
25. *Magna eſt jactura temporis.*
26. *Tempore liberatus ſatisfacienti ſimilis eſt.*
27. *Ignorantiæ prætextu quis non ſublevatur.*
28. *Iura vigilantibus non dormientibus ſcripta ſunt.*
29. *Exceptiones odioſæ ignavis oppoſitæ ſunt.*
30. *Tempus retractus currit abſq; ſpe reſtitutionis.*

Declar. 1. Concluſ.

31. *Anni computationem olim non uno ſemper modo initam fuiſſe, idq; oſtenditur n. 32.*

Declar. 2.

33. *Annus ſolaris vertens in materia retractus & uſu juris intelligitur, & ejus epithetum, & deſcriptio 34. 35.*

Subdecl. 1. declar. 2.

36. *Quod annus contineat dies 365. continuos.*
37. *Diebus 365. horæ 6. ex ſolis curſu cuiq; anno aſſignãdæ & quare?*
38. *Anni computatio in civili uſu fit ſine reſiduis 6. horis, quæ collectæ diem & noctem conſtituunt.*
39. *Anno quoq́; quarto menſi Februario dies inſeritur, & quomodo undeq́; dicatur? 40.*
41. *Annus cui dies intercalaris inſeritur,* Schaltjahr *dicitur.*
42. *Intercalaris dies incidens conſanguineo prodeſt.*
Biduum intercalaris pro uno die habetur.
43. *Saxonico jure præter annum civilem interdum dies, quandoq́; 6. ſeptimanæ determinantur.*

Subdecl. 2. declar.

44. *Diem naturalem vel civilem dici.*
45. *Naturalis diei deſcriptio.*
46. *Sol diem à nocte diſtinguit.*
47. *Fur diurnus vel nocturnus quis dicatur?*

48. Deus

48. Deus lucem diem, & tenebras noctem vocavit, &c.

49. Dies a luce ad tenebras vulgò menſuratur.

50. Diei naturalis partes quotuplices, & quæ?

51. Mane quid?

52. Meridies quando dicatur.

53. Veſperæ deſcriptio.

54. Diei civilis quod tempus.

55. Anno ex diebus 365. & horis circiter 6. computatio, etiam tot noctes includuntur.

56. Dies civilis computatur vel ex ſe vel ex emergenti.

57. Dies civilis ex ſe quomodo computetur.

58. Sacerdotes Romani quomodo diem civilẽ obſervarint definiẽdũ?

59. Dies civilis de jure Canonico quoad venerationem feſtorũ quãdo incipiat, & quouſq; duret?

60. Dies civilis quoad jejunium & prohibitionem carnis quando incipiat & terminetur? 61.

61. Dies civilis ex emergenti quando incipiat & finiatur? 63.

64. Dies ex emergenti legalis dicitur, currens de momento in momentum.

Declar. 2.

65. Annum in uſu juris non ſemper computari ex diebus continuis, & quæ inde ejus nata diſtinctio?

66. Annus continuus ex 365. continuis, utilis ex totidem utilibus conſtat.

67. Dies utiles quare dicantur?

68. Tempore in utili quinam dies non computentur?

Utile tempus quod ſit?

69. Feriæ judiciales & ſacræ excluduntur à cõputatione tẽporis utilis.

70. Tempus continuum quomodo currat?

71. Lipſii elegans dictum de curſu temporis.

72. Annus continuus quis dicatur?

Declar. Concluſ. & illat.

73. In anno ab initio quidem utili ex poſt facto tamen continuo.

74. Tempus præſcriptionis omne cenſetur continuum, niſi lege aliud exprimatur.

75. Præſcriptio omnis tempus continuum habet, exceptis actionibus annalibus prætoriis.

76. Tempus regulariter currit de momento in momentum, niſi lege aliud caveatur.

77. Annus in actionibus annalibus pro utili accipitur.

78. Tempora non uno modo dicuntur utilia, & quomodo?

79. Tempora ut à principio & ex poſt facto utilia dicantur, quæ requirantur?

80. Tempus quot modis non dicatur utile?

81. Temporis continui ab utili quoad curſum differentia.

82. Tempora utilia quoad principium quænam dicantur?

Digitized by Google

83. *Tempus petendæ reſtitutionis eſt quadriennium continuum, habens tamen principium utile.*

84. *tempus decē dierum in appellationibus quoad ſui initium utile eſt, quoad progreſſum continuum.*

85. *Præſcriptio qualibet, dato initio utili, eſt continua, niſi aliud à lege exprimatur.*

86. *Tempus anni & diei retractui præſtitutū initium habere utile & progreſſum continuū declaratur.*

87. *Annalium actionum tempus à die ſcientiæ currit.*

88. *Ignorans juſte impeditus præſumitur.*

89. *Impeditus negligens non cenſetur.*

90. *Præſcriptio non valenti agere haud currit.*

91. *Ignorans facultatem agendi habere non cenſetur.*

92. *Negligentiâ deficiente deficit pœna præſcriptionis.*

93. *Ignorantia à mora excuſat.*

94. *Tempus à lege vel ſtatuto præfixum regulariter non currit ignoranti.*

Ampl. 1. illat.

95 *In ignorante contractum ejusq; ſubſtantialia præter ſimulationē & fraudem adverſarii.*

Declar. ampl. 1.

96. *Quod tamen nihilominus poſt adeptam notitiam ab ejus tempore annus currere incipiat.*

Ampl. 2. illat.

97. *In ignorantia dolo & fraude tertii cauſatâ.*

Declar. 1. illat.

98. *In præſcriptionibus temporariis non verò longi vel longiſſimi temporis.*

Præſcriptio longiſſimi temporis pleniſſimam ſecuritatem ab omni actione & moleſtia præſtat.

99. *Præſcriptionis longi vel longiſſimi tēporis rationis diverſitas à tēporariis præſcriptionibus quæ ſit.*

Decl. 2. illat.

100. *Quoad ſcientiam certam ſpecialem, & plenam, 104. 105.*

101. *Scire is dicitur, qui verè & certò ſcit.*

102. *Scire parum aut nihil æquiparantur.*

103. *Scire eſt rem per cauſas cognoſcere.*

Ampl. declar.

106. *In ſciente quidem contractus perfectionem, ſed pretii quantitatem ignorante. 107. contra n. 108. & ſeqq.*

107. *Scientia cum omnibus ſuis qualitatibus requiritur ad rei perfectam intelligentiam.*

111. *Retrahens ignorans pretium quid facere debeat? 112. & ſeqq.*

115. *Lites execrantis honeſta nec vituperanda eſt cogitatio.*

116. *Lites præcavens vel componens pietatis officio fungi dicitur.*

Lim.

Digitized by Google

Lim. 1. declar. 2.

117. *In ignorantia affectata & doloſa retrahentis.*

Lim. 2.

118. *In ignorantia craſſa & ſupina, quæ pro dolo eſt.*

119. *Ignorantia ſupina pro ſcientia habetur.*

Ignorantiam craſſam allegans tanquam allegans dolum præſumptum, non audiendus.

120. *Paria ſunt, ſcire, vel ſcire debere.*

Decl. 1. præced. limit.

121. *In dubio non ſcientiam ſed ignorantiam præſumi eoq; ſcientiam probandam.*

122. *Ignorantia præſumitur ex abſentia.*

Infer ex decl.

123. *Ignorantiam fundatã allegans intentionem fundatam, quoad ſcientia probetur, habere videtur.*

Declar. 2. præced. limit.

124. *In dubitante vel opinante.*

Dubitans pro ignorante habetur.

125. *Dubietas, licet ſit primus ad veritatis inveſtigationem gradus, ſcientiæ tamen ſpecies non eſt.*

126. *Ariſtotelis dictum.*

127. *Conſanguineum facta conſanguinei ſcire præſumptio eſt onus probandi in contrarium transferens 228. declar. n. 131.*

129. *Vicinus facta vicini an & quatenus ſcire præſumatur. 132.*

130. *Ignorantiæ præſumptione ceſſante, intrat ſcientiæ præſumptio.*

Declar. 3.

133. *Ignorantiam præſumptione in contrarium extante, juramento probari.*

Limit. Concl. 2. cum declar.

134. *Ex rationabili cauſa per judicẽ proximiori dilationẽ pro pretii numeratione indulgeri poſſe.*

Concluſ. 3.

135. *Ex conſtit. Friderici Imp. intra 30. dies poſt factã denunciationem proxim. pretiũ offeret & retrahet.*

Limit. Concluſ.

136. *In captivis, deportatis, in exilium miſſis Reip. cauſâ, aut ex propria ſua culpa abſentibus, vel minoribus 25. annis.*

137. *Conſtitutio Friderici in nonnullis à jure communi exorbitat, & ibi exemplif.*

Conſtitutio Friderici tanquam exorbitans & extraordinaria quatenus ſervanda?

Concluſ. 4.

138. *Annus & dies retractui plerũq; ſecundum locorum ſtatuta & conſuetudines Haſſiæ eſt præfinitus.*

Limit. 1. Concluſ.

139. *Secundum Ordinat. Darmſtad. in venditore proximioribus num rem vendere velint, denunciante, cui duo menſes præfixi.*

Sublimit. limit.

140. *niſi res venalis intra duos mẽſes*

Digitized by Google

necdum ſit vendita, & proximior adhuc alium prævenerit.

Lim. 2. Concluſ.

141. *In re venali tribus Dominicis publicè proclamata, tunc denunciatione omiſsâ 8. ſeptimana & 3. dies à tempore primæ proclamationis dantur, &c.*

Generale eſt, quod quis poſt proclamationes amplius non audiatur.

Lim. 3.

142. *In re venali poſt trinã proclamationẽ venditâ emptoreq; intra 6. ſeptimanas & 3. dies de retractu non convento.*

Declar. Limit.

143. *Tempus 6. ſeptimanarum & 3. dierum non à die proclamationis primæ vel ultimæ ſed à die venditionis poſt proclamationem factæ currere.*

Subdeclar. declar.

144. *In venditione ante proclamationem perfectâ.*

145. *Obſervantia ſubſecuta ſtatuta & conſuetudines declarat.*

Interpretatio optima ab obſervatione ſecuta deſumitur.

146. *Conſuetudines ex obſervantia exſurgunt.*

147. *Ordinatione Darmſtadinâ tempus currit à die primæ proclamationis.*

Ordinatio Darmſtadina quomodo differat à conſuetudinibus ſuperioris Haſſiæ?

148. *Ordinationis Solmenſis vigore rem proclamatam poſt factam venditionem intra tres menſes retrahere licet.*

Lim. 4. concluſ. & limit. præced.

149. *In pupillis, minoribus, furioſis, mutis, idoneos tutores vel curatores non habentibus.*

Statutaria præſcriptio quatenus contra pupillum currat.

Infer ex Limit. 4.

150. *Majoribus 25. annis præſentibus tempus retrahendi factâ proclamatione præcisè currere.*

151. *Statuto induci poteſt, tẽpus ut ignorantibus currat, etiam abſq; ſpe reſtitutionibus in integrũ. 152.*

Extend. Limit.

153. *Ad abſentes, quibus tempus ſtatutũ retrahendi à tẽpore ſcientiæ currit, contra n. 154. excluſo die celebrati contractus, decretæ citationis, & c. ibid. 153.*

Concluſ. 5.

156. *Ceſſante ſtatutorum diſpoſitione tempus retractus currit à die venditionis perfectæ.*

Infer ex concluſ.

157. *Non attendi in negotio retractus quo & quanto tempore de vẽditione retractum, ſed quo negotium perfectum.*

158. *Ius nullum quæritur ex præambulo tractatu vel futuro contractu*

159. *Concluſio ſola dicitur contractus.*

160. *In-*

Digitized by Google

160. Individui partem faciens, nihil egiſſe cenſetur.
161. Venditio aliud eſt, aliud pactum ſeu promiſſio de vendendo.
162. Verba de futuro non firmant actum de præſenti.
163. Teſtium qui interfuerunt ſaltem tractatui, depoſitio ſuper ipſo contractu ficulnea.
164. Tractantur multa quæ non perficiuntur.
165. Fieri quid non ſufficit, niſi ſortiatur effectum.
166. Actum non dicitur, quamdiu ſupereſt quid agendum.

Ampl. 1. Concluſ.

167. Etiamſi res vendita tradita nondum ſit. 187. contra. n. 177.
168. Venditio ante traditionem non cenſetur perfecta.
169. Venditio à traditione ultimam perfectionem accipit.
170. Exceptio rei non traditæ ſemper opponi poteſt, etſi ſtatutum omnes exceptiones rejiceret. 171.
172. Emptionis venditionis ſubſtantia in quibus conſiſtat?
173. Dominia rerum non nudis pactis ſed traditionibus trãſferũtur.
174. Cauſâ finali ceſſante, ceſſat effectus.
175. Ratio finalis anima cujusq; diſpoſitionis dicitur.
176. traditione feudi vel emphyteuſis non ſecutâ, illa etiam ſine domini conſenſu alienata in commiſſum non cadunt.
178. Venditio ſola conſenſu etiam ſine traditione perficitur.
179. Laudemium debetur ex ſola venditione etiam ſine traditione factâ.
180. Traditio non ad eſſententiam emptionis ſed ad ejus conſummationem pertinet.
181. Stipulatio perficitur verbis, impletur numeratione.
182. Emptionem perficit non pretii numeratio vel rei datio, ſed de re & pretio facta conventio.
183. Emptor ante traditionem ad rem venditam actionem habet.
184. Venditor ad rem tradendam præcisè tenetur, nec præſtando intereſſe liberatur.
185. Actionem ad rem habens, rem ipſam habere videtur.
186. Actio ad rem immobilium cõpetens, & ipſa immobilium jure cenſetur.
188. Dictionis, etſi, vel, etiamſi, natura quæ ſit.

Ampl. 2.

189. In venditione ſub reſervatione Dominii, quoad pretium ſolvatur, factâ.
190. L. cum manu ſata. 80. § fin. ff. de contrah. empt. relatio & intellectus. 194.
191. Effectus naturalis à quo removetur, ab eo & ſpecies ejus.

Digitized by Google

192. Retractus ſemper præſupponit validitatem contractus.

193. Retractui non eſt locus, venditione in locationem vel aliud genus contractus degenerante.

195. Pactum de reſervando dominio rei venditæ uſq; ad pretii ſolutionem non eſt contra, ſed ſecundum naturam emptionis.

196. Conditio pro impleta habetur, quoties per aliquem ſtat, quo minus adimpleatur.

197. Factum cenſetur, quoties per eum nō ſtat, per quē quid fieri debet.

Ampl. 3. Concluſ.

198. In pacto adjecto, ne dominium in emptorem prius transferatur, quam morte venditoris ſecutâ.

Ampl. 4.

199. Ut ceſſantibus cognatis proximioribus ad retractum agere, tempus intermedium remotioribus etiam currat.

200. remotior cognatus à judice petet præfigi proximiori tempus, intra quod agat, vel tum ad retractum admitti.

Re patrimonii vel generis ſemel vēditâ, & à proximiori conſanguineo non retractâ, an poſtea nihilominus retrahi poſſit?

201. Patre mortuo, qui rem à conſāguineo venditam retrahere poterat, quatenus liberi retrahant?

Licitum ita coarctetur, ut illicitum evitetur.

202. Halicarnaſſæi effatum.

203. Utilitas publica præferenda privatæ.

Salus populi ſuprema lex eſto.

Extend. ampl.

204. Etiamſi cum proximior intra tempus legitimum retractui renunciet, remotior poſt illud retrahere vellet.

205. Infinitatem jura nauſeant.

206. Lites ex lite non ſuccreſcant.

Limit. ampl. & extenſ.

207. Niſi proximior colludendo cū emptore retractui in fraudē remotioris renunciet & n. 210. in fin.

208. Colluſione alterius jus corrumpi non debet.

209. Calliditatis ſuæ fructum nemo accipiet.

Doli præmium nemo feret.

210. Colluſio dolus eſt.

Ampl. 5. Concluſ.

211. Retractum à die venditionis perfectæ currere, etiamſi emptor retrahenti dixerit: Venias toties quoties volueris, &c. decl. n. 220.

212. Iactare ſuū nemo præſumitur.

213. Conformare ſe quiſq; ſtatuto & conſuetudini loci cenſetur.

214. Verba generalia & indefinita civiliter, ut quædam excepta videantur, accipienda.

215. Expreſſa cenſentur, quæ civili intellectu tacitè inſunt.

216. Verbis generalibus non tollūtur ea, quæ

ea, quæ ſpeciali jure æquitateq́; conceſſa ſunt.
217. Renunciatio excluditur ſtante aliâ conjecturâ.
218. Verba alium ſenſum congruentem habentia non continent renunciationem.
219. Verba: venias toties, quoties volueris, quemnam civilem poſſint habere intellectum.
Limit. 1. concl. 5. & præced. ampl.
221. In venditione ſub conditione contractâ, à cujus exiſtentia tempus retractus currit.
222. Tempus currere à die conditionis exiſtentis, multi textus ſuadent ibi allegati.
223. Textus, de tempore contractus, non verè exiſtentis conditionis in conditionalibus contractibus inſpiciendo, adferuntur. & 229.
224. Contractuum continuus eſt actus.
225. Status contractuum non mutatur ex poſt facto, & n. 260.
226. Creditor dicitur, etiam cui ſub conditione debetur.
227. Venditio conditionalis ſtatim eſt perfecta, antequam exiterit conditio.
228. Contractu ſub conditione celebrato, alteri contrahētiū ab eo invito altero pœnitere non licet.
Fatalia ſententiæ conditionalis ſtatim currunt non expectato conditionis eventu.
230. Conditionis deſcriptio. 237.
231. Conditionis natura eſt, futuræ non autem factæ accedere diſpoſitioni.
232. Conditio nihil ponit in eſſe.
233. Actus conditionalis impleta conditione perficitur.
234. cōditionis natura eſt, prius impleri, quā effectus aliquis ſequatur
235. Conditione deficiente deficit & obligatio, perinde ac ſi nunquam facta fuiſſet.
Paria ſunt, non fieri vel ſub conditione nondum purificata.
238. Conditio formam importat.
239. Forma ad unguem implenda.
240. Conditio ſpecificè & ad unguē implenda non æquipollenter.
241. Initium contractus quomodo ſpectandum.
242. Tituli ex primordio poſterior formatur eventus.
243. Initiū totū moderatur negotiū.
244. Contractus conditionalis qualis eſt ab initio, talis etiam eſt conditione eveniente.
245. Vitioſum ex initio tractu temporis non convaleſcit.
246. Tempus conditionis quando in contractibus ſpectetur. 247.
248. Conditionis ante exiſtentiam ſpes tantum eſt, debitum iri.
249. Conditio ſpes obligationis & actionis vocatur. 250.
251. Conditione pendente nullum jus parti quæſitum.

252. *Agens ante eventum conditionis, tanquam malè agens à limite judicii repellitur.*

253. *Conditione pendente omnis obligatio & actio ceſſat.* 254.255.

256. *Diſpoſitio caret effectu, niſi impleta conditione.*

257. *Conditione deficiente, contractus evaneſcit, perinde ac ſi nunquam factus fuiſſet.*

258. *Initium vel tempus exiſtentis conditionis in contractibus conditionalibus quatenus inſpiciatur?*

259. *Conditio exiſtens retrotrahaitur ad tempus contractus, & perinde habetur, ac ſi ſtatim impleta, vel nunquam adjecta fuiſſet.*

260. *Conditio nihil eſt, & antequã impleatur, & poſtquam impleta eſt.*

261. *Stipulationem conditionalem ex præſenti vires accipere, quomodo intelligatur?*

262. *Tempus in his, quæ ex futuro pẽdent evẽtu, eo pendẽte nõ currit.*

263. *Præſcriptio non valenti agere non currit.*

264. *Obligatio ubi non eſt, ibi nec reſolutio.*

265. *Contractus ubi nõ eſt perfectus & abſolutus, ibi etiam non poteſt eſſe retractus, & ibi ſtatim declar.*

266. *L. neceſſario. §. ſi ita eſt. ff. de peric. & commod. rei vend. explicatio.*

267. *Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto neceſſitatis.*

268. *Emptio venditio quotupliciter dicatur perfecta?* 269.270.

271. *Fidei humanæ congruit, cuſtodire, quæ ſemel placuerunt.*

272. *Mutare conſilium in alterius detrimentum non licet.*

273. *Conditionalem ſententiam judex ferre non debet.*

Iudex ferens ſententiam conditionalem, cum ſtatim gravet partem, ſtatim quoq; tempus fatale appellationis currit.

Sublim. limit.

274. *ſi ante conditionis adjectæ exiſtentiam res vendita emptori tradatur, modo tamen retrahenti de hoc conſtet.* 275.

Lim. 2. Concl.

276. *Pendente lite inter emptorem & conſanguineum de retractu, tempus etiam poſt annum interea non currit, niſi finito litigio.*

Moram non committit cognitioni juris confidens.

277. *Retrahens ante exitum litis ſcire rem alienatam nõ dicitur.*

278. *Eventus litis dubius & incertus eſt.*

279. *Eventus litis fortunæ cæcæ & inſtabili æquiparatur.*

280. *Multi ſub juſtiſſimo clypeo pereunt.*

281. *Incertitudinis & dubii eventus causâ multa alioquin illicita permittuntur.*

282. Lait

282. *Litis non minus quam belli juſtum eſt impedimentum.*
283. *Tempus præſcriptionis impedito non currit, decl. n. 284.*
285. *Tempus quatenus currit, pro ratâ impedimenti detrahitur.*
286. *Præſcriptio ſtatutaria in locum præſcriptionis communis ſubrogata eſt.*
287. *Lite pedente nihil innovandum.*
288. *Litigioſi vitium inducit malam fidem & præſcriptionem interrumpit.*
289. *Præſcriptio pendente lite non currit.*
290. *Tempus retrahenti pendente lite non currit.*
291. *Citatione omnes præſcriptiones ſtatutariæ interrumpuntur.*
292. *Vaſallo tempus petendæ inveſtituræ non labitur, lite propter feudum pendente.*
Tempus promovendi ad ordines non currit pendente lite ſuper titulo beneficii.
Terminus probatorius ſuper puncto incidenti quando currat?
Pendente diſceptatione partibus non debet fieri præjudicium.

Sublim. lim. 1.

293. *Niſi conſanguineus temerè, & fortè ne tempus ei laberetur, controverſiam emptori moverit.*

Extend. ſublimit.

294. *Etiamſi retrahens intra tempus retractui præfinitum appellaſſet, & judex appellationis pronunciaret, benè judicatum, malè appellatum.*

Lim. 3.

295. *Vigente tantum inter emptorem & venditorem ſuper re venditâ controverſiâ.*
296. *Incertitudo probabilis excuſat à mora.*
297. *Scire dicitur qui verè & certò ſcit.*
298. *Pendentia judicij à mora excuſat.*
Pendentia judicii excuſat à morâ ſolvendi gabellam.
299. *Mora non contrahitur ex juſta cauſa.*

Decl. limit.

300. *Interim tamen pretium rei venditæ deponendum eſt.*

Concluſ. 6.

301. *Solutio præparatoriè facta & inchoata non ſufficit, ſed ante terminum lapſum integrè facienda.*
302. *Forma & conditio diviſionem implendi non recipit. 303.*
304. *Soluta pecunia quando dicatur.*

Declar. 1. Concluſ.

305. *Etiam in ſolutione, ultimo die termini antequam is labatur, integrè factâ.*

Declar. 2. Concluſ.

306. *Oblationem & depoſitionem pecuniæ pro retractu etiam nocturno tempore fieri poſſe.*

Limit. 1. Concl.

307. In defectu ex calculo vel alio errore probabili reſultante.

Calculus quocunq; tempore retractari poteſt, declar. ibid.

Lim. 2.

308. In quovis alio impedimento legali & legitimo.

309. Facere impeditus, quia per eum non ſtat, excuſatur.

310. Mora non contrahitur in juſtè legitimeq; impendito.

Declar. 1. limit. 2.

311. Impedimentum allegantem dao probare teneri, & quæ illa ſint?

312. Impeditus non dicitur, qui removere poteſt impedimentum.

Declar. 2.

313. Impedimentum legale & juſtum quodnam dicatur, judicis arbitrio committi.

314. Impedimenta inter legitima quænam referantur?

QUÆSTIO VII.

DE TEMPORE, INTRA QUOD PROXIMIORIbus concedatur facultas offerendi & retrahendi, & quando & quibus currat præſcriptio?

CONCLUSIO II.

1 CIRCA tempus † retrahendi inſpicienda ſunt locorum ſtatuta & conſuetudines, quæ ſi nihil certi determinent, ex jure communi tempus anni & diei conceſſum intelligitur, uti poſt alios à ſe allegatos determinat Tiraquell. *hîc §.1.gloſſ.10. nu.3. & ſeqq.* Balthaſar. Benedell. *de jure prothomiſ. ad* §. *verum ſi infra. num.1.v. ubi autem.* Paul Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol.3. deciſ.55. n.1. ad fin. & vol.1. deciſ. 281. num. 18. 19.* addens, ita quoque edicto perpetuo Anni 1611. ſuarum Celſitudinem Archiducum ſtatutum fuiſſe. Andr. Geil. 2. *obſerv. 19. nu.11. verſ. quod ſi per ſtatutum.* Mynſiger. *3. obſerv. 51. num. 5. & nu. 7.* ubi teſtatur hanc eſſe communem ſententiam: Weſenbec. *conſil. 15. n.87. per text. in c. conſtitutus, verb. intra annum. extr. de in integr. reſtit.* Rol. à Valle *conſil. 21. num.10. volum.1.* eleganter Berlich. *p.2. concluſ. 40. num.5. & ſeqq.* ubi hanc opinionem ſibi de jure veriſſimam videri teſtatur. Sic & † jure Saxonico ad retrahendam venditionem
2 proximioribus anni ſpatium hodie eſt conſtitutum. *artic. 83. lib.3. & artic. 6. lib. 2.* Zobell. *part. 2. different. jur. Saxon. part. 2. different. 37. n. 1.* Matth. Berlich *d. concluſ. 40. num. 8. 9. 10.* Moller. *ad conſtit. Sax. Elect.*

Auguſt.

Auguſt.32.p.2.nu.1. Henning. Göden *conſ.4 num. 15.* ubi ait, regulam juris Saxonici eſſe, quod actus factus in alterius præjudicium, retractari per illum debeat intra annum & diem. Similiter † de jure 3
Feudali, feudum in remotiorem agnatum alienatum intra annum revocatur *per text. expreſſ. in c.1.§. Titius filios, ſi de feud. fuer. contro.* Et ita etiam in retractu de conſuetudine Neapolitana receptum teſtatur Matth. de Afflict. *de jur. Protimiſ. §. ut infra 30. nu.2. in fin.* Sic de jure Moſaico, † Domus urbana alienata, toto anni ſpatio redimi vel 4
vindicari potuit: Si verò intra annum non vindicaretur, ſive ab ipſo venditore, ſive à neceſſariis ipſius atque vindicibus, emptori in proprietatem ceſſit, & anno etiam Jubilæo rata manſit emptio, per tradita Zepper. *de legib. Moſaic. lib.4. cap.23.* Cum enim † annus omnes 5
menſes ſimul concludat, cenſetur tempus omnibus rebus agendis aptũ & ſufficiens. *arg. l. fortiſſimi. C. de erog. milit. annon. lib.12.* Tiraq. *d.§.1. gloſſ.10. num.7.* ubi dicit, inde etiam in proverbium † abiiſſe, 6
quando moram longam ſignificare volumus, id anno exprimi, juxta illud Terent. dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt: indeque regulariter tempus † ſimpliciter prolatum, de anno accipi, ſcri- 7
bit Bald. *in l. uſura. C. de uſur. & in d.c.1.§. Titius filios. nu.2. v. item nota, ſi de feud. fuer. controv.* Nicol. Everhard. Jun. *conſ. 123. incipit, viſis ſcripturis, n.2. & 3.* Dan. Moller. *ad Conſtitut. Electoral. 32. num.1. part.2.* Berlich. *p.2. concluſ. 40. n.7.*

Contrarium tamen † tandem concludit Tiraquell. *d. gloſſ.10.* 8
n.10. aſſerens caſu, quo ſtatutum non præfinit certum tempus, integrum eſſe proximiori quandocunque, intra tamen 30. annos, retrahere, per rationes ibid. adductas. Marc. Mantua. *de jur. Protimiſ. n.35.* & alii citati á Berlich. *d. concluſ. 40. num.2.* Diſſentit aliter Borgnin. Cavalcan. *deciſ. Fivizanenſ. 19. num. 82. p.2.* ubi vide.

Priorem † tamen ſententiam ut veriorem, communiorem, & 9
in Camera comprobatam, indeq; & tutiorem meritò amplectimur. Geil. *alleg ſupra obſerv.19. nu.14.* Mynſiger. *d. obſerv.51.* Joh. Köppen *deciſ.52. n.8.* Græv. *2. pract. concluſ.19. conſider.1.*

Diſtinctione † quidam rem expedire conantur, ut videre eſt 10
apud Boër. *deciſ.112. nu.7.8.* & ex illis, quos ad hoc adduxit Græv. *d. conſider.* Sed nec † allatæ iſtæ diſtinctiones ita ſunt comparatæ, ut à 11
priore opinione vel latum unguem diſcedendum exiſtimemus.

Concluſio II.

12 Retrahens † ſi intra annum, vel alium terminum a ſtatuto præ-
ſcriptum, aut moribus receptum, non denunciet emptori, nec of-
ferat, ut decet, pretium, & de retractu agat, per lapſum temporis
præſtituti jure congrui cadit, Matth. de Affiict. *de jur. protim. §. 2. n.*
24. Tiraquell. *de retract. convent. § 4. gloſſ. 7. nu. 36. per l. in bello. §. ſi quis*
ſervum. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. Balth. Benedell. *in tract. de jur.*
prothomiſ. ad §. ſcriptum eſt. n. 12. & ad §. verum ſi infra. nu. 18. Martin.
Peg. *in tract.* vom Vorkauff vnd Einſtand/*lib. 2. c. 1 pag. 7. a. & c. 3. in*
fin. idemq; in retractu conventionali juris eſſe, quod nimirum lapſo
tempore retrovendendi, emptor amplius revendere non teneatur,
poſt alios tradit Alexander Ludoviſ. *deciſ. Rota Roman. 492. nu. 6. &*
ibi in addit. Oliver Beltramin. *lit. A. & deciſ. 559. n. 1. & ſeqq.* ibiq; rur-
ſus Beltramin. *lit. A. n. 8. ubi etiam præjudicium Rotæ adfertur.* Nec mi-
rũ: quia terminus legis eſt peremptorius. *l. mãcipiorũ. ff. de opt. legat. c.*
13 *pia, de accept.* Et imputet † ſibi, quod non egerit intra tempus ſtatuta-
riũ ſeu juris, anni videlicet & diei, cui præſcribitur per lapſum ipſius
termini. Roland. à Valle *conſil. 21. nu. 9. vol. 1. per l. fin. in fin. C. de his. quæ*
à non domin. man. ubi dicitur: quod ſibi amiſſi mancipii damnum de-
beat imputare, qui in perniciem ſuam geſta taciturnitate confir-
14 mavit. Qui enim † terminum labi permiſit, ex facto proprio cen-
ſetur excluſus, nec ulterius audiendus. Paul. Caſtrenſ. *conſil. 329.* Alci-
15 at. *ad l. alienationis. nu. 11. ff. de verb. ſignif.* veluti ſecuta † ex lapſu ter-
mini tacitâ & irrevocabili juris compètentis repudiatione. Pet. Gre-
gor. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. c. 24.* Hartman. Piſtor. *quæſt. 12. lib.*
16 *12. part. 1. nu. 21.* Nam † patientia & taciturnitas, legitimo tempore
vallata, habetur pro conſenſu. *l. alienationis.* & ibi Alciat. *nu. 10. & 11.*
Gœdd. *nu. 9. & ſeqq. de verb. ſignificat.* Bald. *in c. 1. §. hoc quoq; col. pen.*
verſic. ſeptima concluſio, de ſucceſſ. Feud. Felin. & Canon. *in c. Albert. x.*
de Jaſ. *in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* Alex. *in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut.*
17 *matrim.* Vult. *conſ. Marp. 25. n. 18. vol. 2.* indeq; † renunciare videtur,
qui non paret terminis à jure præſtitutis. Bald. *conſil. 466. nu. 2. vol. 1.*
18 Magon. *deciſ. Lucenſ. 31. num. 11.* Hinc diei lapſus † vim habet pacti
de non petendo, ſecundum eundem Bald. *in l. obſervare. §. poſthac col.*
2. verſ. eſt etiam. de offic. proconſ. Dan. Moller. *ad conſtit. Elector. 22. n. 44.*
& ſeqq.

*& ſeqq.part.*2. Imò † ſecundum quoſdam, habet vim ſententiæ, quæ 19
tranſiit in rem judicatam Maſcard. *concl.*1229.*nu.*4.35.*&* 38. *& ibi al-*
*leg.ci.*Garſ.Maſtrill *de Magiſtratib. lib.*3.*cap.*10.*num.*7. Cenſeturq;
† à forma recedere, qui tempus non ſervat. Salicet. & Jaſ. *in auth. quæ* 20
ſupplicatio. C.de precib.Imp.offer. Johan.Petr.Surd.*conſil.*79. *nu.*25. *&*
ſeq. Et hinc eſt, quod permiſſum † ad tempus, poſt tempus cenſea- 21
tur prohibitum.*l. ſtatuliberum.*§.*Stichum.l. Titia cum teſtamento.*34.
*ff.de legat.*2.Ruin.*conſil.*77.*colum.*1.*vol.*4. Cephal. *conſil.*77.*nu.*18. *&*
ſeq. ubi dicit, cum tempus † ſit de forma, ad unguem venire ſervan- 22
dum. Roland.à Rall. *conſil.* 72.*nu.*8.*vol.*3. idq; in terminis juris re-
tractus, quod nimirum † annus & dies ſit de forma & ſolennitate 23
iſtius juris, proindeq; ſtrictè obſervari debeat, verificat Tiraq. *hîc*
§.4.*gloſſ.*10.*ibi: & facit ad hanc noſtram ſententiam.* & alii plures per i-
pſum ibi allegati, quibus accedit noviſſimè Matth. Berlich. *p.* 2. *con-*
*cluſ.*40.*nu.*12. adeò † ut tempus hocce retractus ſit ſtatutum ad im- 24
ponendum ſilentium proximiori, ut pro regula tradit Balthaſ. Be-
nedell.*in tract.de jure prothomiſ.ad* §.*verum ſi infra. num.*3. *cum mult.*
ampl.& limit.ibid. perinde ac tempus quinquennii vel aliud inferiùs
ſpatium induciis moratoriis pro formâ cenſetur præſcriptum, intra
quod creditorum omnes actiones debitorum ad reſpirationem ſi-
lere & faceſſere jubentur, ut conſtat ex traditis Affinis noſtri D.
Wilhelmi Antonii *in Analect.de reſcript.morator. concluſ.*48.*nu.*7. *&*
*ſeqq juncta concluſ.*51.*num.*63. Et hoc etiam ſenſu verum eſſe poteſt
Senecæ dictum, † magnam eſſe jacturam temporis. Quamobrem 25
qui tempore † liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit.*l.pupillus.in fin.ff.* 26
de adminiſtrat.tut. Matth.de Affiict.*deciſ.*139.*num.*4. Menoch. 3.*præ-*
*ſumpt.*135.*nu.*4. adeò ut nec † ignorantiæ prætextu quis ſublevetur. 27
*l.ſi emancipati.*3.*C.de jur.& fact.ignor.l.*2.*ff.quis ordo bon.poſſeſſ.ſerv.l.*
4.*ff.qui admitt.ad bon.poſſeſſ.l.*1.*C de uſuc.transfor.* quia non † dormiē- 28
tibus ſed vigilātibus jura ſcripta.*l.pupillus* 24 *ff.quæ in fraud.credit.* Et
contra † deſides homines, & juris ſui contēptores, odioſæ exceptio- 29
nes oppoſitæ ſunt, *text.in l.fin.C.de annal.except.* In tantum, † ut ſecū- 30
dum quoſdam, tempus hoc currat abſque ſpe reſtitutionis. Papon.
*lib.*22.*tit.*7.*arreſt.*3.*& eum adducit* Arilmin. Tepat. *in compend. deciſ.*
*tit.*399.*c.* 9.*in fin.* Pro majori evidentia & declaratione concluſio-
nis noſtræ & præmiſſæ illationis, operæ pretium eſſe duximus, quæ-

dam

dam de tempore anni, ejusq; conſtitutione, computatione, & curſu docendi gratiâ ſubjicere.

31 Declara I. hanc † noſtram concluſionem, non ſemper, neque apud omnes, vetuſtis temporibus uno modo anni computationem fuiſſe initam, ut eruditè ex vetuſtate deducit Tiraquell. *hic* §. 1. *gloſſ.* 10. *num.* 1. *& ſeq.* ubi oſtendit, aliter apud Arcades, aliter apud Ægyptios, Iberos, Chaldæos, Romanos, Lavinios, Græcos, & Caros, annum fuiſſe computatum. Andr. Alciat. *ad l. cum biſſextum* 98. *num.* 1. 2. *& ſeqq.* Joh. Gœdd. *ibid. nu.* 2. *&* 3. *ff. de verb. ſignif.* Budæ. *in annot. reliquis in pandect. ex lib.* 47. *ff. pag. mihi* 308. *& ſeqq.* Johan. Bodin. *de Repub. lib.* 4. *c.* 2. *pag. mihi* 618. *& ſeqq* Keckerman. *in ſyſtem. Aſtrono. lib.* 2. *c.* 4. Eaq; de re eleganter diſſerit Petr. Rebuff. *ad d. l. cum biſ-*

32 *ſextum de verb. ſignif.* ubi tradit annum † primum à Romulo conſtitutum, & in decem menſes inchoando à Martio diviſum, & 304. diebus completum fuiſſe: Poſtea verò Numam Pompilium duos adjunxiſſe, Januarium videlicet & Februarium, unde illud Ovidii.

At Numa nec Ianum, nec avitas præterit umbras.
Menſibus antiquis præpoſuitq; duos.

Quia tamen Numa menſes Lunares aſſumpſit, unum ſcilicet 30. & alium 29. dierum, ita ut annus ejus conſtiterit tantum 354. diebus, quibus revolutio ſolis non completur, acceſſit Julius Cæſar, juſtum complere volens numerum adjecit dies undecim & quadrantem, hoc eſt, 6. horas.

33 Declara 2. quod † in hoc noſtro caſu & aliâs in uſu juris, annus Solaris vertens, qui & perfectus dicitur, intelligi ſoleat. Alciat.

34 *in l. anniculus.* 134. *nu.* 1. *ff. de verb. ſign.* quem † anniverſarium dixêre

35 Impp. *in l.* 4. *C. de ſuſcept.* Et eſt † intervallum ſeu ſpacium illius temporis, quo Sol ab æquinoctio verno digreſſus, ad idem æquinoctiũ vernum redit, ut definit Keckerman. *in ſyſtem. Aſtronom. lib.* 2. *c.* 1.

36 Subdeclara I. hanc declarationem II. † quod annus contineat dies 365. continuos. *text in l. ita vulneratus.* §. *æſtimat. ff. ad L. Aquil. l. cum heres.* § *Stichus. ff. de ſtat. liber.* Alciat. *ad d. l. anniculus. de verb. ſignificat.* Jacob. Cujac. *de diverſ. tempor. præſcript. c.* 20. Matth. Berl. *dec.* 115. *n.* 1. Et quamvis præter prædictos 365. horæ quoque ſex ex Solis

37 curſu, cuique anno aſſignandæ erant (Nam Sol † peragrat zodiacum totum 365. diebus & 6. horis ferè, & ad ſignum ſuum non redit, an-

eſt, antequam ſingulis annis 6. iſtæ horæ, vel ut, qui exactius numerant 5. horæ & 49. minutæ & 16. ſecundæ, juxta Philipp. Melanchton *lib. 1. Phyſic. pag. 53.* acceſſerint, Macrob. *lib. 1. Saturnal. c. 14.* Johan. Thom. Freig. *Phyſic. lib. 14. de theor. Sol. tit. de Anno*) attamē propter civilem uſum talis ſit † cōputatio, ut nullæ in Anno reſiduæ 38
ſuperſint horæ, ſed iſtæ horæ ſex quatuor annis, in unam ſummam collectæ, faciunt 24. horas, quæ diem conſtituunt integrum ſive diem & noctem. Hunc verò diem † quarto quoque anno, Julius 39
Cæſar inſeri juſſit menſi Februario, ita ut quartus quiſque annus, uno die eſſet longior, quàm tres præcedentes anni fuerant: iſtéque dies † inſertus Biſſextus ſeu Intercalaris dicitur; quia intercalabatur, 40
hoc eſt, vocato populo inſerebatur is dies poſt eum, qui Sextus Calendarum Martii erat. Alciat. *ad d. l. biſſextus. 98. n. 1. de verb. ſignif.* Udalric. Zaſ. *ad l. in tempore. n. 1. & ſeqq. ff. de diverſ. & tempor. præſcrip.* Beuſt. *ad l. nam poſteaquam. §. 3. nu. 5. ff. de jurejur.* Keckerman. *in ſyſtem. Aſtrom. d. lib. 2. c. 4.* Berlich. *deciſ. 115. num. 2.* Unde & annus † ille, cui 41
dies iſte inſerebatur, intercalaris ſeu biſſextilis, vulgò Schaltjahr / dictus. Hinc Cicero de Natur. Deorum: Circulus, inquit, Solis orbium 5. & 60. & 300. quartâ ferè diei parte additâ, converſionem conficiunt annuam, referente Cujac. *d. cap. 20.* Dies † autem iſte 42
intercalaris incidens conſanguineo proderit *arg. l. 2. ff. de diverſ. & temporar. præſcript.* quia biduum illud pro uno die habetur *l. 3. §. minorem. ff. de minorib. l. cum biſſextus. ff. de verb. ſignif.*

De jure † Saxonico præter annum civilem, in quibuſdam conſtitutionibus additur adhuc dies, Jahr und Tag / hoc eſt annus & dies, in quibuſdam annus & ſex ſeptimanæ ein Jahr und 6. Wochen / qua de re vid. Berlich. *d. deciſ. 115. per tot.* 43

Subdeclara II. eandem declarationem, † quæ de die dicta ſunt, eum vel naturalem, vel civilem dici. 44

Naturalis dies, † ut ex Cenſorino definit Tiraquell. *hîc §. 1. gl. 11. num. 11.* eſt tempus ab ortu Solis, uſque ad Occaſum, cujus principium mane appellatur, gl. *in l. more.* & ibid. Bald. Caſtrenſ. & Jaſ. *ſub num. 1. ff. de feriis.* Nam ſol † diſtinguit diem à nocte, ſecundum ea 45
quæ ſcribit Feder. de Sen. *conſil. 44. factum eſt tale. nu. 2.* Bart. *in l. aut facta. §. tēpus. n. 2. ff. de pœn.* & facit ad hoc textus *in C. ſi perſodiens. ext. de homicid.* ubi fur diurnus † dicitur, ſuper quem Sol exortus eſt: no- 46 47

ctturnus verò ſuper quem Sol non eſt exortus. Sic creator rerum o-
48 mnium Deus † dividendo lucem à tenebris, lucem diem, & tene-
bras noctem appellavit, factumq́; eſt veſperè & manè, dies unus,
49 *Gen.*1.*v.*5. ex quo id tempus † dicetur dies, quod à luce eſt ad tene-
bras, uti vulgus omnem diem ſimpliciter nuncupat. Plini. *natur. hi-*
50 *ſtor. lib. 2. c. 77.* Et hujus diei partes † conſtituuntur tres: Mane,
51 Meridies, & veſpera. Mane † eſt principium diei, cum ſolis centrum
52 eſt in ortu, & cum Sol ſupra Horizontem emergit. Meridies † eſt
53 pars diei, qua Sol meridianum ſuo centro attingit. Veſpera † eſt
poſtrema pars diei, cùm ſol ad Horizontem occidentalem appro-
pinquat, cumq; ſuo centro attingit. Keckerman. *in Syſtem. Aſtronom.*
54 *lib. 2. c. 3.* Dies verò † civilis eſt tempus, quod fit uno cœli circum-
actu, & expletur ſpatio 24. horarum, & diem ſimul ac noctem inclu-
55 dit. Tiraquell. *d. loc.* Et ita quando † annus computatur ex diebus
365. & horis 6. circiter, tóties etiam noctes includimus. Confer Si-
giſmund. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 3. quæſt. 15. nu. 265. & ſeqq.* ubi tamen
contra Tiraquell. hunc naturalem, & illum civilem diem vocat, mi-
nus tamen commodè.

56 Civilis † autem dies computatur vel ex ſe, vel ex emergenti.
57 Ex ſe, † more Romanorum, dies mediâ nocte incipit, & ſequentis
noctis mediâ parte finitur. *l. more Romanorum.* & quæ ibi not. Bard.
Bald. Caſtr. *ff. de fer.* Pratei. *in tract. regular. jur. lib. 3. tit. 2. de tempore &*
termino. c. 7. fol. 213. v. iſtud ſanè non erit abſonum. de cujus rei ratione,
ex Plutarch. & aliis multis diſſerit Tiraquell. *alleg. ſupr. loc.* Plin. *nat. hi-*
58 *ſtor. d. cap. 77. lib. 2.* ubi ſcribit, Sacerdotes † Romanos, qui diem ci-
vilem definierunt, obſervâſſe à media nocte in mediam noctem.

59 De jure tamen † Canonico civilis dies, quoad venerationem
feſtorem, incipit à veſperæ vigiliæ, & durat uſq; ad veſperas ſequen-
tis diei feſtivi. *c. 1. extr. de feriis*, juxta illud: de veſpera in veſperam
celebrabitis Sabbatha veſtra. *c. 2. ibid. Levit. 23. Num. 28.* Quamvis
60 quo † ad jejunium & prohibitum carnium uſum, in diebus veneris,
vel alio die, prohibitionem incipere à media nocte uſq́; ad mediam
noctem, poſt gloſſ. *in d. cap. 2. in verb. prius incipere. de feriis.* Jaſon. *in*
d. l. more. num. 4. ſcribat Sigiſmund. Scacc. *de judic. d. cap. 3. quæſt. 16. n.*
61 319. licet alii † velint, quoad hanc prohibitionem diem poſt cœnam
incipere. *arg. c. de eſu carn. de conſecrat. diſtinct. 3.* gloſſ. & Panorm. *in*
d. c. 2. de fer. Tiraquell. *d. gl. 11. n. 14.* Ex

Ex emergenti † dies incipit, à diverſis diei partibus, quibus 62 negotium aliquod geritur & perſicitur, & in iiſdem partibus ut incipit, ita etiam finitur. Bald. *in d. l. more. num. 3. de fer.* quod iſte † dies 63 dicatur incipere ſecundum quod occurrit negotium aliquod de facto, expleturq; inde ſumpto termino à quo 24. horis. Scacc. *d. loc. quæſt. 15. nu. 313.* Et iſte † dies etiam dicitur legalis, qui currit de mo- 64 mento in momentum. Idem Scacc. *ibid. n. 314.*

Declara II. in uſu juris, † non ſemper annum computari ex 65 diebus continuis, indeq; alius dicitur annus continnus, alius utilis. Confer *l. ſciendum. 19. §. ult. ff. de ædil. edict.* Sicut autem † annus con- 66 tinuus ex 365. continuis; ita utilis ex *365.* diebus utilibus conſtat, Jacob. Cujac. *de diverſ. & temporar. præſcript. cap.* 20.

Dicti autem † ſunt noſtris dies utiles, qui ſunt utiles ſeu habi- 67 les ad agendum, id eſt, quibus is, cui actio eſt & competit, agere & experiri poteſt. Donell. *Commentar. jur. Civil. lib. 16. c.* 8. *v. quibus cognitis.* Utile itaque tempus nec ſemper nec continuò currit, ſed aliquando interſiſtit; quia † in eo non computantur dies, quibus ex- 68 periundi facultas, vel propter ignorantiam, vel aliud impedimentum legale non datur. Pet. Rebuff. *ad l. cum prætor ff. de verb. ſignificat.* ubi dicit utile tempus eſſe, cum ſinguli dies in eo utiles ſunt, hoc eſt, ut per ſingulos dies & ſciverit, & admitti ac agere potuerit. Sic aliquando † propter ferias judiciales vel etiam ſacras impeditur quis 69 agere & experiri in judicio, ideoq; iſti dies excluduntur à computatione temporis utilis. Tempus † verò continuum de termino ad 70 terminum, ſeu de momento in momentum currit, ſine quiete, ſine interſiſtentia. Et ſicut procurſus à fine lineæ ad alium finem, dicitur continuus, ſic & hoc tempus, ſemper currit velut unda in flumine. Zaſ. *ad rubr. n. 7. & ad l. 1. num. 4. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* Et huc facit elegans Juſti Lipſ. ſimile dicentis: † *Sicut in flumine unda* 71 *undam trudit, nec revocas unquam elapſam, Sic in temporo dies diem, nec reparas amiſſam. Epiſtol. ſelect. 55. cent. 1.*

Dicitur † itaque continuus annus, qui tranſit & computatur 72 de momento in momentum, nullâ habitâ ratione ſupervenientis impedimenti vel iguorantiæ. *l. 1. §. 1. ff. de in rem verſ.* Dd. *in §. rurſus. Inſtitut. de action.* Rebuff. *ad d. l. cum Prætor. ff. de V. S.* Atq; inde in terminis juris retractus pro continuo militat Balth. Bened. *in tr. de jure prothom. ad §. verum. ſi infra. n. 1.*

73 Declarà III. † eandem concluſionem & illationem noſtram procedere de anno ab initio quidem utili, ex poſt facto tamen con-
74 tinuo, Ratio eſt; quia omne † præſcriptionis tempus eſt continuum, niſi inveniatur expreſsè lege & jure cautum, quod debeat eſſe utile, ut notat gloſſ. *in rubr. ff. de diverſ. & tempor. præſcription.* quam ſequitur ibid. Bart *in verſ. quæro an tempus præſcriptionum:* ubi concludit.,
75 omnis † præſcriptio habeat tempus continuum, exceptis actionibus annalibus à Prætore inductis. Concordat gl. pen. *in l. 1. ff. eod.* allegans ad hoc textum *in l. nunquam. §. in uſucapionibus, ff. de uſucap.* Bertachin. *in repertor. verbo, præſcriptio.* Paul. Caſtrenſ. *in d. §. in uſucapionibus*, ubi ſcribit, regulare eſſe in omni præſcriptione legali, vel ſtatutaria, tempus cenſeri continuũ, niſi lege vel ſtatuto contrarium caveatur, ut ſunt quædam præſcriptiones annales à Prætore introductæ. Et ita tenet Balb. *de præſcript. prim. part. quart. part. princip. quæſt.* 6. Menoch. *de arbitrar. judic. quæſt. caſ. 462. num. 7.* & ibi allegati. Aymon Cravett. *conſil. 271. n. 5.* Hieronym. Schurff. *conſil. 12. nu. 2. cent. 1.* Franciſc. Balb. *in tract. de præſcript. part. 1. quarta princ. quæſt. 6. nu. 1. & ſeq.* dicens ex Caſtrenſi hoc in omni præſcriptione nedum legali, ſed
76 & ſtatuaria regulare eſſe. Currit itaque † regulariter & computatur tempus de momento in momentum, niſi aliter reperiatur cautum in jure gl. *in l. 3. §. minorem. ff. de minor.* Bald. *conſil. 372. vol. 2.* Barba. *conſil. 41. circa primum dubium.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit. 73. n. 7. verſ. præterea,* Matth. Weſenbec. *conſil. 90. nu. 17. in fin.* Gylmann. *t. 2. ſymphor. ſupp. & vot. Cam. p. 2. vot. vot. 23. n. 34.* idque commune eſſe omnium temporum, ſcribit Sigiſm. Scacc. *de Appellat. quæſt. 12. ſub n. 49.* & in terminis noſtri retractus firmatur per Anton. Gomez *in comment. ſuper l. Tauri. 70. cum 5. ſeqq. nu. 25. fol. 357.* ibiq; Dieg. Gomez. *in addit. fol. 542.* ubi de veriori, æquiori & favorabiliori teſtatur.

77 Pro ratione dubitandi facit, quod † in actionibus annalibus, quæ annuâ præſcriptione excluduntur, ſemper annus accipiatur pro utili, prout quamplurimis ex jure adductis exemplis annalis præſcriptionis docet Jacob. Cujac. *de diverſ. & tempor. præſcript. c. 25. quod eſt de anno.* Donell. *comment. lib. 16. c. 8. v. quibus cognitis, &c.* ubi dicit, utilem annum accipiendum in hiſce præſcriptionibus, niſi ſi quâ lege de continuo accipiendum eſſe nominatim comprehenſum ſit.

ſit. Jam verò juxta concluſionem noſtram hæc actio annalis eſt.

Pro ratione decidendi & majori evidentia præmitte I. Tem-
pora † non uno modo dici utilia. Nam aliquando dicuntur utilia 78
inſpecto principio ſeu termino à quo, antequam videlicet currere
incipiunt, ex poſt facto verò cum ſemel currere inceperunt, fiunt
continua: aliquando & à principio & ex poſt facto, etiam poſtquam
inceperunt currere, utilia ſunt & non continua. Paul. Caſtrenſ. *in l.
nunquam.8.§. in uſucapionibus. ff. de uſucap.* Bart. *in rubr. n.6. ff. de di-
verſ. & tempor. præſcript.* Ut itaque hoc poſteriori modo tempora di-
cantur utilia, tria hæc requiruntur, † ut non ſit impedimentum nec 79
ex perſona actoris: nec ex perſona rei: nec ex perſona judicis *l. 1.* ibi-
que gloſſ. Bart. Zaſ. & alii. *ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* Tempus ita-
que utile † non eſt, quo quis agere non potuit; vel quia prohibetur 80
conditione perſonæ, ut infantes, furioſi, pupilli, &c. Vel quia eo tem-
pore jus non dicitur, veluti diebus ſacris, feriatis, &c. Vel quia ad-
verſarius ſecum agendi poteſtatem non facit, quod tempus inter
dies utiles non computatur. gloſſ *in §. rurſus, verb. annum. Inſtitut. de
action.* Donell. *d. cap. 8.* Beuſt. *ad l. nam poſteaquam. §. 3. nu. 6. ff. de jure-
jur.* Hinc gl. Magiſtralis *in Clement. 1. in verb in integrum. extr. de reſti-
tut. in integr.* brevibus ita hoc explicat; † Quod tempus continuum 81
(videlicet tam à principio quàm ex poſt facto) currat diebus feria-
tis, & non feriatis, abſentibus ſive præſentibus, ſive ſit copia judicis
ſive non. Tempus verò utile non currat diebus feriatis, diebus ab-
ſententiæ & ignorantiæ, & quibus non eſt poteſtas agendi. *d. l. 1. de di-
verſ. & tempor. præſcript.* Bald. *de præſcript. 2. part. 4. part. princip. quæſt.
6. num. 3.*

Priori verò † modo tempora dicuntur utilia, quæ non præ- 82
cisè à quovis momento, ſed à die ſcientiæ currere incipiunt: Poſtea-
quam verò ſemel currere inceperunt, continua ſunt, non attentis
impedimentis, diebus ſacris ſeu feriatis. Sic tempus † petendæ re- 83
ſtitutionis eſt quadriennium continuum, ex poſt facto tamen: prin-
cipium tamen habet utile, & currere non incipit niſi à die ſcientiæ.
Bald. *in falſam. C. ſi ex falſ. inſtrum.* Cravett. *de antiquitat. tempor. in 4.
part. § in materia iſta. quæſt. 24.* Corne. *conſil. 165. vol. 2.* Grat. *conſil. 125.
num. 13. volum. 1. & conſil. 91. nu. 54. volum. eod.* Roland. à Vall. *conſil. 59.
n. 6. vol. 4.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in Saband. jud. lib. 2. tit. 20. defin. 1. n. 7.*

84 Herman. Vultei. *conſil. Marpurg.* 22 *num.*105. Sic in † appellationibus tempus decem dierum utile eſt quoad ſui initium; quia non incipit currere niſi à die ſcientiæ, uti nec adverſus eum, qui eſt verè impeditus adire judicem à quo, vel ad quem: quoad progreſſum tamen continuum eſt. Specul. *tit. de Appellat.* §. *reſtat. ſub nu.*1. *v. ſed nunquid. lib.*2. Joh. Ferrar. *tract. de Appellat. lib.*2. *cap.*4. *num.*137. *verſ. inſuper.* Lancellot *tractat. de attentat. part.* 2. *c.*12. *limitat.*50. *num.*40. Sigiſm. Scacc. *de Appellat. quaſt.* 12. *nu.*48. ubi ita Bart. & cæteros communiter *in l.*1. §. *dies ff. quando appelland.* tenere aſſerit. Et ita etiam in Camera Imperiali ſervari teſtatur Mynſiger. 2. *obſerv.* 2. *in fin.* Geil. 1. *obſe.* 139. *num.*7. Bernhard. Wurmbler. *practic. forenſ. lib.*1. *tit.* 24. *obſ.*1. Ex
85 quibus hæc notari poteſt, maxima: Quod † omnis præſcriptio dato initio utili, hoc eſt poſtquam ſemel facta eſt experiundi poteſtas, ſit continua, niſi reperiatur aliud expreſsè cautum in jure, juxta doctrinam Petri de Aucharan. *Clement.*1. *de teſtib.* & tradit Zaſ. *ad l.*1. *n.* 18. *ff. de diverſ. & temporalib. præſcription.* Hiſce ita præmiſſis, circa de-
86 ciſionem noſtræ quæſtionis infer, † tempus anni & diei in hoc retractus negocio ita computandum eſſe, ut quoad initium utile; quoad progreſſum verò continuum (niſi aliud ſtatutis locorum & conſuetudine receptum ſit) cenſeatur, adeoq; contra ignorantes vel impeditos, non niſi remotis iſtis obſtaculis, temporis hujus curſus incipit, per rationes & jura ſupra allegata. vid. Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund.* §. 5. *nu.*5. *fol.*1261. *verſ contrarium.* Tiraquell. *hic.* §. 35. *gloſſ.*4. *per tot.* ubi pluribus adductis diſtinctè agit, quando & quatenus ignorantia curſum temporis impediat. Johann. Baptiſt. Coſta *de fact. ſcient. & ignor. inſpect.*94. *num.*6. dicens, intacta & illæſa manere jura agnati, qui alienationem ignoravit, nec intra annum ſe illi oppoſuit. Geil. *obſ.*19. *nu.*17. *lib.*2. Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol.*1. *deciſ.*281. *num.*22. ubi tenent, in hoc retractu reſtitutionem in integrum ex capite juſtæ ignorantiæ dari poſſe. Benedell. *in tract. de jure prothomiſ. ad* §. *verum ſi infra. nu.*12. 14. *& ad* §. *inprimis. num.*90. Qui-
87 bus accedit, quod † in annalibus & temporalibus actionibus, licet quoad progreſſum ſint continuæ, regulariter tempus non niſi à die ſcientiæ currat. arg. *c. licet. de ſupplend. neglig. prælat.* Bart. *in l.*1. §.1. *ff. de requir. reis.* Donell. *lib.*16. *Comment. cap.*8. Decian. *reſponſ.*32. *num.*39. *vol.*3. Alciat. *reſponſ.*253. *nu.*17. quem allegat Jacob. Menoch. *conſ.*107. *num.*

*num.*38. Ratio hujus illationis eſt; quia ignorans † juſtè impeditus 88
præſumitur. *c. præſumitur. de reg. jur. in 6. l. verius,* & ibi gl. *de prob. text. & gl. in l. fin. ff. pro ſuo.* Impeditus † autem negligens cenſeri non de- 89
bet. Felin. *in c. vigilanti. de præſcript.* Et hic ſuccedit regula: † non va- 90
lenti agere non currit præſcriptio. *l. 1. §. ult. C. de annal. except.* Andr. Geil. 1 *obſerv.* 140 *nu.* 6. Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judicat. lib. 2. tit. 20. defin. 1. n. 9.* Ignorans autem † agendi facultatem habere non 91
videtur. *l. cum ſex menſes. ff. de ædilit. edict.* Thoming. *deciſ. 39. num. 4.* Ubi itaque † non eſt negligentia, ibi nec præſcriptionis pœnæ locus 92
erit, per tradita Geil. 2. *obſerv. 60. num. 3.* Unde eſt, quod ignorantia † excuſet à mora, ſecundum Cravett. *conſ. 609. num. 9. & ſeq.* neque 93
ullum † tempus à lege ſtatuto vel conſuetudine præfixum regulari- 94
ter ignorandi currit & labitur, *uti argumẽto l. genero. 8. ff. de his qui not. infam. l. cum ſex. 56. ff. de ædil. edict. l. annus. 6. ff. de calumn. l. ſemper. 15. §. hoc interdictum. v. annus. ff. quod vi aut clam. l. fin ff. de decret. ab ordin. fac. cum ſimil.* poſt Tiraq. tradit Schrad. *de feud. p. 10 ſect. 20. n. 70.*

Amplia I. hanc † illationem tantò magis procedere, ſi quis 95
per ſimulationem fraudes & dolum adverſarii ignoret contractum, ejusq; ſubſtantialia. *per text. l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de tranſact.* Tiraquell. *hic §. 35. gloſſ. 4. num. 31.* ubi dicit, hunc ignorantem non tam ignorare, non tam negligere, quàm decipi facto adverſarii. Johan. Petr. Surd. *conſil. 150. nu. 52.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſ. 281. n. 13. & vol. 3. deciſ. 56. n. 4. v. nihilominus tamen.*

Declara † hanc Ampliat. 1. Quod tamen hoc caſu nihilomi- 96
nus à tempore notitiæ annus currere incipiat, intra quem poſt adeptam notitiam proximus intentare retractum tenetur, quod niſi faciat, non obſtante dolo & mendacio emptoris, excludetur, prout judicatum in conſilio Mechlinienſi menſe Octobr. anno 1592. refert Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Cur. Belgic. 281. num. 14. volum. 1. & deciſ. 56. num. 4. vol. 3.*

Amplia II. † procedere, etiamſi dolo & fraude tertii ignoran- 97
tia iſthæc fuerit cauſata. vid. Tiraquell. *d. gloſſ. 4. n. 33.*

Declara I. illationem † hanc procedere, quoad præſcriptio- 98
nes temporarias, non verò quoad præſcriptiones longi vel longiſſimi temporis; quia in his nulla expectanda eſt ſcientia vel ignorantia, ut habent verba Juſtin. Imperat. *in l fin. in fin. C. de long. tẽpt. præſcript. l.*

ſicut.

ſicut.C.de præſcript 30 vel 40.annor. ubi Impp. contra ejuſmodi præſcriptionem, neque ſexus fragilitatem, neque abſentiam, neque militiam, ſolâ pupillari ætate exceptâ, attendendam; ſed eam pleniſſimâ ſecuritate munitam. *l. omnes in fin. C. eod. tit.* & ab omni actione, moleſtia, aut qualibet in quietudine liberam eſſe voluerunt. *l. ult. C. de fund. patrim.* Weſenbec. *in paratitl. nu. 3. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* Covarruv. *in relect. c. poſſeſſor. part. 3. §. 3. num. 1. & ſeq. de reg. jur. in 6.* Geil. *2. obſ. 160. num. 3. & ſeqq.* adde Tiraquell. *hic §. 35. gloſſ. 4. nu. 38. & aliquot ſeqq.*

99 Ratio diverſitatis probabilis dari poteſt; quia † in longi vel longiſſimi temporis præſcriptione, Dominis perquirendi res ſuas & jura, ſatis diuturna facultas conceſſa eſt, ut conqueri jure non poſſint, quod tamen ſecus eſt in annali & temporariis præſcriptionibus, per text. *in l. un. ibi: Si homo abſens & neſciens tam anguſto tempore ſuis cadebat poſſeſſionibus, C. de transform. uſucap.* In majori verò temporis diuturnitate major eſt rerum & jurium ſuorum perquirendi penitiùs poteſtas: imò craſſa ignorantia, & ſupina foret negligentia, tanto tempore in utramque, quod dici ſolet, aurem dormire, nec ad res & jura ſua advertere. Et ita poſt Tiraquell. *d. §. 35. gloſſ. 4. num. 21.* tenet Dan. Moller. *ad Conſtit. Elector. part. 2. conſtit. 32. nu. 12. & 13.* Hartm. Piſtor. *quæſt. 12. nu. 26. & ſeq. lib. 2. part. 1. per text. in l. ſemper. §. hoc interdictum, verſ. annus. ff. quod vi aut clam l. annus. ff. de calumn. l. generoſ. ff. de his qui not. infam. cum ſimilibus.* Andr. Rauchbar. *quæſt. 15. num. 24. part. 2.* Nicol. Boër. *deciſ. 112. n. 2.*

100 Declara II. illationem, quoad † ſcientiam certam, ſpecialem, & plenam, per tradita Nicol Boër. *d. deciſ. 112. n. 1.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jure protbomiſ. ad §. inprimis. n. 45.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 40. nu. 15. cum ſimilibus ab eo allegatis.* Nam confuſa & generalis no-
101 titia rei venditæ non ſufficit; cum is † demum ſcire dicatur, qui verè & certò ſcit. *l. in totum. ibi: niſi vera & certa ſcientia, de reg. jur. l. aut qui aliter. §. 1. ibi: neq; quidem perfunctoriè aut obſcurè. ff. quod vi aut clam. l. de pupillo. §. qui renunciat. ff. de oper. nov. nũc.* gloſſ. *in l. de ſtatu. ff. de teſt. c. cupientes, in verb notitiã, de elect. in 6.* Bar. *in l. admonẽdi. col. 4. de jure-*
102 *jur.* & parum ſcire † aut nihil ſcire æquiparentur. *c. licet causã. §. quanquam. extr. de probat.* Gylman. *tom. 4. ſymph. ſupplic. & vol. Cam. p. 1.*
103 *vot. 17. n. 130.* Et hoc eſt quod Philoſophi dicunt, ſcire † eſſe rem per

cauſas

cauſas cognoſcere: Latè in terminis † Tiraquell. *hic §. 36. gloſſ. 2. ad verb. Notiſice angreſſe. n. 30. & aliquot ſeqq.* inferens tempus hoc non currere, niſi quis certam rei venditæ ſcientiam & omnium qualitatem habuerit. Idem ex Natta reſpondit Joan. Petr. Surd. *conſ. 251. num. 15. vol. 2.* ſubdens ex Alexandro, quod propter conſanguinitatem non præſumatur ſcientia contractus, ut ſciens excludatur à retractu. Matth. de Afflict. *de jur. protim. §. ut intra triginta dies, nu. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.* ubi etiam explicat, quæ dicatur vera ſcientia, & quomodo ad eam perveniatur. Bald de Peruſin. *de jur. protimiſ. num. 19.* ubi dicit, quod, † qui non habuit ſcientiam eorum, quæ ſunt de ſubſtantia, non dicitur ſciviſſe, ſed ignorâſſe. *per l. multum. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſed etſi. ff. de hered. vel act. vend.* (vid Chaſſan. *hic fol. 1261. verſ. Adverte.*) 104 105

Amplia hanc declarationem † procedere, etiamſi quis ſciverit contractum emptionis & venditionis fuiſſe perfectum, pretii tamen quantitatem, quod hujus contractus pars ſubſtantialis eſt, ignoraverit, tempus hoc non currere, niſi â die ſcientiæ. Bald. de Peruſin. *hic num. 18. & ſeqq.* Matth. de Afflict. *ad dictum. §. ut intra 30. nu. 6. & ſeqq.* quem refert & ſequitur Jacob. Mandel. *conſil. 279. num. 11.* Martin. Peg. *in tract.* vom Vorkauff oder Einſtand. *lib. 2. c. 22.* Hieron. Magon. *deciſ. Florent. 26. nu. 44.* Camil. Borell. *conſ. 55. num. 6.* Surd. *d. conſil. 25. num. 25. vol. 2.* Tiraquell. *ad d. gloſſ 2. num. 30. & 32.* Hartman. Piſtor. *quaſt. 12. nu. 30. lib. 2. part 1.* Joan. Bapt. Coſta *in tract. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 74. nu. 17.* ubi poſt aliquos tradit, quod in † materia retractus requiratur vera & plena ſcientia tam venditionis, quàm pretii, nec ſufficiat præſumpta; quia ſcientia cum omnibus ſuis qualitatibus requiritur, ad hoc ut aliquid perfectè intelligi poſſit. gloſſ. *in c. concertationi. de appellat. in 6.* Octav. Cacheran. *deciſ. Pedemont. 176. num. 4.* Corſet. *in ſuis ſingular. in verb. ſcientia. n. 11.* Cavacan. *deciſ. 12. n. 37. lib. 1.* Natta. *conſ. 225. num. 5.* Franciſc. Becc. *conſ. 37 num. 23.* Roman. *conſ. 342. prope fin.* Cravett. *conſ. 424. num. 9.* Cephal. *conſ. 350. num. 20. lib. 3.* Et in his noſtris terminis eleganter firmat Andr. Scheffer. *quaſt. practicabil. 20. num. 17. part. 3.* dicens quod retrahere volenti nihil præjudicet generalis, rudis, informis, præſumpta ac conjecturata notitia, ſed ſpecificâ ac clarâ, tam reſpectu venditionis, quam pretii, opus ſit ſciētia, *arg. l. ita fidei, ff. de jure fiſc. l.* 106 107

ſed ſi pupillus. ff. §. proſcriptum. §. ibi. obſcurata proſcriptione. ff. de oblig. & action. & alii ibid. allegati.

108 Contrarium tamen decidit † Nicol. Boër. *ad conſtitut. Biturig. tit. de Ret. act. & allegat. ſupra deciſ.* 112. *ſub nu.* 2. allegans ad hoc Joh. Fab. *in §. qui autem, in fin. veerſic. ſecus crederem. Inſt. de excuſat. tut.* addens priorem ſententiã non ſervari. Ratio hujus opinionis eſt: quod
109 † tali caſu ſufficiat offerre, conſignare ac deponere pretii partem, additâ oblatione & proteſtatione, reliquum, quam primùm de integro pretio certioratus fuerit, ſe paratum eſſe ſolvere, per ea, quæ
110 ſupra *quæſt. 6. ſuo loco* adducta ſunt. Et hanc † ſententiam tanquam veriorem & tutiorem amplector, & quotidie eam practicari in hiſce locis video. Eamq; probat Andr. Geil. 2. *obſerv.* 19. *ſub nu* 7. Et niſi hoc admitteretur, retrahentes ſub prætextu ignorati pretii cunctari & tempus præſcriptionis annalis pro lubitu eludere, & in infinitum
111 protrahere poſſent. Tutiſſima † itaque via eſt, ut retrahere volens, ſi ignoret pretium, teſtatò, hoc eſt in præſentia judicis apud acta, vel teſtium, ab emptore verum pretium exploret, de eoq; ſe certiorem reddi deſideret: vel ſi inſtrumentum emptionis habeat, ut id inſpiciendum exhibeat. Cum enim hoc modo ad cognitionem veri pretii, retrahens pervenire poſſit, excuſationem non habebit, ſi id facere negligat. Et ita etiam non ita pridem in facti contingentia hic in Dicaſterio ſententia hæc viſa fuit æquior & probabilior. Confer
112 omninò † Martin Peg. *in tract.* vom Vorkauff. *lib.* 2. *c.* 23. *per tot.* ubi ad hunc finem non ſolùm editionem & prælectionem inſtrumenti in formâ Authenticâ ab emptore producendi requirit, verùm etiam quod eo deficiente, vel per teſtes, vel unà cum inſtrumento etiam per juramentum ab emptoris prædefuncti herede, modò tamen totius rei notitiam gerente & interdum præſtandum, pretii quantitas doceatur, tradit, adeò quod ipſe retrahens nihilominus ad contrarium demonſtrandum admitti poſſit, uti per ipſum latius videre eſt;
113 & eundem Pegi *c.* 25. *lib.* 2. Hoc ſi recuſet † emptor, certamq; retrahens pretii ſcientiam non habeat, tantum offerat, quãtum communiter talis res vendi poteſt, additâ ſalutari clauſula: Salvo jure reſi-
114 dui & quantum pluris, &c. Et ita etiam in ſtatuto † Darmbſtadino expreſsè cavetur hiſce verbis: Wüſte er (videlicet retrahere volens) aber die erlegte Summ nicht/ſoll er ein genante Summ vff Ermeſſigung

gung unſer Beampten hinterlegen/ mit der proteſtation, da ſolches nicht genugſam ſeye / daß er daſſelbige hiernechſt/ wann er deß Außlags eigentlich berichtet würde/zu ergänzen urbietig. Hoc eſt, ſi retrahens pretii ſoluti ſummam ignoret,tunc certam quantitatem pro arbitrio Officialium deponere debet, adjectâ proteſtatione, ſi illa non ſufficiat,ſe paratum eſſe, quamprimùm de quantitate exſoluta certioratus fuerit,reliquum etiam præſtare. Vide ſupra *quaſt. 6. concluſ.1.declarat.2.* Quomodo variæ lites ex præſuppoſito prioris opinionis emergentes, in herba quaſi adviſcente præcidentur. Non enim † vituperanda eſt honneſta ejus cogitatio, lites qui exſecratur. 115 *l.item ſi res.4.§.fin.ff.de alien.judic.mut.cauſ.*Pinell.*in l.1.p.3.n.45. C.d. bon.matern.*Hippol.Bonacoſſ.*in tract.de ſerv.& famul.quaſt.266.n.2.* indeq; lites † præcavens,vel componens, pietatis officio fungi dici- 116 tur.*l.ult.ff.famil.erciſc.*

Limita I. declarationem hanc II. † non procedere in igno- 117 rantia affectata, proveniente ex facto doloſo ejus, qui prætendit eam, hoc eſt quando ſcire potuit,ſed noluit,quia diſſimulavit, ut explicat Andr. Geil.2.*obſ.48.nu.*18. quia talis ignorantia curſum non impedit.*l.§.1.ibi:Sed ſi id egit empt.ne cognoſcat deberi,ff.de action. empt. l.qui contra.ibi:errore non affectato.C.de inceſt.nupt.*ubi Bald.not.eum haberi pro ſciente,qui ſcire non vult.*c.cum inhibitio,& ibi; affectatores ignorantia.extr.de clandeſt.deſponſ.*Tiraquell.*hîc* §.35.*gloſſ.4.nu. 28.* ubi addit talem ignorantiam eſſe nequitiam.Cephal *conſ.444.* Honded.*conſil.*87.*n.*41.*vol.*1.Schrader.*de Feud.part.*10.*ſub nu.*164. Alder Maſcard.*in tr.de ſtatut.interp.c.6.n.*153.*& ſeqq.*

Limita II. † non procedere in ignorantia craſſa & ſupina; quia 118 diſſoluta negligentia vel ignorantia propè dolus eſt, inquit Ulpian. *in l.ſi fidejuſſor.29.in princ.ff.mandati.*Et regulariter † pro ſcientia ha- 119 betur,ut not.gl.*in clem.*1.*in verb.ſcienter.de conſang. & affin.l.etſi conſenſu.§ ignorantia.ff.de contrah.empt.& in l.nec ſupina.ff.de jur.& fact. ignor.*Bart. *in l.genero.ff.de infam.*Matt.de Afflict. *de jur.protim.§ ut intra* 30.*dies.*Nicol.Boër *deciſ.*112.*ſub n.*2. Andr.Geil.2.*obſ.48. n.* 16. ubi ex Hippol.dicit, quod allegans talem craſſam ignorantiam, alleget dolum præſumptum, ſive latam culpam, hoc eſt, ſe ignorare quod omnes ſciunt,& ſic propriam turpitudinem, unde audiri non debet,cùm ſcire debuerit. Nam paria ſunt † ſcire, vel ſcire debere 120

per text.*in l.quod te.ff.ſi certum pet.*Meichſner.*deciſ.Camer.*3. *num.*27. *Tom.*3.ubi dicit,quod ea quæ publica ſunt, & omnium oculis expoſita ignorari non poſſint.Anton.Fab.*in conſultatione de Ducat. Montisfer,part.*1.*pag.*154.Anton.Gabriel.*lib.6.ſentent.tit.de reg.jur. concl.* 5.*n.*19.20.*&* 21.Gothofred.Anton.*diſp.Feud.*10.*th.*6.

121 Declara I. præcedentes limitationes,† in dubio non ſcientiam ſed ignorantiam præſumi; quia in facto alieno ignorantia eſt probabilis & veriſimilis,ideoq; ſcientia probanda venit.*l.fin. ff.pro ſuo.l. verius.ff.de probat.c.præſumitur.de reg.jur.in* 6.Pariſ. *conſil.* 20. *nu.* 64. *lib.*1.Cravett.*conſil.*224.*num.*4.Joſeph.Maſcard.*concl.*879. *volum.* 2. Alderan.Maſcard.*in tract.de ſtatut.interpret.concluſ.*6.*n.*142.Roland. à Valle *conſ.*66.*nu.*1.*& ſeqq.volum.*4.Bald.de Peruſin.*de jur. protim. nu.*17.Meichſner.*deciſ.Camer.*18. *num.*9. *&* 11. *Tom.* 3. Andr. Geil. 2. *obſerv.*48.*nu.*14.*& obſ.*84.*num.*8.Socin.*reg.*177. Anton. Gabriel. *lib.* 6.*ſententiarum.tit.de reg.jur.concluſ.*5.*per tot.* Et hoc cum primis ve-

122 rum eſt in abſente, quia † ex abſentia præſumitur ignorantia, teſte poſt Jaſon.Jacob.Mandello de Alba *in conſ.* 279.*nu.*9.plures allegat Alder.Maſcard.*d.concluſ.*6.*n.*165.

123 Infer ex hac declaratione, quod † ignorantiam probabilem allegans, dicatur habere intentionem fundatam & probatam, eo ipſo quod ſcientia non probetur.*d.l.verius.ff.de probat.*Bart.*in l.ſi cui.* §.*iisdem.n.*2.*ff.de accuſat.*Jaſ.*in l.is poteſt.nu.*88.*ff.de acquir.hered.* Cephal.*conſ.*393.*n.*97.*lib.*3.Vincent.Honded.*conſ.*55.*n.*65. *vol.* 1. Andr. Geil.*d obſ.*48.*ſub n.*22.*verſ.probatur.*

124 Declara II. † præcedentes limitat.in dubitante vel opinante; quia dubitãs pro ignorante habetur.*l.ult.de condict.indeb.l.*1.*in princ. ff.de leg.*3.ubi Bart.*nu.unic.l.manifeſti.*§.1.*C.de furt.* Natta *conſ.*162.*n.* 32.*lic.*1.Diaz.*reg.*218.*incip.dubitans.* Alexandr. *conſil.*37.*num.* 6.*lib.*1. Jaſon.*in l.nihil naturabiliter.*12. §. *nihil commune.n.*6.*ff.de acquir.poſſ.* Ripa *de jur.emphyt.reſp.*32.*nu.*32.*p.*2.Sford.Odd. *in tract.de reſt.in integr.quæſt.*8.*art.*9.*nu.*47. Decian. *reſponſ.*1.*n.*16.*volum.*3. Meichſner. *d.deciſ.Camer.*18.*nu.*15.*Tom.*3.Andr.Scheffer.*quæſt.* 10.*num.*23.*part.*3. ubi in terminis hiſce retractus. allegans Tiraquell.*in præfa.ad l.ſi un-*

125 *quam.C.de revoc.donat.* Et licet dubietas † primus ſit gradus ad veritatis inveſtigationem,ſcientiæ tamen ſpecies non eſt.gloſſ.*in l.* 1. *C. de procur.& in rubr.de jur.& fact.ignor.*Matt.de Afflict.*de jur.protim.*

d.§.*in*

d.§.ut intra 30.dies.ſub num.9. Hinc Ariſtot.*lib.2.Metaphyſ.* inquit † 126
veritatem inquirens ſine dubitatione,fit ſimilis ignoranti, quorſum
ire debeat. Nicol.Reuſn.*1.conſil.1.in fin proœm.*

Pro ratione dubitandi ad præcedentes declarationes adduci
poteſt vulgata illa juris theorica: Quod † conſanguineus præſuma- 127
tur ſcire facta conſanguinei *l.Octavi.ff und.cogn.l.de tutela.C.de in integr.reſtit.min.l.filium.C.de lib.cauſ.*Joh Sichard.*ad l.7.n. 4. C.de jur. deliber.*Honded.*d.conſil.55.nu.*50.Stracha *de decoct.p.5.num.7.* Petr.
Peck.*de teſtam.conjug.lib.1.c.34.nu.6. & c.38.num 4.* Menoch. *recup.
poſſe rem.16.nu.39.& lib.6.praſ.24.n.9.& ſeqq.*Seraphin.*privil. juram.
5.nu.18.& priv.33.num.218.* uſque adeò ut talis † præſumptio tranſ- 128
ferat onus probandi in contrarium.ut poſt Guid. Pap. & Roland. à
Valle ſcribit Card.Tuſch.*t.2.pract.concluſ.lit.C.concl.*741.*nu.*10.Menoch.*de arbitr.jud.lib.2.cent.3.q.222.num.8.* Prout in ſimili dicitur,
vicinum † præſumi ſcire facta vicini.*l.ſi ita §.fin.C.de fund.inſtr.l.ſi vicinis.de nuptiis.l.filium.C.de his qui ſunt ſui vel al.jur.*Bart.*in l.is poteſt,
de acquir.hered.*Meichſn.*deciſ.3.n.29.Tom.3.* Hieronym. de Cævall.
*in ſpec.comm.opin.quaſt.808.nu.28.*Zaſ.*ad l.1.n.12.ff.de reb.credit.* Vult.
*conſil.Marp.22.n.107.vol.3.*juxta illud Ovidii.*4.metam.*

Notitiam primosq; gradus vicinia fecit.

Unde quando † præſumptio ignorantiæ ceſſat, tunc intrat ſcientiæ 130
præſumptio,per quam plurimos allegatos à Vultei.*d.conſil. Marpur.
22.num.*108.

Pro ratione decidendi nota,quod illa † juris theorica ſit valde 131
fragilis, nec ad omnes cognatorum actus extendenda, ſed ad terminos in jure expreſſos reſtringenda, utputa, quando agitur de proximitate & gradu,item de ætate cognatorum inter ſe, & aliis quæ ex
cognationis & naturæ proceſſu dependent; quia hoc nemo præſumitur melius ſcire quam conjuncti: Secus autem eſt in aliis rebus
factis ab homine, ut ſunt teſtamenta, pacta dotalia, Renuntiationes, contractus & ſimilia,uti explicat Dn. Referens apud Meichſn.
deciſ. Camer.14.num.155. Johan.Sichard.*ad d l.7.nu.4.C.de jur.de lib.*
Surd.*con.251.n.14.vol.2.*Menoch.*de præſumpt.lib.6.præ.24.n.3.& ſeqq.*
Vincent.Caroc.*in tr.de remed.contra præjud.ſentent. except.49.n.147.
149.*Bald.*ad l.quoniam.n.1.per illum text.C.de jur.delib.* Alexand.*conſ.
71.nu.6.v.1.* Card.Tuſch.*t.2.pract.concluſ jur.lit.C.concl.741.num.3.*

Quod ipſum etiam non ita ſimpliciter procedit, niſi concurrentibus aliis, utputa præſentiâ vel cohabitatione, aut ſimili aliqua ratione, per tradita Meichſner. *d. deciſ.* 14. *n.* 150. Honded. *d. conſil.* 55. *nu.* 51.

132 Iiſdem quoque † & aliis modis declaratur altera illa in dubitandi ratione poſita maxima de vicino, uti conſtat ex iis quæ tradit Card. Tuſch. *t.* 8. *lit. V. concl.* 201. *num.* 4. *& ſeqq.*

133 Declara III. ignorantiam † datâ aliquâ præſumptione in contrarium, probari juramento. Matth. de Afflict. *alleg. ſupr. loc. num.* 11. Maſcard. *concluſ.* 881. *num.* 9. Andr. Geil. 2. *obſ.* 48. *num.* 23. *& obſ.* 105. *num.* 7. Bernhard. Græv. 2. *concl. pract.* 48. *in coronid.* Honded. *d. conſ.* 55. *nu.* 63. ubi de communi teſtatur. Menoch. 2. *arbitrar. caſ.* 186. *nu.* 3. Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 71. *num.* 24. Mandel. *conſ.* 279. *n.* 12. Sixtin. *in tract. de regalib. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 164.

134 Limita tamen hanc ſecundam concluſionem & declarationes quasdam, quod † ex arbitrio æqui judicis, ratione diſtantiæ loci, domiciliive retrahentis vel ex ſimili cauſa rationabili per eundem proximiori adhuc aliqua dilatio, pro pretii numeratione indulgeri poſſit, ut tradit Grimaudet. *in tr. ſuo de retract. lib.* 9. *c.* 22. *ad conſue. Pictav.* Et ita quoque cenſuiſſe ſupremam curiam *in cauſa pendente, inter Principiſſam de Mansfeld ex una parte & Baronem de Ambiguis ex altera, lato arreſto* 21. *Febr. Anno* 1604. refert Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belgic. volum.* 3. *deciſ.* 55. *n.* 8.

CONCLUSIO III.

135 Ex conſtitutione Friderici † Imperat. intra 30. dies poſt factam denunciationem proximior pretium offerre & retrahere debet; quibus elapſis poſtea non auditur. *vid. ipſ. Conſtit. Sancimus. de jur. protimiſ. ibi: omnibus denuncietur ut intra* 30. *dies, &c.* Et ibi notata per Matth. de Afflict. § *ut intra* 30. *dies. nu.* 1. *& ſeqq.*

136 Limita hanc † concluſionem ex eadem Conſtitut. non procedere, ſi quis eorum, quibus jus hoc protimiſ. competebat, erat in captivitate, vel deportatus, vel in exilium miſſus, vel abſens reipubl. causâ, aut ex propria ſua cauſa, vel minor 25. annis: Hoc enim caſu tutores eorum vel curatores, vel procuratores, vel defenſores intra quatuor menſes debent venire, & ſolvere juſtum pretium cum legitimis uſuris & expenſis neceſſariis: Quod ſi negligant, ſarcient de

propriis

propriis ſuis, quicquid incommodi [illegible] habuerint, *d. Conſt. tit. [illegible] mus. v. verum ſi intra ſtatutum, &c.* & quæ ibi notavit Bald. de Peruſin. *n. 10. 11.* & 12. Matth. de Afflict. *d. loc. n. 1.* late Balduin. Benedict. *in tract. de jure prothom. ad §. & licet. paſſim per tot.*

Nota ex hiſce † conſtitutionem dictam Friderici, in nonnullis exorbitare à regulis juris communis, ut apparet ex his quæ de deportatis & in exilium miſſis diſpoſita ſunt, quæ cum juris Romani principiis non congruunt, *per ea quæ ſupra quæſt. 2 Limit. 5 n.* Idemq; iſthæc conſtitutio tanquam exorbitans & extraordinaria in tantum ſervari ſolet, in quantum apparet ejus capitula, uſu conſuetudine & ſtatutis locorum particularium recepta eſſe, ut ſupra in quæſt. 1 n. 37. latius expedivimus. 137

Conclusio IV.

Juxta præcipuorum † locorum ſtatuta & conſuetudines ſuperioris Haſſiæ plerunque annus & dies retractui præſinitus, intra quem proximior, vel vicinus, retrahere volens pretium offerre & rem venditam revocare poteſt, uti videre eſt ex libris ſtatutorum & conſuetudinum. 138

Limita I. hanc † concluſionem, juxta diſpoſitionem Ordinationis Darmbſtadinæ, non procedere, ſi venditor proximioribus denunciaverit, quod velit rem vendere, atque iis rem vendendam obtulerit, tunc enim ſi intra duos menſes nemo ex proximioribus veniat, & ſe ad emendum offerat, ſine retractus periculo, cui velit vendere rem ſuam denuncians poteſt. Verba ſtatuti ſeu Ordinationis Darmſtadinæ Principalis ita habent: Da Jemand etwas auß ſeinen Gütern verkauffen/ vnd deß Abtriebs halber geſichert ſeyn wolte/der ſoll ſein Vorhaben den nechſten Bluts-Freunden/ Anſtöſſern (hoc eſt, qui retractu vicinitatis uti velint) anzeigen/vnd ihrer Erklärung oder Handlung deß Kauffs halber 2. Monat lang erwarten. Wolten dann die Bluts-Freunde oder Anſtöſſer nicht kauffen/ oder ſie erklären ſich innerhalb berührter Zeit nicht/ ſoll ihnen auch alsdann der Abtrieb nicht mehr zugelaſſen/ ſondern dem Verkäuffer die Güter wem er will oder kan/zu verkauffen nachgegeben werden/ ꝛc. hoc eſt, ſi quis aliquid ex bonis ſuis vendere, & contra retractum ſecureri velit, is mentem ſuam conſanguineis proximis vel vicinis aperiet, 139

Digitized by Google

riet, & ipſorum declarationem & tractatum ſuper venditione per binos menſes exſpectabit: Quod ſi verò iſti conſanguinei vel vicini neque emere, nec intra prædictum tempus ſe declarare voluerint, ipſis tunc retractus non amplius competet, ſed venditori poteſtas, cuicunque velit vel poſſit, vendendi dabitur.

140 Sublimita hanc limitat. † juxta ejusdem ordinationis diſpoſitionem, non procedere, ſi res venalis intra prædictos duos menſes alii nondum ſit vendita, & proximior adhuc alium præveniat, moramq; ſuam purgare poſſit, tunc enim præ alio ad emendum admittetur. §. Doch käme der Näherkäuffer/ꝛc.

141 Limita II. † eandem concluſionem juxta prædictam Ordinat. Darmbſtadinã, ſi more conſueto res venalis tribus diebus Dominicis, publicè proclamata ſit, tunc etiam omiſsâ denunciatione, retrahenti tantùm octo ſeptimanæ & 3. dies à tempore primæ proclamationis dantur: Si interim non offerat pretium, & alia quæ requiruntur, præſtet, jure hoc cadit. §. Würde aber die Anbietung/ꝛc. Eſt enim generale in omnibus caſibus ubi ejuſmodi certæ proclamationes requiruntur, quod quis poſt eas amplius non audiatur ſed jure ſuo privetur Oldrad. *conſil. 3. nu. 4. & ſeq.* Blarer. *ad L. Diffamari. c. 2. nu. 1. & ſeqq. ubi id multis firmat, C. de ingen. & manumiſſ.* Coler. *de proceſſib. executiv. part. 3. cap. 9. num. 95. & ſeqq.* Et in terminis retractus conventionalibus notat Matth. Berlich *deciſ. 95. n. 13. & 14.*

142 Limita III. † ſecundum pleraſq; ſuperioris Haſſiæ conſuetudines, wann das verkäufflich Gut drey Sontag proclamirt, der Kauff darauff getroffen wird/ vnd der Käuffer 6. Wochen vnd 3. Tage vnangeſprochen bleibt/ ſo iſt der Kauff kräfftig. Hoc eſt: Si res venalis tribus diebus Dominicis publicè proclamata, & deinceps res vendita ſit, emptorq; intra ſex ſeptimanas & 3. dies de retractu non conveniatur, poſtea ſecurus erit.

143 Declara hanc limitationem, † quod tempus hoc 6. ſeptimanarum & 3. dierum vigore illius conſuetudinis, nõ à die proclamationis primæ vel ultimæ, ſed à die venditionis poſt proclamationem factæ, currere videatur, quod colligi poteſt ex hiſce verbis: Vnd der Kauff darauff (videlicet proclamatione facta) getroffen wird/ vnnd der Käuffer 6. Wochen vnd 3. Tage vnangeſprochen bleibt. Ideoq; ſi poſt

poſt tertiam proclamationem, emptor aliquot ſeptimanas cunctetur, antequam contractum perficiat, videtur dicendum adhuc à tempore venditionis perfectæ, 6. iſtas ſeptimanas & 3. dies ad retractum competere. Secundò id etiam arguunt illa verba vnd der Käuffer 6. Wochen vnd 3. Tage vnangefochten bleibt/ hoc eſt, ſi emptor intra 6. ſeptimanes & 3. dies non conveniatur, deinceps ſecurus ſit. Jam verò non ex proclamatione illa trinundinali, ſed ex contractu celebrato & perfecto aliquis emptor dicitur & efficitur, & antequam hoc fiat etiam de emptione tractet multum, emptor tamen dici non meretur. Cum itaque tempus illud ad emptorem referatur, conſequens erit illud tunc demum currere, quando jam verè emptor effectus eſt.

Subdeclara hanc declarationem,† niſi fortè venditio ante proclamationem perfecta eſſet: tunc enim putarem tempus hoc 6. ſeptimanarum & trium dierum, nõ à die venditionis, ſed ultimæ proclamationis computandum eſſe. Qua in re tamen, ut & tota hac materia, quid in quovis loco obſervatum fuit, potiſſimùm inſpiciendum erit; quia obſervantia ſubſecuta, ut omnes actus humanos, ita etiam ſtatuta † & conſuetudines declarat & interpretatur. *l. ſi de interpretatione. junct. l. ſeq. ff. de Legib. l. minimè eod. l. certi juris. C. de judic. c. cum dilectus. extr. de conſuet.* Bart. *in l. diuturna. ff. de legib.* eaq; eſt interpretatio optima, quam obſervatio ipſa inſecuta docet & probavit. Cravett. *conſil. 836. n. 10. vol. 5.* Herman. Vultei. *conſil. Marpurg. 35. volum. 3. n. 94.* Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judicat. lib. 2. tit. 8. defin. 1. num. 7.* Et ex obſervantia,† & crebro uſu, accedentibus aliis requiſitis ipſæ conſuetudines & jus non ſcriptum tandem exſurgit, per tradita Hieron. Treutler. *diſp. 1. theſ. 9. lit. A. in notat. vol. 1.*

144

145

146

Hæc autem dubitatio in allegata ſupra Ordinatione Darmbſtadina ſublata eſt, in qua † expreſsè cavetur tempus ibi præfinitum, currere à die primæ proclamationis: Differtq; in hoc ab allegatis modò conſuetudinibus quorundam locorum ſuperioris Haſſiæ, quod in illa poſt proclamationem tempus retractui præfinitum, ſint Octo Septimanæ & 3. dies: In his verò 6. ſeptimanæ & 3. dies. Juxta Ordinationem † Solmenſem, ſi prædium venale fuerit publicè proclamatum, proximiori conceditur, quarta pars anni ſeu tres menſes, poſt factam venditionem Innerhalb einem viertel Jahrs 147 148

Digitized by Google

nach beſchehenem Verkauff / ꝛc. *part.* 2. *tit.* 12. §. Doch ſollen ſie ſol-
ches/ꝛc. *junct.* §. *præcedenti.*

149 Limita IV. † concluſionem noſtram, & præcedentes limitati-
ones ſublimita, juxta eandem Ordinat. Darmſtadinam, non pro-
cedere in pupillis minoribus, item furioſis & mutis, quibus ſatis i-
donei tutores & curatores præfecti non ſunt; quia his proclama-
tiones iſtæ & temporum præfinitorum lapſus non obeſt, wann vn-
mündige Kinder/ Stumm: Oder Sinnloſe Menſchen / ſo nicht nach
Notturfft bevormundet/ denen ſollen obgedachte proclamationes vnd
Ablauff der 8. Wochen vnd 3. Tage/ Item / deß Jahrs vnſchädlich
ſeyn. §. Wann aber / *in fin.* ita etiam in allegatis conſuetudinibus
quibusdam ſuperioris Haſſiæ cavetur: Daß ſolche proclamation
minoribus furioſis unnachtheylig. Concordat. Ordinat. Solmenſ.
ſub rubr. de retractu. §. Es ſollen aber hierinn die Minderjährigen/ das
iſt/ die noch ünder ihren 25. Jahren ſeynd. Atque ſic minores in Flan-
driâ, intra annum, ex quo facti erant majores, ſine ulla in integrum
reſtitutione retrahere poſſe, nec minus itá cenſuiſſe ſupremam cu-
riam in cauſa mota inter Baronem de la Chaulx, & Principiſſam de
Ligne 11. Martii Anno 1605. ratione dominii de Bernes, teſtatur
Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. vol.* 1. *deciſ.* 281. *n.* 13. & *vol.* 3. *deciſ.* 55. *ſub
num.* 1. *verſ. in quam quæſtionem.* Quamvis aliis ſtatutaria præſcriptio,
contra pupillum currat, reſervata in caſum læſionis, reſtitutione,
ut in terminis reſcribitur *in c. conqueſtus,* & *ibid.* Dd. *extr. de in integr.
reſt.* Caſtrenſ. *ad l. fin. C. in quib. cauſ. reſt. in integr.* Joh. Gœdd. *conſil.*
150 *Marp.* 19. *n.* 6. *vol.* 4. Ex hiſce infertur † majoribus 25. annis ſi præſen-
tes ſint, tempus hoc præciſè currere, neque facta proclamatione
eos ignorantiam prætendere poſſe. Quæ enim publicè fiunt omnes
151 ſcire præſumuntur, vel ſcire debent. Et ſtatuto † induci poſſe, ut
tempus etiam ignorantibus currat, firmat Tiraquell. *de hoc retract.* §.
152 35. *gl.* 4. *nu.* 28. adeò ut † nec reſtitutio in integrum propterea com-
petat. Idem Tiraquell. *ibid. nu.* 45. Fichard. *conſil.* 34. *num.* 16. *in princ.
vol.* 2. Et ita 4. Junii Anno 1629. in cauſa Müller contra N. vigore
prædictæ conſuetudinis propter proclamationem factam, non ob-
ſtante prætextu ignorantiæ, deciſum & judicatum fuit in Dicaſte-
rio Marpurgenſi.

153 Extende hanc limitat. ad abſentes, † quibus vigore horum ſta-

tutorum

tutorum non niſi à die ſcientiæ, tempus præfinitum currere incipit. Add. etiam Ordinat. Solmenſ. d. §. Es ſollen aber / &c. Quamvis inſpectâ † juris communis ratione contrarium verius eſſe; ita quidem 154
ut contra minores abſentes & ignorantes tempus hoc ſtatutarium non minus quàm contra præſentes currat, ſalvo tamen reſtitutionis beneficio, Nicol. Boër. *deciſ. 112. num. 7. 8. 9. & ſeq.* per rationes & jura ibid. adducta. adde quæ de retractu Feudali ſimiliter tradit. D. Gothofred. Anton. *diſp. Feud. 10. theſ. 6. lit. d. in notat.*

Aliud tamen † de generali Franciæ obſervari conſuetudine, 155
quod videlicet etiam contra minores & pupillos hoc tempus currat, ita ut nec reſtitutionis in integrum beneficio gaudeant, teſtatur & præjudiciis rerum in Parlamento Pariſienſi judicatarum confirmat Johan. Papon. *lib. 11. tit. 7. arreſt. 21. & 22.* ibiq; allegati, Charond. & Maynard. Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 2. num. 2. & num. 4.* Tiraquell. *hic §. 35. verb. minores. gloſſ. 2. nu. 3.* Idemq; in abſentibus. *gloſſ. 3.* & in ignorantibus *gloſſ. 4.* obtinere ſcribit, ubi multa utilia circa hanc materiam præſcriptionis, contra minores, ignorantes & abſentes invenies. Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. lib. 26. cap. 24.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jure prothom. ad §. verum ſi infra. n. 44. & ſeqq. & ad §. verum ſi infra, nu. 7. & 13.* Confer Andr. Fachin. *conſil. 64. nu. 13. & ſeqq. lib. 1.*

Conclusio V.

Si in locorum ſtatutis † nihil cautum reperiatur, hæc præſcriptio currere incipit regulariter à die venditionis perfectæ, hoc eſt 156
ſimulatq; de pretio certo & determinato convenerit, *pr. Inſtitut.* & quæ ibi notant Dd. *de empt. & venditio. l. 2. §. 1. ff. eod.* Matt. de Afflict. *deciſ. 280. nu. 5.* Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. §. 13. gloſſ. 10. num. 2.* Ernest Cothman. *conſil. 90. nu. 12. vol. 2.* Guttierez *practic. quæſt. 52. lib. 2.* Mart. Peg. *in tract.* vom Vorkauff. *lib. 1. c. 7. in fin. & lib. 2. c. 8. verſ. penult.* Dies autem celebrati contractus, hoc caſu non cenſebitur incluſus, ſed excluſus regulariter, per ea quæ latiſſimè tradit Tiraquell. *hic §. 1. gloſſ. 11. nu. 17. 22. & mult. ſeqq.* Johan. Guttierez *pract. quæſt. 154. nu. 1. & ſeq. lib. 2.* uti nec dies decretæ citationis aut termini mandati incluſus cenſetur, Mynſing. *5. obſ. 15. n. 4.* Frider. Mindan. *de proceſſib. extrahend. lib. 2. c. 18.*

Digitized by Google

157 Infer ex hac † concluſione, in noſtro retractus negotio, non
attendi quo & quando tempore de venditione tractaverint emptor
& venditor: ſed quo negotium perfecerint; Ludolph. Schrader. *de
contract. tit 24. num. 17.* ubi dicit, quod agnatus vendens & tradens
rem ſuam immobilem contractu in ſcriptis celebrato, ſi ab eo deſi-
ſtat, antequam perficiatur, ex hoc contractu nullum jus proximio-
158 ribus agnatis quæratur. Nam ex præambulo † tractatu, ſeu futuro
contractu, nullum jus quæritur aut adimitur. *l. ſi voluntate*, ubi Bald.
*C. de reſcindend. vendit. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndũ. ff. de minor. l. 5. ult.
de jurejur. c. dudum. de rebus Eccle. non alien.* Matt. Weſenbec. *conſ. 6. n.*
159 158. & ſola concluſio † dicitur eſſe cõtractus. *l. ſi voluntate*, & ibi Bald.
Mart. Peg. *in tract.* von vorbehaltenen Widerkäuffen. *c. 2. ſub verſ.* Da-
her kompt auch. *ibi*: Dann allein der Beſchluß in einer Handlung
wird genandt ein Contract. *fol. 39. a. & b. l. 2. §. & harum. v. nam etſi. de
verb. oblig. l. ſi ita fuerim. §. quæſtio hac. v. ſi verò. de manum. teſta. l. unus.*
160 *C. de diſtract. pign. l. 1. C de luit. pign.* Grat. *conſ.* 82. *nu. 17. vol. 2.* & qui †
partem individui facit, nihil cenſetur peregiſſe. *l. fin. C. qui teſt. fac. poſ.
l. fin. C. ad Syllan.* Pantſchm. *p 2. quæſt. 3. num. 4.* & aliud † venditio,
161 aliud pactum ſeu promiſſio de vendendo. Joſeph. Ludovic. *comm.
conclus 72. nu. 1.* Berlich. *deciſ. 142. num. 1.* Wurmſer. *pract. obſerv. lib.
2. rubr. Miſcell. ex jur. civ. deciſ. 3.* Matheſil. *ſing. 46.* Marin. Frecc. *in tr.
de ſubfeud. lib. 2. v. nonò quæro.* Roland. à Valle *conſil. 69. per tot. lib. 3.*
Honded. *conſil. 52. nu. 6. vol. 1.* Menoch. *conſil. 122. num. 22. vol. 2.* cùm
162 verba † de futuro non habeant aliquem cõſenſum ad firmandum a-
ctum de præſenti, ut notat poſt alios Andr. ab Exea *in tract. de pact. n.*
163 393. indeq; eſt, quod † teſtium, qui interfuerunt tractatui & non cõ-
cluſioni, contractus depoſitio ficulnea, ut notat gl. *in l. eleganter. in
princ. in verb. idem puto. ff. de condict. indeb.* quam poſt alios refert & ſe-
quitur Peg. *d. tract.* von vorbehaltenen Widerkäuffen. *c. 2. v.* Daher
164 kompt. Tiraquell. *de retract. convent. ad fin. tit. nu. 24.* Multa enim †
tractantur, quæ non perficiuntur. *c. tua. extr. de his quæ fiunt à prælat.*
Jaſ. *in l. ſi quis cum aliter. n. 3. 4. de verb. oblig.* Matth. Weſenb. *conſil. 13. n.*
165 *88.* nec ſufficit quid † fieri, niſi ſortiatur effectum. *l. hac conditio. §. ſed*
166 *etenim, de condition. & demonſtrat.* neque † poteſt dici actum, quam-
diu ſupereſt aliquid agendum. *l. cum Syllanianum.* ubi poſt gloſſ. Jaſ.
n 3. C. de his quib. ut indign.

Amplia

Amplia I. hanc † concluſionem procedere, etiamſi res vendi- 167
ta nondum ſit tradita. Alberic. *in l. ſi filiusfamilias. §. cum fundum, v. item facit ad alium, de verb. oblig.* Signor. de Homod. *conſ. in quæſtione vertente, &c. 81. colu. 2. v. hic ſi poſitus, per text. in l. ſciendum. §. ult. ff. de ædilit. edict.* ubi temp. redhibitionis à die venditionis currere dicitur. Tiraq. *hic §. 1. gloſſ. 10. n. 15. & ſeqq.* Matth. *in addit. ad quæſt. Guid. Pap. 257. verſ. quod ſi venditio.* Et hanc opinionem in judicando & reſpondendo obſervatam dicit Daniel Moller. *p. 2. Conſtit. Elect. 32. num. 5. 6.* ac veriorem communiorem & in praxi receptiorem aſſirmat Didac. Covarr. 3. *var. reſolut. c. 11. num. 2.* Gutticrez *practic. quæſt. 152. verſ. & in terminis noſtræ quæſtionis. lib. 2.* Gomez *ad l. Tauri. 70. n. 16. ubi refert ita teneri à majori parte Dd.*

Pro ratione † dubitandi occurrit 1. quod ante traditionem ven- 168
ditio non cenſeatur perfecta. *§. vendita. Inſt. de rer. diviſ. c. cum Iohannes circa princip. extra de fid. inſtr.* Roland. à Valle *conſil. 51. n. 10. volu. 2.* Rimin Jun. *conſil. 285. num. 12. & ſeq. lib. 3.* Burſat. *conſil. 363. ſub num. 27. & 28. v. 4.* Decian. *reſp. 7. nu. 65. vol. 1.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap. 417. num. 235.* Tiraquell. *de utroq; retract. §. 1. gloſſ. 2 num. 46. verſ. perfecta.* Sed ab ea † demum ultimam perfectionem & complemen- 169
tum accipiat. *l. 1.* ibi gl. & Cyn. *de peric. & commod. rei vend.* gl. *in §. 1. Inſt. de empt.* adeò ut hujuſmodi † exceptio rei non traditæ ſemper & 170
quandocunq; poſſit opponi, ut ait Joſeph. Ludovic. *deciſ. Rotæ Lucenſ. 2. n. 1. & deciſ. Peruſ. 50. n. 1. 2. & 3. p. 1.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 69. nu. 5. & 6. & ibid in addit. ſub lit. B.* Burſat. *conſil. 144. num. 31. v. 2.* etſi ſtatutum
† omnes exceptiones rejiceret. Deci. *conſil. 421. num. 2.* Natta *conſil.* 171
305. ſub n. 1. v. 2. Ludovic. *d. deciſ. Rot. Lucenſ. 2. n. 3.* Achil. Pedroch. *conſ. 1. n. 237. & 238. v. 1.* Fabius Turret. *conſ. 44. n. 34. & conſ. 49. nu. 48. vol. 2.* Surd. *conſ. 10. n. 4. v. 1.*

Conſtat etiam quod † ſubſtantia emptionis venditionis in tri- 172
bus conſiſtat, videlicet, conſenſu. *l. in venditionibus. 9. de contrah. empt. l. 3. l. 1. l. empti. C. eod.* re ſive merce & pretio. *l. nec emptio. d. t. & pretio. §. 1. Inſt. de empt. & vendit.* Barthol Socin. *conſil. 208. num. 1. vol. 2.* Matth. Weſenbec. *conſil. 12. nu. 8. & 27.* Gomez *tom. 2. var. reſol. cap. 2. num. 1.* Burſat. *conſ. 100. n. 2. vol. 1.* Surd. *conſ. 202. ſub n. 4. vol. 2* Fabian de Monte *de empt. & vendit. in 1. quæſt. princ. n. 4.*

Secundò dubium facit, quod ratio finalis juris retractus ſit,

Digitized by Google

ne res exeat de familia, ut ſuo loco ſupra aliquoties probatum eſt. At per ſolam venditionem non inſecutâ traditione, res non exit de do-
173 minio & familia venditoris, cùm † non nudis pactis, ſed traditionibus rerum dominia transferantur. *l. traditionibus. 20. C. de pact. l. ſi ager. 50. ff. de rei vindicat. cum ſimilibus.* apud Vult. *conſil. Marp. 24. n. 13.*
174 *14. volu. 2.* Schrad. *conſil. 39. num. 182. volu. 2.* Cauſa † autem finali tanquam omnium aliarum cauſarum directrice ceſſante, ipſe etiam ceſſabit effectus. *arg. l. in omni.* ubi Bart. *ff. de adopt. l. licet. §. ea obligatio, de*
175 *procurat. c. poſt translationem, v. cæterum. de renunciat.* quia ratio † finalis dicitur anima cujusq; diſpoſitionis, ut dicit Paul. Pariſ. *conſ. 78.*
176 *nu. 13. vol. 1.* Andr. Geil. *de pignorat. obſerv. 10. n. 3.* Hinc nec in † commiſſum cadere meretur emphyteuſis & feudum ob alienationem ſine conſenſu domini factam, ſi traditio ſubſecuta non ſit. Hippol. de Marſil. *ſing. 412. incip. plures ſunt.* Roland à Valle *conſil. 51. num. 3. 4. & ſeqq. lib. 2.* Schrad. *de feud. part. 9. cap. 1. nu. 32.* Daniel Moller. *ad conſt.*
177 *Sax. Elect. Aug. p. 2. conſtit. 32. nu. 4. 5.* Et hanc ſententiam † poſt Bart. Bald. Caſtrenſ. & alios allegatos à Tiraquell. *d. gloſſ. 19. n. 112. & ſeqq.* tuentur quàm plurimi: Chaſſanæ. *in conſuet. Burgund. rubr. de Retractu. §. 1. in verb. vendu, in princ.* Nicol Boër. *deciſ. Burdegall. 112. n. 2. & nu. 4. ibidemq; allegati. Et ad conſuetud. Biturig. tit. de retractu. §. 1.* Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. lib. 26. cap. 24. nu. 1.* Et ita etiam in Statutis Comitatus Burgundiæ & Nivernenſis caveri teſtatur Chaſſan. *de retract. §. 5. num. 4. fol. 1260.* Et in Parlamento Pariſienſi ita arreſto judicatum, quod videlicet annus retractus gentilitii incipiat à tempore poſſeſſionis & inveſtituræ, refert Papon. *rer. judicat. lib. 11. tit. 7. arreſt. 11.* ubi etiam in notat. adducitur expreſſa ea de re conſuetudo Pariſ. *art. 130.* & ibi allegatus Maynard. *lib. 7. quæſtionum. cap. 43. & arreſt. 33.* Idem tenet Paul. Matth. Wehner. *in ſuis obſerv. practic. verb.* Löſung. Ludolph. Schrader. *conſil. 38. nu. 14. vol. 2.* & latè tuetur Berlich. *p. 2. concluſ. pract. 40. nu. 28. & ſeqq.* Sicuti & Anton. Gomez. *in comment. ad l. Tauri. 70. cum 5. ſeqq. nu. 16.* licet ibid. *verſ. quarto.* contrarium practicari, & à majori parte collegarum ſuorum in quodam examine id teneri ſe vidiſſe atteſtetur, cujus praxis etiam poſt alios meminit Dieg. Gomez *ibid. in addit. num. 16. fol. 542.*

Pro ratione decidendi notandum, quod ſtatuta & conſuetudines noſtrorum locorum plerumq; de venditione loquantur, & in

ea re-

Digitized by Google

ea retractum determinent. Venditio † autem & emptio eſt con- 178
tractus, qui ſolo conſenſu, etiam traditione nondum ſecutâ, quoad
ſui eſſentiam perficitur. *princ. Inſtit.* & quæ ibi not. Dd. *Inſt. de empt.*
& vendit. l. contractus in fin. C. de fid. Inſtru. Franciſc. Aretin. *in l. fidejuſ-*
ſor. 49. §. meminiſſe. verſ ſuper ſecundo ff. de leg. 1. ideoq; & ex † hujuſ- 179
modi venditione, domino laudemium deberi ſtatuunt, etſi res non
ſit tradita. Maſuer. *tract. de retract. col. 2. §. item pone emptor: v. quid de*
domino. Joan. Papon. *lib.* 13 *tit. 2. arreſt.* 30. ubi ſic in ſupremis Franciæ
curiis obſervatum fuiſſe ait. Nec adverſatur 1. ratio; quia traditio
† non ad eſſentiam emptionis venditionis, ſed ad ejus conſumma- 180
tionem & complementum pertinet. Perficitur nudo conſenſu: im-
pletur verò traditione rei & numeratione pretii. *l. ſi quis alienam. de*
act. empt. Sicut ſtipulatio † perficitur verbis, impletur numeratione. 181
l. 7. de novat. quod pluribus explicat Jacob. Cujac. *25. obſerv. 15. per*
tot. Donell. *lib. 12. comment. c. 10.* Dn. D. Hunnius. *var. reſolut. jur. civil.*
liq 3. tractat 7. quæſt. 1. Et licet emptio venditio tria illa requirat, con-
ſenſum, rem & pretium: tamen ut monet JC. Paul. non † pretii nu- 182
meratio, vel etiam rei datio, ſed conventio de re ac pretio, emptio-
nem perficit. *l. 2. §. 1. ff. de contrah. empt.* Erneſt. Cothman. *reſponſ.* 4.
num. 3. 7. 9. 30. & paſſim, ubi etiam eleganter explicat, quot modis
emptio in jure dicatur perfici. *vol. 1. uti & reſponſ. 89 n.* 12. *& ſeqq. vol.*
2. Nec multum etiam ponderis habet ſecunda dubitandi ratio. Nam
† licet emptor ante traditionem non efficitur Dominus rei, actio- 183
nem tamen ad conſequendam rem venditam habet. *l. ex empto. §. in-*
primis. in princ. ff. de action. l. in conventionalibus. in fin ff. de verb. oblig.
& quidem cum neceſſaria traditionis conſequentia, ad quam † præ- 184
ciſè venditor obligatur, ita ut nec præſtãdo intereſſe ab ea liberetur,
modò ejus trahendi facultatem habeat: *d. l. ex empto.* 11. *§. & inprimis*
ipſam rem præſtare venditorẽ oportet, id eſt tradere ff. de act. empt. jũct. l.
35. §. ult. C. de donat. §. alia Inſt. eod. quam ſententiam ut veriorem &
communiorem tenet Bart. *in l. 1. n. 12. & 13. ff. de act. empt.* Bald. & Ca-
ſtrenſ. *ibid.* Jac. Cujac. *ad l. 27. ff. de verb. oblig.* Anton. Fab. *lib. 6. con-*
ject. c. 17. Coraſ. *lib. 2. miſcell.* 3. Bonfeld. *ad. §. alia. Inſtit. de donat.* Niell.
diſp. feud. 4. theſ 1. lit. F. Elias Rober. *diſp. 17. coron.* 2. Arũ *diſp. 14. exerc.*
2. Matth. Stephani *cent. 3 qq. illuſtr. 68.* Gomez *lib. 2. var. reſolut. cap. 10.*
num. 22. in fin. Fabian de Monte *de empt. & vendit. queſt. pr. 6. num. 38.*
Magon.

Digitized by Google

diverſos, eadem juris diſpoſitione connectentis & comprehendentis, per tradita Zaſ. *ad l. ſi ego. 18. n. 8. de reb. credit.*

Amplia II. † concluſionem noſtram procedere etiamſi venditio cum reſervatione dominii ita facta ſit, ut non transferatur antequam pretium conventum ſolutum fuerit; quia nec iſta clauſula impedimento eſt, quin proximior ſtatim retrahat, indeq; ſtatim tempus etiam ad retrahendum datum incipit currere à die perfectæ venditionis, etiam non ſoluto pretio. Matth. de Afflict. *deciſ.* 338. *per tot.* ubi multis pro & contra adductis tandem in conſilio Neapolitano non obſtante tali pacto fuiſſe votatum & concluſum. 19. Novembr. Anno 1499. Confer Tiraquell. *hic* §. 1. *gloſſ. 2. n. 34. & ſeqq.* & quæ eleganter ſcribit Didac. Covarruv. 3, *var. reſolut. c.* 11. 189

Pro ratione dubitandi † adduci poteſt text. *in l. cum manu ſata. 80.* 190
§. *fin. ff. de contrah. empt.* ubi JC. Labeo ita reſpondit: Nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cujus dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, ſed hoc aut locatio, aut aliud genus contractus. Quare tali pacto adjecto aut erit locatio, aut aliud genus contractus: Aut etiam pacto contra ſubſtantiam contractui adjecto is erit planè nullus, ut dicit Bald. *ad d. §. fin. & in rubr. C. de contrah. empt.* quia à quo
† removetur naturalis effectus, ab eo & removetur ejus ſpecies ut 191
ibid. argumentatur. Retractus † autem ſemper præſupponit vali- 192
ditatem contractus, ex quo formatur & oritur, ut ſupra ſuo loco diximus. Si verò in locationem † & aliud genus contractus transeat. 193
tunc certum eſt Retractui locum non eſſe, per ea quæ ſupra quæſt. 4. tradita ſunt. Quorſum ergò opus erit ſollicitum eſſe de tempore retractui præfinito, ſi nec ipſe Retractus ſubſiſtat.

Pro ratione decidendi nota textum pro dubitandi ratione adductum non loqui in noſtris, ſed planè aliis terminis: ibi † enim ta- 194
lis proponitur caſus, quo pactum adjicitur contractui, ne dominium omninò in emptorem transeat: hîc verò ne transeat ante, quàm pretium fuerit ſolutum, quod † pactum non eſt contra, ſed ſecundum naturam emptionis venditionis, adeoq; naturale hoc pactum dicit Bald. *alleg. ſupra loco. per §. venditæ. Inſtit. de rer. diviſ.* Tale itaque pactum non alterat naturam emptionis, neque conditionalem eam efficit, cum hoc quod ita exprimitur, ſit proprium & conveniens naturæ ipſius contractus, *l. conditiones extrinſecas. ff. de condit. & demõſt. l.*

continuus.§.cum ita.l.interdum.ff.de verb.obligat. Covarruv.*alleg. modò loco.* Deinde etiamſi aliquam, hoc pactum, importaret conditionem, eſſet tamen in ipſius Retrahentis mera poteſtate, pretium ab emptore promiſſum, venditori ſtatim ſolvere, & iſtam conditionem adimplere. Si verò venditor illud non à Retrahente, ſed ab emptore potius recipere vellet, poſſet eam oblatam prius, conſignare & de-
196 ponere, quo caſu cum † per ipſum venditorem ſtaret, quo minus conditio iſta adimpleretur, illa ſimiliter evaneſceret, & pro impleta juris diſpoſitione haberetur, per text.*in l.ſi poſt diem.5.§.item ſi qua cõditio.5.ff.quando dies legat.* ubi JC. Ulpian.ſi qua conditio, inquit, ſit quæ per legatarium non ſtat, quo minus impleatur, ſed aut per heredem, aut per ejus perſonam, in cujus perſona juſſis eſt parere conditioni, pro impleta habetur.*junct.l.in jure.161.ff.de regul.jur.* Donell. *28.commentar.c.10.*Paurmeiſter.*de jurisd.lib.1.cap.27.nu. ult.* Gœdd.
197 *conſil. Marpurg.28.nu. 258.vol.*1. Et vice verſa, cum † per eum non ſtat, per quem quid fieri debet, perinde habetur ac jam factum eſſet. *l.Labeo ſcribit ſi mihi.ff.de contrah.empt.l.ſed addes.§.fin.l.qui operas.ff. locat.l.1.C.de iis quæ ſub cert.mod.* Deci.*in d.l.in jure civili.161. de reg. jur.* Herm. Vult.1.*conſil.Marp.18.n.45.* Et niſi hoc admitteretur, facilè poſſet fraus fieri juri retractus, emendo videlicet cum tali pacto, & deinde clanculum ſolvendo pretium, quo modo fruſtrari poſſet retrahens jure ſuo, ut ex Bald. monet Tiraquell. idemq; comprobat Chaſſan.*ad conſuetud.Burgund.tit.de retract.§.10.in verb.le vendeur & achepteur.in princ.*
198 Amplia III. † concluſionem noſtram procedere, & ſi pactum tale adjectum ſit, ut dominium in emptorem non transferatur, niſi poſt mortem venditoris, quod fieri poſſe patet *ex l.1.C.ut actio ab herede.*gl.*in l.ult.in verb.accommodaverat.C.de pact.& in l.hereditas.C.de pact.convent.* Tiraquell.*hic §.1.gl.*10.*n.118.*ubi dicit ſe tres aut quatuor ſimiles venditiones factas vidiſſe. Quia tamen ſemper retrahens ſuccedit in jus & pacta emptoris, non aliter quàm eodem onere retrahere poterit, per ea quæ ſupra quæſt.5. latius adducta ſunt.
199 Amplia IV. Quod † agentibus etiam proximioribus intra tempus vel ceſſantibus vel negligentibus agere, tempus nihilominus aliis remotioribus cognatis currat; cùm & ipſis remotioribus intra id tempus agendi ſit facultas, non minus quàm proximioribus, quam-

quamvis ab his illi excludi poſſint,ſi agere velint, ut in ſimilibus ferè
terminis habemus text. *in l.intra quatuor, in princ, ibi* : Poſt quatuor
annos ſecundo delatori venienti, prior nunciatio, quo minus tem-
poris præſciptione ſummoveatur,non proderit.*ff.de diverſ.& tempo-
rar.præſcript.*Quem textum ita ſummavit Zaſ.*ibid.*Primo delatore in-
tra tempora deſiſtente,completo quadriennio ſecundum delatorem
non ad admitti. Tiraquell.ſcribit *hic d.gl.*10.*num. 62. & ſeq.* Balthaſ.
Benedell.*in tract.de jure prothomiſ.ad §. verum ſi infra, nu.6.* ubi dicit
hoc procedere,licet res ſubjecta retractui interim per mille manus
ambulaverit, ne aliâs tempus calliditatibus hominum in infinitum
extenderetur,eleganter Anton. Gomez. *in comment. ad l. Tauri. 70.
cum 5.ſeqq.nu.*21.*v.item quæro.fol.536.*Marc.Mant. *de jur.protimiſ.nu.*
50.*& ſeq.*ubi tradunt, † remotiorem adire poſſe judicem, & petere 200
ut præfigat proximiori tempus,intra quod agat,vel eum ad agendum
& retrahendum admittat.arg. *l. manifeſtiſſimi.* §.*ſed quærebatur. C. de
furt.l.diffamari.C.de ingen.item arg.l. 1. ff.de curat. bon. dand. l. 4. ff.de
bon.auct.jud.poſſ.l.ſi quis inſtituatur.ff.de hered.Inſtit.* An verò,ſi ſemel
res patrimonii vel generis vendatur, & à proximiori conſanguineo
non retrahatur, poſtea nihilominus retrahi poſſit ? Vide omninò
Anton.Gomez *in comment.ad l. Tauri.70.cum 5.ſeqq.n.24. fol.537.*

Ex hac ampliatione decidi poſſet ille caſus,qui nuper hic in fa-
cti contingentia accidit.ubi † patre mortuo, qui rem à conſangui- 201
neo venditam retrahere potuiſſet, liberi poſteà ſe ad retrahendum
obtulerunt. Si enim intra tempora retractus pater mortuus fuiſſet,
liberi intra id admitterentur,vel ſi pupilli fuiſſent, tempus reſiduum
illis durante pupillari ætate planè non curreret. *l. ſicut in rem 3. C. de
præſcript.30.annor.*Sed minores ad reſiduum reſtitui poſſent, per ea
quæ ſupra ſuo loco adduximus : Si verò tempus Retractui præfini-
tum patre adhuc vivo effluxiſſet,& is annum & diem poſt venditio-
nem ſupervixiſſet, liberi tunc patre proximiore intra tempus non
agente, ſemel excluſi, cenſerentur excluſi perpetuò argum. *l. filius-
famil.*114.§.*cum erit rogatus.ff.de legat.*1. cùm tempus legale hoc caſu
ſit peremptorium. Et quamvis ex juris ſubtilitate aliud forte deduci
poſſe,videri cuipiam poſſet, tamen quia hoc admiſſo multa ſeque-
rentur abſurda,poſt 10. vel etiam plures annos ſub prætextu pupil-
laris vel minoris ætatis, cùm proximiores vel parentes eorum intra

legitima tèmpora non egerint, liberis retractum poſtulantibus, contra publicam utilitatem rerum dominia in incerto conſtituerentur, emptoribus ſemper trepidè cum metu revocationis rem bonâ fide emptam poſſidentibus, nec eam ita ut irrevocabiliter ſuam colentibus, ut litium inde profluentium farraginem & immortalitatem taceamus: Ideò magis eſt, reſtitutionem in integrum ceu poſt feſtum inſtitutam ad revocandam venditionem hoc caſu non competere: Debet enim licitum ita coarctari, ut illicitum & inconveniens in
202 Repub. evitetur. *arg. l. tutor. ff. de ſuſpect.* Omnia † namque honeſta & utilia videntur, tantiſper dum uſus eorum rectus eſt: quo depravato, eandem turpia habentur & inutilia, inquit Dionyſ. Halicarnaſſ. *antiquit. Roman. lib. 5. in fin.* Cunctaq; juris beneficia ad ædificatio-
203 nem, non ad deſtructionem tendere debent, ita ut publica † utilitas ſemper præponderet his, quæ privatim quibusdam utilia cenſeri poſſent. *c. 1. in pr. 2. Feud. 52. & c. 1. ibid. tit. 55.* quò pertinet illud L. 12. tabb. decretum: Salus populi ſuprema lex eſto.

204 Extende hanc Ampliat. † procedere, etiamſi proximior, qui intra annum & diem retrahere voluit, eo poſtea elapſo juri retractus renunciet, quia tunc remotior non amplius erit admittendus, ne ſemper ita uno poſt alium recedente vel ceſſante, tempus hoc anni & diei in infinitum protrahatur, ac de uno in alium prorogetur, & emptor ita in perpetua rei emptæ incertitudine conſtituatur.
205 Infinitatem † namq; jura noſtra nauſeant. text. *in l. ſi ſe non. 4. §. aut prætor, ibi: ratio exigẽdæ pecuniæ hæc fuit, quod noluit prætor, obligationes ex obligationibus fieri. ff. de re judic. junct. l. à Divo Pio. 15. §. ſed ſi emptor. ff. de re jud.* Eademq; ratione hîc erit accipiendus annus, nec ex anno
206 fiant anni, & ex tempore finito infinitum, neve ex lite † lites succreſcant & pullulent. *l. fratris. 10. C. de transact. l. 2. C. de re judic. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ.* Covarr. *pract. quæſt. c. 23. n. 6.* Herculan. *in tract. de attentat. c. 2. nu. 3.* Cephal. *in l. ſi curator. verb. ſua. num. 37. C. de reſtitut. in integr.* Seraphin. *in tract. de privileg. juram. priv. 33. nu. 142.* Cacheran. *deciſ. 22. num. 8.*

207 Limita hanc Ampliat. † & extenſionem non procedere, ſi forte proximior colludat cum emptore, & per colluſionem retractui renunciet & prævaricando tempus labi ſinat: tunc enim remo-
208 tiori exinde nullum fiet præjudicium; quia alterius † colluſione non

debet

debet alteri jus ſuum corrumpi [illegible] *l. 5. ff. de liber. cauſ.* ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, *text. in l. ul. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* neve quis † fructum accipiat ſuæ calliditatis. *l. penult. C de* 209
leg. II. aut doli ſui præmium ferat. *l. ita demum. ff. de arbitr. junct. l. cum qui. §. in popularibus ibi: Si non per colluſionem actum ſit, ff. de jurejur. junct. d. l. intra quatuor (ad hanc rem valde accommoda) in pr. ff. de divers. & tempor. præſcript.* Ejuſmodi † enim colluſio dolus eſt. *l. & ele-* 210
ganter. §. penult. ff. de dol. Cothman. *conſil. 1. n. 342. vol. 1.* Et ita decidit Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. tit. de retract. §. 1. ad verb. le plus prochain. n. 9. & §. 2. n. 1.* ubi vide omninò, Confer etiam Tiraquell. *hic d. §. 10. nu. 121. & ſeq.* ubi etiam dicit, idem tenendum, ſi conſanguineus non renunciavit, ſed per colluſionem paſſus fuit in judicio ſe vinci ab emptore.

Amplia V. † juxta contenta noſtræ concluſionis, tempus hoc 211
à die venditionis perfectæ currere, quamvis emptor retrahere volenti & denuncianti dicat & reſpondeat: Venias quandocunque, vel toties, quoties volueris, ego te libenter admittam. Nam per ejusmodi verba generalia emptor non cenſetur renunciare voluiſſe præſcriptioni legali, ſed potius hoc intendiſſe, ut intra legitima retractus tempora veniret toties quoties vellet. arg *l. ſi decem. 48. ff. de verb. oblig. l. Titia heredis. 85 ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi quis vina. 4. §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. l. qui bona fide. 13. §. fin. de dam. infect.* cùm nemo † præſumatur velle jactare ſuum. *l. cum de indebito. 25. ff. de* 212
probat. Afflict. *deciſ. 13. n. 14.* ſed † potius quiſque ſe conformare vo- 213
luiſſe ſtatuto & conſuetudini loci. *d l. ſi quis vina. §. fin. & d. l. qui bona fide. §. fin.* Verba namque † utcunque generaliter & indefinitè pro- 214
lata ſemper civiliter accipienda, ut quædam in ſermone tacitè excepta videantur, inquit JC. *in l. ſi cui ſimplicis. 9. ff. de ſervitut. junct. l. ergo. 5. in verb. non ultra poſſe, ff. de ſervit. ruſt. præd.* Quæ † autem civili intel- 215
lectu, hoc eſt juxta diſpoſitionem legis, ſtatuti, vel conſuetudinis, cui ſemper in dubio nos conformare voluiſſe cenſemur, tacitè inſunt, habentur pro expreſſis. *l. cum quid,* ubi Bart. *ff. ſi cert. pet.* Matth. de Afflict. *deciſ. 2. num. 5.* Cui accedit quod ea † quæ ſpeciali jure & æ- 216
quitate conceſſa ſunt, per verba quantumcunque generalia vel etiam univerſalia non excludantur, ſed ſpecialem expreſſionem & derogationem deſiderant. Jaſ. *in l. poſtquam lib. num. 14. & ſeqq. C. de pact.*

Alexand. Raudenſ. *de analog. cap. 22. num. 66.* Hoc autem ſpeciali legis ſeu ſtatuti proviſione datum eſt emptori, ut non niſi intra annum vel aliud præfinitum tempus, à retrahente inquietari & conveniri poſſit, ideoq; non tam facilè generali iſtâ oblatione ei juri renunciare voluiſſe credendus erit. Ubicunque † enim alia conjectura
217 ſumi poteſt, ſemper ea facienda eſt interpretatio, per quam excluditur renunciatio. Jaſ. *in l. ult. num. 58. verſ. ſecundò limita. ff. de conſtit. Princip.* Deci. *conſil. 460. num. 6. 7. & conſil. 495. num. 19.* Pruckman.
218 *conſil. 8. nu. 97. & nu. 231.* & dicit Imola *conſil. 49.* Quod ſi verba † poſſunt alium ſenſum congruum habere, non debent intelligi quod contineant renunciationem. Joh. Petr. Surd. *conſil. 431. num. 21.* Hæc
219 autem verba: † *Venias toties, quoties volueris, &c.* poſſunt habere hunc ſenſum ſatis congruum, legalem & civilem, ut intellectum habeant hunc: ut retrahens veniat toties quoties voluerit, intra tamen tempus à lege vel ſtatuto retrahenti præſcriptum, ut cenſeatur excluſa infinitas. *l. ſi quis vina. §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend. cum ſimilibus*
220 *ſupra allegat.* Secus tamen † eſſet, ſi expreſsè & ſpecificè aliud actum appareret, Confer in terminis Tiraquell. *hic §. 1. gloſſ. 10. nu. 33. & ſeq. & de Retract. convent. §. 1. gloſſ. num. 10. & aliquot ſeqq.* Berlich. *part. 2. concluſ. 2. n.* 88.

221 Limita I. concluſionem noſtram V. † uti & præmiſſas modò Ampliationes, non procedere in venditione ſub conditione contracta; quia tunc non à tempore venditionis celebratæ, ſed à die conditionis exiſtentis contractus perfectus cenſetur, & tunc demum currere hoc tempus incipit, per ea quæ tradit Bald. de Peruſin. *de jur. protimiſ. nu.* 14. Balthaſar Benedell, *in tract. de jur. prothomiſ. ad §. ſcriptum eſt. n. 13.* Anton Gomez *in comment. ad l. Tauri. 70. cum. 5 ſeqq. n. 21. fol. 536.* Et hanc ſententiam veriorem, ac in judicando & conſulendo tenendam, ſcribit Johann. Guttierez *pract. quaſt. 153. num. 2. 3. lib.* 2. Didac. Covarruv. 3. *variar. reſolut. c. 11. num.* 1. ubi ſimiliter veriorem & receptiorem eam prædicat. Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. pract. 40. n. 19.* Matth. de Afflict. *de jur. protim. §. licet enim. ſupra ſub n. 31.* latè Tiraquell. *d. gloſſ. 10. nu. 47.* Carol. Molin. *in conſuetud. Par. tſ. § 13. gloſſ.* 10. *n. 2. v. ſi enim venditio ſit concluſa, ſed ſub conditione ſuſpenſiva fruſtra pendente conditione denunciatur; quia nondũ ortũ eſt jus re-*
222 *tractus.* Et hæc ſententia multis firmatur juris textibus, † in ſimilibus termi-

terminis conſtitutis. *l.1.§.annus.ff.quand. de pecul. act. annal.* ubi JC. Ulpianus ita ſcribit. Annus autem utilis computabitur: & ideò ſi conditionalis ſit obligatio, Julianus ſcripſit ex eo computandum an̄um, non ex quo emancipatus eſt, ſed ex quo peti potuit conditione exiſtente. *l. tali facta ſtipulatione. 48. ff. de jur. dot. l. Cajus. 16. in fin. junct. l. pen. §.1. ff. de excuſat. l. bovem. 43. §. ſi ſub condit. 9.* ubi ante conditionis exiſtentiam emptio non dicitur perfecta. *ff. de ædilit. edict.* Et eſt opti. text. *in l. cum notiſſimi. §. aliud autem. 4. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* ubi Juſtinian. Imperat. Illud, inquit, pluſquam manifeſtum eſt, quod in omnibus contractibus, in quibus ſub aliqua conditione vel ſub die certa, &c. promiſſiones vel pacta ponuntur, poſt conditionis exitum, vel poſt inſtitutæ diei certum vel incertum lapſum, præſcriptiones initium accipiunt. Et ſimiliter JC. Paulus, ſi, inquit, ſub conditione emptio facta ſit: pendente conditione emptor non uſucapit. *l. pro emptor. l. hac venditio. 7. in princ. ff. de contrah. empt. l. ult. §. ſin autem. C. commun. de legat.*

Pro ratione dubitandi occurrunt I. alii juris textus † in quibus 223
diſponitur expreſsè, quod in contractibus conditionalibus inſpiciendum tempus contractus, non verò conditionis exiſtentis. *l. ſi filiusfamil. 78. in princ.* ubi JC. Paulus, ſi filiusfam. inquit, ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde exiterit conditio, patri actio competit; quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus. *ff. de verb. oblig. junct. l. fin. ff. de ſtipulat. ſervor. l. quæ legata. 18. & ſeq. ff. de reg. jur.* Bart. *ad d. l. ſi filiusfamil. & l. ſi rem meam. ff. de verb. oblig.* Quia contractuum † continuus eſt actus & ſtatim perficitur. 224
l. continuus. 137. ff. eod. tit. nec ejus † ſtatus mutatur ex poſt facto. 225
l. inſulã. 127. eod. tit. Giphan. *in Lectur. Altorph. ad l. ſi rẽ meã. 31. n. 6. & d. l. ſi filiusfam. 78. n. 8. ff. eod. tit.* Zaſ. *ibi.* Indeq; cui † ſub conditione de- 226
betur, etiam creditor rectè dicitur. *l. creditor. 10. ff. de verb. ſignific at.* Sic & venditio † conditionalis ſtatim eſt perfecta, antequam exti- 227
terit conditio, ut eſt text. *in l. neceſſario. 8. §. ſi ita res ff. de peric. & comm. rei vend.* Adeò ut ita ſub † conditione celebrato contractu, nõ liceat 228
alteri contrahentium invito altero pœnitere & ab eo diſcedere, ut dicit gl. *ibid. l. hac venditio. in princ. ff. de contrah. empt. l. fin. §. ſin autẽ avaritiæ. cum auth. ibi poſita. C. commun. de leg. u.* Roland. à Valle *conſ. 63. n. 7. & ſeq. vol. 4.* Surd. *conſ. 38. nu. 9.* qui hoc pulchrè declarant. Huc

etiam

229 etiam facit text. *in l.1.§.biduum.ff.quando appelland.* ubi fatalia † ſentẽtiæ conditionalis ſtatim currunt, non exſpectato conditionis die & eventu. *junct.c.biduum.in pr.2.q.6.* alias etiam dubitandi rationes vid. apud Gutierez *pract.quæſt.153.n.1.2.lib.2.ad quas tamen reſpondet n.4.*

Pro ratione decidendi ponderandæ leges ad ipſam limitatio-
230 nem adductæ, & ulterius tenendum, quod conditio † nihil aliud ſit quàm caſus vel eventus, in quem diſpoſitio confertur vel refertur. *§. ſub cõditione. Inſtit.de ver.oblig.l.8.l.9.l.10.l.ita ſtipulatus fuero.ff.eod.l.ũ. §.ſin autem aliquid.& §.fin.C.de caduc.tollend l.4.ff. de condition. Inſtit. cum ſimilib.allegat.* à Joh. Gœdd. *de contrah. ſtipulat. c.8. concl. 8. & 9. nu.130.& nu.144.* Bart. *in l.1.nu.1.de condit. & demonſtr.* Alciat. *in l. ſtichum.nu.9.in verſ.uti quiſq; legaſſet.de legat.*1. ubi dicit communem. Curt.Jun. *conſ.276.num.38.* add. Donell. *8. Commentar. cap.14.& 15.*
231 *Comment. 15.* cujus natura † eſt accedere futuræ, non autem factæ diſpoſitioni inquit Carol.Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ.§.13.gl.7.n.2.*
232 Ideoq; nihil † ponit ineſſe. *l.cedere diem.ff.de verb.ſign ibidemq;* Alciat. *nu.12.in princ.* Jaſ. *ad l.2.nu. 22. C.ſi contra jus vel utilit. publ.* Decian. *conſ.3.nu.43.vol.1.* Turret. *conſ.44.num.9.lib.5.* Pariſ. *conſ. 47.num.11. lib.*1. Roland.à Valle *conſ.29 nu.16.vol.4.* Maur, Burg. *in tract. de laudem p.3.inſp.40.nu.60.* Weſenbec. *conſil. 15. num. 34.* Valent. Forſter.
233 *conſil. Marp.8.num.13.vol.1.* Actusq; † conditione perfici dicitur, per text. in his noſtris terminis *in l.hac venditio.7.in pr.ibi : Conditionales venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio,ff.de contrah. empt.l.bovem.43.§ ſi ſub conditione.9. in v. ante conditionẽ nõdũ perfecta emptio,ff.de ædilit.edict.* Honded. *conſil.63.nu.102.vol.1.* Et quæ ſunt in
234 conditione, non ſunt in diſpoſitione; quia † natura conditionis eſt, ut prius impleatur, antequam effectus aliquis oriatur. *l. ſi poſt diem. §. ſed hi ff.quand.dies legat.ced.l.Thais puella §.Stichus & Damaſ.ff. de fideicom.libertatibus.* Geil. *2.obſer.132.n.3.& n.4.* ubi dicit, quod condi-
235 tio habeatur pro cauſa: deficiente † ergò conditione deficit & obligatio, perindeq; habetur ac ſi ab initio facta non fuiſſet. *per l. proind.8.& l.pecuniam.ff.ſi cert.pet.d.l.neceſſario.§.ſi pendente. ff.de peric.& comm.rei vend.* Marcian. *conſ.48.n.17.* Cephal. *conſ.254.n.11.* Menoch. Rim.& Socin. in locis allegatis per Turret. *conſ. 44. n. 10. lib.5.* quia paria † ſunt non fieri vel fieri ſub conditione, quæ non purificetur. Cephal. *conſil.56.num.2.* Curt.Jun. *conſil.92.num.6.* Forſter. *d.conſil. 8. num.13.*

nu.13. Franciſc. Mantica *de conjectur. ult. voluntat. tit. 16. nu. 26.* Honded. *conſ. 60. nu. 15. v. 1.* Rimin. Jun. *conſ. 171. num. 19. & conſ. 192. num. 23. lib. 2.* Vultei *conſil. Marpurg. 15. nu. 282* & Philip. Matth. *ibid. conſil. 21. num. 51. & 52. vol. 1.* Geil. *d. obſerv. 132. n. 3. & obſ. 136. n.* 18. Eſt enim † conditio addita contractui lex ſive pactio, quâ formatur contra- 237
ctus, inquit Jac. Cujac. *ad l. 4. in fin ff. de pact.* quia conditio † impor- 238
tat formam. Jaſ. *in l. Gallus. §. quidam. nu. 2. ff. de lib. & poſthum.* Cavalcan *in Indice lib. 1. ſuarum deciſ. in ver. condit. importat.* Tiraq. *de utroq; retract. §. 1 gloſſ. 21. num. 13.* Bolognet. *conſ. 10. num.* 14. Franciſc. Becc. *conſ. 39. num. 19. & conſ. 58. num. 18.* Natta *conſ. 430. num.* 19. Nevizan. *conſ. 50. num. 14.* Surd. *conſ. 186. num. 18. lib. 2.* Honded. *conſ. 60. nu.* 26. *v. 1.* Forma † autem ad unguem debet impleri. *l.* 1. ubi Alex. & alii. 239
ff. de lib. & poſthum. Cacheran *deciſ 165. n. 4. & ibi allegati.* Natta *d. conſ.* 430. *nu. 16.* Cumia *in comment. ſuper ritu iſtius Regni. cap. 16. n. 29.* idq; in ſpecie de conditione † quod debeat adimpleri ſpecificè, præcisè 240
& ad unguem, nec ſufficiat id fieri per æquipollens, prodant Bart. & alii *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthum.* & ibi præcipuè Jaſ. *n. 10. &* 18. Crot. *nu. 20.* Ruin. *num. 16. & 18.* Galiaula *num. 19. cum ſeqq.* Garzia *nu. 62.* Bolognet. *num. 84.* Alex. *conſ. 1. num.* 11. *in fin. v.* 1. Dec. *conſ. 64. nu. 6. lib. 2.* Pedroch. *conſ. 39. num. 57. v. 2.* Becc. *conſ. 41. num. 27.* Bolognet. *conſ. 10. num. 9.* Crot. *conſ. 4. nu. 17. & 34.* Franciſc. à Ponte *conſ. 5. num. 56.* Rim. Jun. *conſ. 315. num. 60. lib. 4.* Natta *conſil. 430. num. 16. lib. 2. & conſ. 624. num. 4.* Marcian. *conſ. 43. num. 3. & conſil. 48. nu. 19.* Brun à Sole *in compend. reſol. prop. jur. in verb. conditiones debent.* Rhedoan *in tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 23. num. 56.* Hiſce ita præmiſſis ad l. oppoſitam. *ſi filiusfamil. 78. de verb. oblig. cum ſimilib.* (omiſſis quæ Bartol. & alii magis implicando quàm explicando ad illam legem ſcripſerunt) brevibus reſpondemus. Reſpectu cauſæ † efficientis, videlicet contrahentium, item materiæ, ſeu rei in con- 241
tractum deductæ & formæ, vel ſolennitatis legalis inſpiciendum eſſe initium, ſeu tempus contractus; Nam ex † primordio tituli poſte- 242
rior formatur eventus. *l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript.* & initium † 243
quod in omni ſpectamus actu, totum moderari ſolet negotium. *l. ſi filiusfam. 3. in fin. C. ad Senatuscõſ. Macedon. l. ſi procuratorem. 8. in princ. ff. mandat.* Zaſ. *1. conſ. 5. n. 96.* Cravett. *conſ. 1000. n. 33.* Weſenb. *conſ. 4. num. 15. & ſeq.* Ideoq; qualis † ab initio contractus ſub conditione 244

præparatus & conceptus eſt, talis etiam eâ adveniente exiſtit: adeò ut ſi ab initio ratione efficientis, materiæ vel formæ nullus & inutilis eſſet, nec conditionis adventu firmaretur, eaq; fruſtrà expectare-
245 tur, per regulam, quod † ab initio vitioſum vel nullum eſt, tractu temporis non convaleſcit. *l. quod initio 29.* & quæ ibi notanter exemplificando per multos caſus ſcripſit Deci. *n. 1. & aliquot ſeqq. ff. de re-*
246 *gul. jur* Reſpectu verò † obligationis, indeq; provenientis actionis effectum & robur; eam in ſuſpenſo manere, & quaſi ſub cineribus ſepultam latere, donec conditio adjecta exiſtat. Confer Johann. Coraſ. *ad l. ſi rem meam. 31. ff. de verb. oblig.* Pac. *cent. 7. quæſt. 36.* Cujac.
247 *25. obſerv. 19.* Et hoc intuitu certum eſt, in conditionalibus † diſpoſitionibus ſpectari præciſè tempus evenientis conditionis per ll. ſupra ad hanc rem allegatas. Honded. *conſil. 63. num.* 102. *vol.* 1. *junct. conſil. 18. nu. 42. vol.* 2. Aut. Fab. *in conſult. de Ducat. Montisfer. pag. 184.*
248 quia ante † ejus exiſtentiam neque obligatio perfecta neque actio, ſed ſpes tantum eſt debitum iri, inquit Imperat. Juſtinian. *in §. ſub conditione*, ubi Joh. Fab. Schneidw. in. Borcholt. & alii *inſtit. de verbor.*
249 *oblig.* & JC. Cajus † appellat ſpem obligationis. *l. in quantitate. §. ma-*
250 *gn. 1. ff. ad L. Falcid.* Et Ulpian. ſpem † actionis. *l. conditionales. ff. de verſignific.* ubi dicit creditorem conditionalem eſſe, qui ſpem habet, ut
251 actio competat. Unde etiam † conditione pendente nullum jus dicitur acquiſitum parti. *l. ſi quis ſub conditione dandorum. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Turret. *conſ. 67. num. 127. & conſ. 70. nu. 35. & conſ. 84. nu.*
252 *13. lib. 2.* Ita ut qui † agit ante eventum conditionis, malè agere dicatur & ſit repellendus à limite judicii. *l. hac venditio. in princ. ff. de contr. empt.* Natta *conſ. 269. nu. 1. lib* 2. Cumia *ſuper ritu iſtius regni. c. 16. n. 3.*
253 quia, ut ſupra diximus, pendente † conditione ceſſat omnis obligatio. *c. fin. de ſponſal. in 6.* Gozad. *conſ. 1. nu. 40.* Franciſc. Monald. *conſil.*
254 *80. num. 17. vol.* 1. & conſequenter † nulla competere poteſt actio. *l. neceſſario §. quod ſi pendente. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* Cumia *d. c. 16. nu. 45.* Natta *d. conſ. 169. num.* 1. Bald. *in l. ſi prædium. num. 8. C. de adil. edict.* Curt. Jun. *conſ. 82. nu. 5.* Cephal. *conſ. 311. num. 7.* Crot. *conſil. 93. n. 19. lib. 1.* Menoch. *conſ. 60. num. 48. lib.* 1. Turret. *conſ. 70. num. 36. & conſ. 84. num. 13. lib. 2.* Tiraq. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 2. nu. 21.*
255 *& gloſſ. 10. num. 50.* Viv. *deciſ. 359. num.* 3. ut ſic planè † agi non poſſit ex conditionali promiſſione, niſi prius adimpleatur conditio ipſa.

Legata

Digitized by Google

l.ligata.ff.de condit.& demonſtr. Cephal.*conſil.*207.*nu.*51.*lib.*2.Rimin. Jun *conſil.*319.*num.*59. Turret.*conſil.*44 *num.*32 *lib.*2. Neque ullus † 256
effectus ſequitur diſpoſitionem, niſi poſt impletam conditionem. Matth.de Afflict.*in c.un* §.*ſi quis per* 30.*annos, in* 3. *notab.ſi de Feud.defunct.ſit controv.int.dom.& agnat.* Guid. Pap.*deciſ.* 126.*in ſecund. dub.* Et ſi conditio † contractui adjecta non exiſtat, vel deficiat, conſen- 257
ſus ſub ea præſtitus planè evaneſcat, & perinde habeatur, ac ſi nunquam factus fuiſſet.*l.*1.*l.*2.*l.in teſtamento.*31.*& paſſim.ff.de cond. & demonſtrat.*Ferdinan. Vaſq.*de ſucceſſ.creat.lib.*2.§.18.*ſub n.* 69. Ant.Fab. *in Cod.rer.in Sabaud judicat.lib.*2.*tit.*3.*defin.nu.*10.*&* 11. Cravet.*conſil.* 678.*n.*4.*& conſ.*935.*num.*1.Paul.de Caſtro & Aretin *in l. qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hered.*Bald.*in l.pactum quod dotali C.de collat.& in l.fin. C.de pact.*Marcian.*conſ.*78 *n.*46. qui pariter ſcribunt, quod conditione non impletâ, promiſſio habeatur pro non facta, extincta & annullata. Breviter itaque † recolligendo priora dicimus, in con- 258
tractibus conditionalibus, quoad actum primum ſeu aptitudinem conceptæ & præparatæ ſub conditione obligationis certæ, quæ tamen in ſpe dicitur obligatio, quamdiu pendet conditio, inſpiciendum eſſe tempus contractus: Quoad actum verò ſecundum, ſeu plenarium effectum obligationis & inde formandæ actionis, ejusq; præſcriptionis, inſpiciendum erit tempus evenientis conditionis: ita tamen ut conditio † poſteà exiſtens retrotrahatur ad tempus cō- 259
tractus, & juris fictione perinde habetur, ac ſi ſtatim fuiſſet impleta, vel nunquam adjecta.*l.potior.*§.1.*ff.qui potior.in pign.junct.oppoſ.l.ſi filiusfamil.* 78.*in princ.* ibiq; notat. Cujac. Udalric. Zaſ.*num.* 8.*ff. de verb.obligat.*Alciat.*ad l.creditores.*10.§.*ſub conditione.num.*8 *ff.de verb. ſign.*Giphan.*ad l.quæ legata.*18.*n.*7.*ff.de reg.jur.*Ant.Fab.*in Cod. rer.in Sabaud.judic.lib.*3.*tit.*1.*defin.*14.*num.*3.*& n.*6. ubi dicit, quod condi-
tio † hoc intuitu ſemper nihil ſit & antequam impleatur, & poſtquā 260
impleta eſt, per tradita *lib.*15.*conjectura.c.*6.*&* 7.*& in d conſultat.pag.* 133. ubi dicit conditionem ita retrahi, ut nullus admittat medium inhabile. Add. Paci.*d.quæſt.*36.*cent.*7. Et ita etiam accipi debet, quod ſupra ex l.127. dictum fuit, contractus ſtatum non mutari ex poſt facto: quia conditione exiſtente ſtatus ejus non mutatur, ſed retro impletur & perficitur, ac ſi ab initio eveniſſet, vel prorſus non adjecta fuiſſet. Quod itaque dictum fuit ſtipulationem † conditiona- 261

 lem

lem ex præſenti vires accipere, intellige quoad actum primum, ſeu formam præparantē aptitudinem & ſpem futuræ, non autem jam de actu ſecundo exiſtentis obligationis ſeu actionis præparatæ & formatæ. Secundò reſpondetur, etiamſi quoad diſpoſitionem actus conditionalis prædicto modo inſpiciamus tempus contractus; quia tamen ante conditionis exiſtentiam neque obligatio cum effectu, neque actio nota dicitur, ideoque nec præſcriptionis tempus curre-
262 re poterit. Nam in his, quæ † ex futuro pendent eventu, vel facto alterius, tempus non currit pendente eventu. *l.3.§.ſi quis heredi.ff. de ſtat.liber.l.ſi cui.ff.de legat.3.& l.ſi rem.§.ult.ff.de pignor.act.*Socin.*conſ. 76.viſa facti contingentia.col.4. v.confirmatur alia bona ratione. lib. 2.*
263 Cum regula ſit expedita, quod † non valenti agere non currat præſcriptio.*l.1.§.ne autem.C.de annal.præſcript.Ital. contract. toll. l. 1.ff. de diverſ.& tempor.præſcript.*Geil.1.*obſ.140.n.6.&* 2.*obſ.60.nu.3.* Et ubi
264 non † eſt obligatio, ibi nec reſolutio.*d.l.bovem.§.ſi ſub conditione.ff.de*
265 *ædilit.*ſimiliq; ratione, ubi non eſt † contractus perfectus, & omnibus numeris abſolutus, ibi etiam non poteſt eſſe retractus, niſi fortè proximior oblato pretio vellet ſubire onus conditionis poteſtativæ ſeu mixtæ, per tradita Petr.Gregor.*in ſyntagm. jur.lib.26.cap.3. circ.fin.*
266 Quantum verò ad oppoſitum textum † *in d.l.neceſſario.§.ſi ita res.ff. de peric.& com.rei vend.* attinet, illa non loquitur de conditione ſuſpenſiva futuri eventus, ſed præteriti, qua de re vid. quæ ſupra ſuo loco dicta ſunt.

Non multum obeſt, quod inter alia adductum fuit, videlicet conditionali venditione celebratâ, non eſſe fas alteri, invito altero ante conditionis eventum pœnitere; quod ipſum arguit contractus
267 perfectionem; quia † contractus ab initio voluntatis, ex poſt facto verò neceſſitatis.*§.mandatum non ſuſcipere.Inſtit.de Mandat.l.ſicut.C.*
268 *de action.& oblig.* Nam ad hoc reſpondemus † emptionem venditionem non uno modo dici perfectam; Prima quoad conventionem ipſam, ſimulatq; de pretio convenerit, ſive hoc fiat purè ſive ſub cōditione, quâ ratione contractus emptionis ita perficitur, ut am-
269 plius pœnitere non liceat.*d.l.ſicut.C.de action.& obligat.* Secunda † perfectio dicitur, quoad obligationis effectum purum & præciſum, quæ etiam rei periculum ante traditionem ad emptorem transfert. *ll.neceſſario.ff.de peric.& commod.rei vēd.l.vēditor domus.ff.de act.ēpt.l.*

1.C.de

Digitized by Google

C.de peric.& commod.rei vend.§. cùm autem. Inſtit. de empt. Tertiò † 270
perfici dicitur emptio venditio, ſi conventione de re & pretio certo factâ, etiam ipſa rei traditio inſecuta ſit. *l. 1. l. 2. C.quand. lic. ab empt. diſced* quæ dicitur poſtrema & finalis perfectio, ut dicit Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. de retract. rubr. 10. §. 5. nu. 6.* Et ita etiam explicat Matth. de Afflict. *de jur. protim. §. ut intra 30. dies. n. 7.* Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. §. 13. gloſſ. 10 n. 2.* Erneſt. Cothman. 1. *conſil. 4. n. 3. & ſeqq.* Venditione itaq; ſub conditione celebratâ, etiam ante ejus exiſtentiam perfecta dicitur emptio venditio, ad effectum, ne alterutri fas ſit pœnitere; quia nihil † magis congruit fidei humanæ quàm ea 271
quæ ſemel placuerunt cuſtodire. *l. 1. ff. de pact. l. 1. de conſtit. pec. c. quod ſemel placuit. de reg. jur.* Atqui mutuo contrahentium conſenſu placuit ſub conditionis certæ eventu, contractum fieri, eumq; expectare, ideoq; ab hiſce conventionis pactis, alterâ parte invitâ recedere non licebit. *l. 1. l. 7. ff. de pact. l. legem. l. pacta noviſſima. l. pactum quod bona fide. C. eod. tit.* cum nemo † poſſit mutare conſilium in alterius de- 272
trimentum. *l. nemo poteſt. de reg. jur.* Neque moramur denique quæ ultimò adducta ſunt, de curſu fatalium ſententiæ conditionalis; quia † 273
licet judex ſententiam conditionalem ferre non debeat, ut eſt text. *in d. c. biduum. 2. q. 6.* Si tamen talem proferat, ſtatim incipit gravare partem, ideoq; etiam ſtatim incipit currere tempus fatale appellationis, qua de re vid. Tiraq. *hic d. gloſſ. 10. n. 51. & ſeqq.* ubi variè reſpondet ad hoc argumentum.

Sublimita hanc limitationem † non ſubſiſtere, ſi ante condi- 274
tionis adjectæ exiſtentiam, res vendita tradatur emptori; tunc enim per traditionem, quæ eſt ultima venditionis perfectio, purificatur contractus & dominium transfertur. *l. dotis fructus. §. ult. & l. ſeq. ff. de jur. dot.* Ideoq; & tempus hoc currere incipiet, modò traditionem retrahens non ignoraverit, tunc enim à die demum ſcientiæ currit. Guid. Pap. *deciſ. 257. nu. 2.* Confer Tiraquell. *hic § 1. gloſſ. 2 num. 30. & ſeqq. & gloſſ. 10. n 55. & ſeq.* Paul. Chriſtin *deciſ. Cur. Belg. vol. 1. deciſſ. 281. num. 23. 24.* Concord. Ordinat. Solmenſ. † part. 2. tit. 12. §. 275
Nachdem ſich auch bißweilen zuträgt / ꝛc. pen. verſ. Würde aber der Verkäuffer das verkaufft Gut dem Kauffer nicht einraumen / ſondern noch in ſeinem Beſitz als ſeine Verſicherung ꝛc / biß die Condition erfüllet / oder die Zielalle verrichtet und bezahlet ſeyn / behalten / ſo

ſoll die Zeit deß Abtriebs alsdann erſt nach beſchehener tradition vnd Lifferung deß verkaufften Guts / aber nicht nach dem geſchehenen Verkauff angerechnet werden / hoc eſt, venditâ re emptori necdum traditâ, ſed adhuc à venditore, donec conditio impleatur, & integrum ſolvatur, poſſeſſa, tempus retractus poſt traditionem prędii venditi & non contractam venditionem computari. Contrarium ſtatuit Johan. Guttierez *pract. quæſt. 153. num. 4. verſ. verum hæc limitatio.* Tiraq. *lib. 2.*

276 Limitatur II. † Concluſio principalis eo caſu, quo orto retra-
ctus nomine litigio inter emptorem & conſanguineum, illoq; per
annum durante, ſententia ferretur contra emptorem, tunc enim an-
nus non incipiet currere à tempore venditionis factæ, ſed à tempo-
re finiti litigii, uti decidendo determinat Guido Papæ *deciſ. Gratia-
nop. quæſt. 257. cavetur de conſuetudine ſub n.* 1. & ibi Ferrer. *in addit. in
princ.* ubi etiam allegat Tiraquell. *hic* § *1. gloſſ. 10. num. 36.* Put. *deciſ. 50.
& deciſ. 199. lib. 2.* Cardinal. Ludoviſi. *deciſ. Rot. 451. num. 2. & ſeqq.*
Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 40. num. 17.* Quia moram non committit,
qui cognitioni juris confidit Ludov. Roman. *conſil. 204. in fin.* Ber-
277 lich *deciſ. 58. num. 2.* Et retrahens † non dicitur rem alienatam ſcire
ante exitum & eventum litis *arg. l. quamdiu. C. qui admitti ad bon. poſſ.*
278 qui † plerunq; dubius & incertus *l. quod debetur.* 51. & ibi Dd. *ff. de pe-
cul.* Ventur. de Valent. *parthen. litig. lib. 1. c. 4. n. 18.* Matth. Coler. *de pro-
ceſſ. execut. p. 1. c. 1. num.* 11. Matth. Weſenb. *conſil. 7. num. 6. p. 1.* Specul.
279 *in tit. de advocat. § nunc tractemus n.* 10. adeò ut † fortunæ cœcæ & in-
ſtabili æquiparetur *l. ſervus. 13. ff. de ſtat. homin. l. eos. 6. §. ſuper his. C. de
appellat.* Alber de Roſate & Dd. cæteri *in d. l. quod debetur.* & multos
280 † ſub juſtiſſimo etiam clypeo perire faciat, per tradita Andr. Clud.
rer. quotid. lib. 1. c. 1. nu. 13. Zoannet. *in interp. verb. de poſſeſſion. nu. 19 &
ſeqq.* Cyn. *in auth. generaliter. nu. 4 C. de Epiſcop. & Cleric.* maximè cum
281 & alioquin receptum ſit, quod † ratione incertitudinis & dubii e-
ventus multa permittantur & liceant, quæ aliâs prohibita ſunt. *l. ſi ea
pactione* 14. & ibi gloſſ. & Dd. *C. de uſur. l. ſi ea lege 17. C. eod tit.* Johan.
Andr. *in addit. ad Speculat. rubr. C. d. tit.* Bald. *conſ. 138. in princ. lib. 3.* Ti-
raq. *in repet. l. ſi unquam. verb. donatione largitus. nu. 131. & ſeqq. C. de re-
282 voc. donat.* Decian *reſp. 1. nu. 188. vol. 2.* Accedit, quod † litis non mi-
nus quàm belli juſtum impedimentum dicatur. Jacob. Menoch.
conſil.

Digitized by Google

*conſil.79.non eſt levis.nu.*18. In præſcriptione † autem tempus impedito non currit.*l.ut perfectius.C.de annal.except.* Jacob. Menoch.*conſ.38.num.35.& conſ.426.num.*44. Cujac. *lib.17.obſerv.cap.19.* Hippol. Riminald. Jun.*conſil.801. num.3.& 4.* ubi dicit hoc procedere, etiamſi † tale impedimentum cauſaretur ex culpa impediti, dum modò culpa ad id ordinata non fuerit.*arg.c. quia diverſitatem. de conceſſ. præb.*& Dd. ibi alleg. ſed quatenus † currit, pro rata impedimenti detrahitur. Franciſ. Balb.*in tract.de præſcript.in 1.part.6.part.princ.n.26.* Laur. Sylvan.*de re cognit.feud. q.49.nu.3.* eaq; non ſolùm in præſcriptione juris communis, ſed etiam in ſtatutaria, ut quæ † in illius locum ſurrogata eſt, per quàm plurimos allegatos à Riminald. *d. conſ.801.num.6.* Honded.*conſ 24.num.15.volum.1.* locum habere debent. Quamobrem hîc nulla temporis retractus cum temporibus litis pendentis commixtio locum habere poteſt, tum quia conſtat lite † pendente nihil innovandum eſſe.*l.1.ff.nil novar.appellat.pendent.l.ſive pars. C. de dilat.C.ſignificante.de appellat.* Herculan.*in tract de attentat.c.2.n.9.& c.3.n.1.* Arnold. de Reyger *in proceſſ.jud.diſput.12.theſ.3.* Robert Lancellot.*in tract.de attentat.p.2.c.7.nu.1.& ſeqq.* tum quia litigioſi † vitium inducit malam fidem & præſcriptionem interrumpit. Tiber. Decian.*reſp 24.num.20.vol.*1. Barthol. Bertazol.*conſ.civ.46 num 45.lib.*1. uſque adeò ut † pendente lite præſcriptio nulla currere poſſit, ut poſt aliquos reſpondit Decian.*reſp.64.num.33. vol.*4. tum quia generaliter verum eſt † retrahendi tempus non currere pendente lite, ut ex Tiraq. infert Surd. *deciſ. 203. num.* 12. Schrad. *de Feud.p.9.cap.7.nu.*127. etiam quando ſaltem lis eſt inchoâta citatione, quâ † omnes præſcriptiones ſtatutariæ interrumpuntur ſecundum Tiraquell. *hic* §.*8 gloſſ.2.num.1.* Matth. Weſenbec. *conſil.73.nu.69.p.*2. atque hac de cauſa ſimiliter moti videntur juris feudalis interpretes, ut ſtatuant † Vaſallo, cui onus petendæ inveſtituræ incumbit, ſi intra annum & diem propter feudum judicialiter impediretur ab aliquo, hac controverſiâ vigente & pendente, tempus inveſtituræ petendæ non currere. Matth. de Afflict.*ad cap.1.in princip. n.6.quæ fuit prima cauſ.* Schrad.*conſ.38.num.24.vol.1.& de feud.p.6.c.2.nu.23.& p.9.c.7.num.*126. ſimiliter, tempus ad faciendum ſe promoveri ad Ordines, non currit ratione beneficii obtenti, donec patitur litem ſuper titulo beneficii : & ita ſæpius dixiſſe Rot. Roman. ac

283 284 285 286 287 288 289 290 291 292

man.ac latè reſolviſſe in Toletana Canonicatus 5. Novembr. Anno 1610. Et in Aſten.tractuum,1. Junii Anno 1620. notat Oliveri.Beltramin.*in addit.ad deciſ. Ludoviſ.* 451. ſimiliter terminus probatorius ſuper puncto incidenti tunc demum non currit,ſi is qui probare debet,obtineat,ſecus ſi ſuccumbat & contra eum pronuncietur. Felin. *in c.licet cauſam.9.x.de probat.nu.18. limitat.* 14. Bald.*in l.contra majores.16.C.de in offic.teſtament.nu.*3. Matth.Berlich.*deciſ.58.nu.5*, adeoq; generaliter dum ſuper aliqua re vel caſu diſputatur, jura non permittunt,quod pendente diſceptatione partibus fiat præjudicium,ut per multa exempla deducit Robert. Lancellot.*in tract. de attentat. part.2.c.12.ampl.19.n. 4.& ſeqq & per tot.*

293 Sublimitatur hæc † limitatio *1.* niſi temerè & fortè eâ intentione ne tempus ei laberetur,conſanguineus controverſiam moverit emptori,eo enim caſu ipſi de hinc via ad jus retractus eſſet præcluſa,uti per textum *in l.cum quidam 14.ff.de bon.poſſeſſ.& l.4.ff. quod vi aut clam.* poſt Tiraquell.tradit Berlich.*d.p.2.concl.40.n.18.*

294 Extende hanc ſublimitationem, † etiam ſi quis intra tempus retractui præfinitum appellaſſet,& judex Appellationis pronunciaret,benè judicatum, malè appellatum; quia tempus intelligitur cucurriſſe,etiam durãte appellatione injuſta,ſubſecutâ ejuſmodi pronunciatione,ut ex Foron. tradit Balthaſ. Benedell. *in tractat. de jur. Protimiſ.ad §.verum intra.nu.9.per text.in l.furis,ff.de his,qui not.infam.fac.l.tutor.ff.de adminiſtr.tut.l.tutor.in princ.ff.de uſur.*

295 Lim. III. † quando tantum etiam inter emptorem & venditorem, ſuper re vendita penderet controverſia, tunc enim ſimiliter currere non poſſet interim tempus præſtitutum aliâs conſanguineo ad rem retrahendam. Tiraquell.*hic §.1.gl.10.num.36.* quem refert & ſequitur Jacob.Ferrer.*in addit.ad Guid.Pap.queſt.257. in princip.* Nicol.Boër.*deciſ.112.nu.1.in pr.*Berlich.*d.p.2.concluſ.40.num.16.* Paul. Chriſtin.*deciſ.Cur.Belg.vol.1.deciſ.281.nu.15.* dicens tamen, ſecus eſſe quoad extraneum emptorem litigantem. Ludolph. Schrader. *conſil. 36.nu.*20.*vol.*2. Et in terminis retractus vicinitatis, ſecundum hanc limitationem tenet Stephan. Gratian.*diſceptat.Forenſ. Tom.2.c.394. num.36.* Alexand.Ludoviſ.*deciſ.Rota Roman.451.num.1.ubi nu.ſeqq.* etiam de proximitate in terminis hujuſce limitationis idem firmat. Nam tempus retractus currit demũ à venditione verâ & perfectâ,

ejus-

ejuſdemq; notitia certa & plena, ut ſuo loco dictum : Quando autem lis vertitur inter emptorem & venditorem, incertum eſt, an vera & valida ſit venditio vel non. Ideò propter † talem probabilem 296
incertitudinem moræ inſimulari retrahens non poterit, prout ea, quæ reſpondit Riminald. Jun. *conſ.53.n.62.lib.*1. Bart. & Dd. *in l.3.§ incertam.ff.de acquir.poſſeſſ.& in l.quod te ff.ſi cert. petat..* cum † regulariter 297
is ſcire dicatur, qui verè & certò ſcit. *l.in totum. ibi: niſi vera & certa ſcientia ff.de reg. jur.* Hartman. Piſtor. *lib.2.p.1.q.12.nu.29.* Unde etiam eſt, quod † pendentia judicii excuſet à mora non ſolum in genere, 298
Socin. *conſ.76.n.7.lib.*1. Ludolph. Schrader. *conſ.36.n.* 20. *in fin.vol.* 1. Sed & cum ſolvenda eſt gabella etiam poſt terminum. Socin. *d.conſ. 76.num.7.* Schrad. *de Feud.p.9.c.7 num.* 127. *in fin.* quia mora † non 299
contrahitur exiſtente aliquâ juſtâ causâ, ob quam quis à moræ pœna excuſaretur. *l.qui ſine.& l.ſi quis ſolutionem.ff.de uſur.* Roman *conſ. 244.num 3.* Aretin. *conſ.149.num.9.* Alexand. *conſil.* 119. *num.5. lib.* 2. Socin. ſen. *conſ.*107. *num* 7. Bertrand. *conſil.38.lib.* 1. *& conſil.67.lib.*2. Cravett. *conſ.609.num.9.lib.*4. Curt. Jun. *conſ.28. num.*10. *& conſ.34. in fin.* Ripa *in l.quod ſe.n.55.ff ſi cert.per.*

Declara † tamen limitationem prædictam, quod licet pendente lite ſuper proximitate vel vicinitate tempus retrahendi non 300
currat, nihilominus tamen is, qui ex alterutro illo jure retrahere deſiderat, pretium rei venditæ interim legitimè deponere debeat, maximè quando proximitas vel vicinitas deducta eſt in judicium per modum exceptionis incidenter, non autem ſi principaliter, ceu in Rotâ Romanâ reſolutum fuiſſe, conſtat ex iis, quæ ex profeſſo circa hanc rem tradit Alexand. Ludoviſ. *deciſ. Sacra Rota Roman.* 470. *per tot. junctâ deciſ.451.num.3.& ſeqq. & utrobiq;* Oliver. Beltramin. *in addit.*

Conclusio VI.

Denique † non ſufficit præparatoriè eſſe factam, vel inchoa- 301
tam ſolutionem, ſed neceſſe eſt ante termini lapſum integrè & plenè factam eſſe, per jura & rationes adductas *ſupra quæſt.6.declar.*1. *ad concluſion.*1. Quando † enim pro forma, vel ſub conditione requi- 302
ritur, ut intra certum tempus aliquid fiat, non admittitur ejuſdem actus diviſio; Nam ſicut forma individua eſſe ſolet. *l. heres palam.* §. *fin.& l.ſi is qui.* & ibi Bald. *in* 1. *notab.de teſt.* Angel. Imol. & Dd. *in l.*1.

303 §.*ſed ſi mihi,de verb.oblig.*Ita etiam † conditio nullam diviſionem recipit,ſed tota adimplenda eſt,*l.qui duobus.& l.qui fundus, de condition.& demonſtr.l.fiſtulas.§.per fundum,de contrah.empt.l.ſi ita fuerit. de*
304 *manumiſſ.teſtam.*Solutam autem † pecuniam, tum accipimus quando numerata eſt creditori.*l.ſolutam.in princ.ff.de ſolut.l.4.§.ſolviſſe, de re judic.*Rebuff.*in l.ſolutionis verbo.ff.de verb.ſignif.*

305 Declara I. hanc † concluſionem procedere, ut ſufficiat ſi ultimo termini die, antequam is elabatur, integra & perfecta ſolutio fiat.*l ſi quis ſic.133.de verb.ſignif.l.1.§ ſi intra.ff.de ſucceſſor.edict.* ubi ait JCtus, quod dicimus intra dies centum bonorum poſſeſſionem peti poſſe,ita intelligendum eſſe, ut & ipſo die centeſimo peti poſſit.*l.quod quis de action.& oblig.* Et hanc generalem regulam eſſe ait Rom.*conſil.221.nu.2.* Cagnol.*in l.quoties.20.num.4.de reg.jur.* Hartman.Piſtor.*obſerv.224.nu.2.& ſeqq.*

306 Declara II. ut † oblatio & depoſitio pecuniæ pro retractu, etiam nocturno tempore fieri poſſit,per notata *in c.conſuluit,de offic.deleg.* Chaſſan.*in conſuetud. Burdegal. tit. de retract. rubr.19. de dans l'an.& jour,num.*2.Balthaſar.Benedell.*de jur.protim.ad princ. conſtit. num.159.fol.97.*

307 Limita I. † concluſionē iſtam,niſi defectus iſte ex calculi aut alio errore probabili proveniret; quia talis error probabilis obeſſe aut veritati præjudicare non poſſet.*arg.l.quamvis.32.ff.de cond.& demōſt.* Peg.*in tr.*vom Vorkauff und Einſtand.*c.16.l.un & ibi* Bart. Sichard. & alii,*C.de error.calc.* Nā ratio calculi,ſæpius ſe patitur ſupputari,atq; ideo poteſt quocunq; tempore retractari, ſi non longo tempore evaneſcat, inquit Cujac.*in paratit.C.eod tit.* Hieronym. Schurff.*conſ. 36.num.1.cent.1.* ubi id extendit uſque ad 30. annos, ſecund. gl. *in l. calculi.ff.de adminiſt.rer.ad civit.pertin.*Bart.*in l.2.C.de jur.fiſci* Quod tamen fallit,ſi lata eſſet ſententia ſuper errore calculi.*l.error.C.de jur. & fact.ignor.l.1.& ibi* Dd.*C.de error.calc.l.fin.ff.à quib. appell. nō licet.* Schurff.*d.conſil.36. nu. 2.* vel etiam ſi id tempus legitimè eſſet tranſactum vid. eund. Schurff. *ibid.* tum propter rei judicatæ autoritatem: tum ut aliquis litium ſit finis,per vulgata.

308 Limita II. † in quovis alio impedimento legali & legitimo.
309 Nam ubicunque † aliquis tenetur aliquid facere certo loco & tempore,ſi per eum non ſtat, & impeditus facere nō potuit, excuſatur, per

per tradita Bald. *[illegible]* Car-
din. Tuſch. *[illegible]* Quando † non contra- 310
hitur ab eo, qui tenetur certo termino ſolvere, ſi ſuit juſtè & legiti-
mè impeditus Caſtrenſ. *conſil. 228. nu. 2. verſ. dicitur autem [illegible]* Ro-
man. *conſil. 352. n. 9. & ſeq.* Zabarell. *conſil 72. n. 15. verſ. ad decimum.*

Declara I. † hanc limitationem, quod allegans impedimen- 311
tum, duo probare debeat, 1. impedimentum ipſum & quidem ta-
le, quod removeri minimè potuit, *l. ſed & ſi per Prætorē. §. 2. ff. ex quib. cauſ. major.* ubi Bart. idem *in l. quibus diebus, de condition. & demonſtr.* Cravett. *conſil. 270. num. 3.* Menoch. 2. *arbitrar. caſ. 118. num. 7.* Non
† enim dicitur impeditus, qui cum poſſit, non removet impedimen- 312
tum. *l. qui poteſt facere. de reg. jur. l. quibus diebus ff. de condit. & demonſt.* Socin. Jun. *conſil. 76. num. 83. vol. 1.* Natt. *conſil. 60. in fin.* Cacheran. *deciſ. 12. num. 9.* Joh. Petr. Surd. *deciſ. 203. nu. 16.* Secundò quod, quantum in ſe fuit, omnem diligentiam ad tollendum impedimentum adhibuit, *text. in l. qui commeatus.* & ibi Bart. *ff. de re milit. l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caution.* Boer. *deciſ. 40. n. 4. & ſeq.* Matth. de Afflict. *deciſ. 29. n. 2.* Cardinal. Tuſch. *d. concl. 29. lit. I. nu. 51.* Cravet. *conſil. 151. nu. 22.* Surd. *d. deciſ. 203. n. 17.*

Declara 2. † Impedimentum legale & juſtum quodnam dica- 313
tur, plerumq; judicis arbitrio committitur, per tradita Menoch. 2. *arbitrar. caſ. 153. n. 4. & ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ. 591. nu. 48. & ibi allegator.*

Inter † impedimenta legitima refertur, abſentia neceſſaria & 314
probabilis, impedimentum guerræ publicæ, tempus peſtis, inundatio & impetus fluminis, carceris, cum ſimilibus, qua de re poſt Menoch. *alleg. ſupra loc.* vid. Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ. 28. per tot. lit. I.*

AD QUAESTIONEM VIII.

SUMMARIA.

Concluſ. 1.

1. *Emptionis non minus totum periculum & damnum quam commodum in retrahentem jure cognitionis & pacti transfertur.* 2.
3. *Venditâ re omne commodum & incommodum emptoris eſt, etiam ante traditionem.* 4.
5. *Proximus non aliter quam per*

 unum

viam ſubrogationibus poſtulat retractum.

6. *Commodum ab onere regulatur.*

Ampl. 1. Concl.

7. *In fructibus.* 10.

8. *Res vendita ad emptorem cum fructibus ſpectat.*

9. *Surrogatum ſapit naturam illius, cui ſurrogatur.*

Perſona in cujus locū ſubrogatur, inſpicitur, non perſona ſubrogata.

10. *Ratio dubitandi & decidendi ad prædictam ampliat.*

Extend. 1. ampliat.

11. *In expenſis ratione fructuum, & ibi exemplif.*

12. *Fructus dicuntur deductis impenſis.*

13. *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

14. *Sumptus & impenſæ à fructibus deducuntur etiam à mala fidei poſſeſſore.*

15. *Emens vineam, & impenſas in eam factas emiſſe cenſetur.*

Extend. 2. ampl.

16. *Quod emptor pendente tempore retractus non debeat negligere fundi culturam aliàs ad intereſſe teneatur.*

17. *Negligentia ſuper cultura fundi quomodo probetur.*

Extend. 3.

18. *Vt emptor intra tempora retractus non debeat mutare formam prædii, & ibi exemplif.*

19. *Paria ſunt rem deſinere, vel ejus formam mutari.*

20. *Forma mutatâ & rei mutatur ſubſtantia.*

21. *Res reddita non cenſetur, licet ex formæ mutatione ipſa meliorata reddatur.*

22. *Emptor pendente retractus tempore de dominio irrevocabili ſibi polliceri nequit.*

23. *Dominium irrevocabile propriè, revocabile impropriè dominium dicitur.*

Extend. 4.

24. *In arboribus grandibus vel aliis fructiferis, pendente retractus tēpore, ab emptore non excidentis, licet ſecus ſit in arboribus in fructiferis & annoſis.* 25.

Declara 1.

25. *In fructibus pendentibus & ſimul cum re ipſa venditis.*

Declar. 2. ampl.

26. *In fructibus poſt & nō āte cōpetentem retractū natis & perceptis.*

27. *Emptor ante retractum non ſolum eſt dominus ſed & bonæ fidei poſſeſſor.*

28. *Titulus pro emptore legitimus & ad dominium transferendum efficax eſt.*

29. *Fructus rei non alterius quàm domini & poſſeſſoris illius ſunt.*

30. *Bonæ fidei poſſeſſor in fructibus percipiendis eodem jure quo domini prædiorum, gaudet.*

31. *Bona*

31. Bonæ fidei poſſeſſor percipiendo [illegible] 32. 33.

34. Retrahens conſanguineus ex prima venditione jure gaudet quæſito.

35. Ius in re quæſitum ad quem ſpectat, ad eundem etiam fructus illius.

36. Ceſſante cauſâ ceſſat effectus.

37. Poſitâ cauſâ omnes ſequuntur effectus.

38. Ædilitia redhibitione & ad fructus agitur.

39. Fructus reſtituuntur agenti ex pacto legis commiſſoriæ, idemq; ſervatur in addictione in diē 40.

41. In integrum reſtitutione & fructus petuntur.

42. Redhibitio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.

43. Redhibere idem eſt, quod rurſus habere ſeu reſtituere.

44. Verbum, reſtituere, & fructus includit.

45. Venditio per retractum quomodo retrahatur.

46. Verbum, retrahere non operatur ipſo jure ſed miniſterio & facto hominis accedente.

47. Acceptatione acquiritur jus ad rem.

48. Conditio ante eventum nihil ponit in eſſe.

49. Retrahens poſt emptionem perfectam quo reſpectu habeat jus radicatum?

50. [illegible] cui eſt, non niſi [illegible]

51. [illegible] ſimul junctarum [illegible] capiat?

Retractus gentilitius [illegible] etiam quoad fructus, [illegible] perfruitur, quam e[illegible].

52. Perſonali actione ſe conveniri e poſſe ſciens tanquam in malâ fide conſtitutus ad fructuum reſtitutionem non tenetur.

53. Emptor in pacto revendendi medii temporis fructus & reditus lucratur.

54. Conſanguineus ante retractum ex venditione habet jus quæſitum non in re ſed ad rem.

56. Redhibitio gentilitia ab ædilitia, addictione in diem, & lege cōmiſſoriâ quomodo differat?

Infer. ex declar.

57. Cenſus, tributa, & collectas ſolvere, cum incumbat fructuario, & emptor ſolvet ante retractum. 58.

Subdecl. 1. declar.

59. Emptor rei retractui obnoxiæ ante litis conteſtationem ad extantes poſt verò etiam ad conſumptos tenetur.

60. Bonæ fidei poſſeſſor re vindicatâ ad fructus tenetur extantes.

61. Bonæ fidei poſſeſſor an & quatenus fructus conſumptos naturales lucretur?

62. Lis ex licito illicitum facit & attentatum.

63. Litis conteſtatio cauſat malam fidem.

64. Malæ fidei poſſeſſor fructus tàm civiles quàm induſtriales & naturales extantes pariter & conſūptos reſtituere tenetur.

65. Malæ fidei poſſeſſor fructus ex tempore ſcientiæ vel litis conteſtatæ reſtituere tenetur.

66. Interdicto retinendæ & recuperandæ repetuntur fructus à die litis conteſtatæ.

67. Condictio ex retractu competēs ſtricti eſt juris.

68. Stricti juris in actionibus non veniunt fructus, niſi à tempore litis conteſtatæ.

Subdecl. 2. decl.

69. Morâ emptoris à tempore conſignationis & depoſitionis pretii per proximum facta interveniente.

70. Fructus à tempore moræ veniunt in actionibus ſtricti juris.

71. Mora moratori cuilibet nociva eſt.

Lim. 1. Ampl.

72. In fructibus pendentibus ultimi anni inter emptorem & conſanguineum retrahentē pro ratâ dividendis.

73. Empto fundo ad vitam, fructus ultimi anni ſunt dividēdi pro ratâ

74. Fructus bonorum majoriæ dividendi ſunt pro ratâ inter heredes ultimi poſſeſſoris, & novum ſucceſſorem.

65. Fructus dotis percepti ultimo anno matrimonii ſoluti quomodo inter maritum & heredes uxoris dividendi?

76. Fructus ultimi anni ex re ſub pacto de retrovendendo vendita inter poſſeſſorem & revocantem dividuntur pro rata.

Limit. 2. ampl.

77. In fructibus immaturis collectis ante retractum.

78. Emptor ante retractum eſt Dominus & bonæfidei poſſeſſor prædii.

79. Fructus pars fundi cenſentur, ſive maturi ſint, ſive non.

80. Diſponere de re ſua quilibet ad libitum poteſt, etiam abutendo. 81.

82. Uti re ſua etiam cum damno alterius civiliter licet.

83. paria ſūt, nō eſſe vel inutiliter eſſe

84. Fructus immaturi propriè non dicuntur fructus.

85. Fructus dicuntur à ferendo.

86. Emptor ante retractum rei quatenus ſit Dominus?

87. Emptor durante tempore retractus quodnam habeat dominium?

88. Dominio ſuo ſine fraude & legitimè utendum eſt.

89. Liberum etiam cenſetur, quod ſub certa lege liberum eſt, exempl. in donatione & teſtandi facultate, n. 90. 91.

92. Senecæ præclarum dictum.

93. Co-

93. *Celeres ex* [illegible] *in* [illegible] [illegible].

94. *Dolus ex* [illegible] *arguitur.*

95. *Abuſus rei* [illegible] *toleratur ſæpe, niſi tertio inde præjudicaretur.*

96. *Uſufructu quis abuti non debet.*

97. *Uſufructuarius fructus immaturos à ſole ſeparatos nõ lucratur.*

98. *Emptor intra tempora retractus quomodo re venditá in fructib. percipiendis uti debeat? 99.*

100. *Fructuum collectio accelerata intra tempus retractus non proderit emptori nec nocebit proximiori, & quatenus pro non facta habeatur.*

Sublim. limit.

101. *In fructibus immaturis utilibus, ut ſunt olivæ immaturè lectæ.*

102. *Cauſa qualibet injuſta & fatua à dolo excuſat.*

103. *Retractus in materia quis ad id ſaltem, quod culpá vel dolo in alterius necem factum eſt, tenetur.*

104. *Olivas necdum maturas ante retractum decerpens, extra culpam eſt, & quare?*

105. *Faciens quod bonus paterfamilias faceret, ab omni dolo & culpa immunis cenſetur.*

106. *Limitationis plures caſus declarativi apud quos videndi.*

Ampl. 2. Concl.

107. *In re deperditá & deteriore facta maximè poſt citationem.*

108. *Caſus & periculum ſive rei de-* [illegible] *poſt retractum quæ* [illegible]?

109. [illegible]

110. *Res perit ſuo Domino, declar. num. 112.*

111. *Venditá ſed nondum traditá re dominium penes venditorem eſt.*

Rei dominium non ipſo jure ſed traditione transfertur.

113. *Emptor & retrahens quod actionem ad rem venditam tradendam habeant, juris fictione rem ipſam habere cenſentur.*

114. *Generi derogatur per ſpeciem.*

115. *Retractus gentilitius in re vendita tanquam certo ſubjecto locum habet, & unde dicatur?*

116. *Retractus ceſſat re venditá, in quá locum habet.*

117. *Diſpoſitio vel contractus corruit, deficiente cauſa materiali ejuſdem.*

118. *Privatio ſubjecti ubi datur, ibi datur quoq; privatio qualitatum.*

119. *Commodum ad quem ſpectat, ad illum etiam ſpectat detrimentum & periculum.*

Lim. 1. Concl.

120. *In domo culpa emptoris combuſtá, aut interveniente mora deterioratá. 122. 123. 127. in fin.*

121. *Mora moratori cuilibet eſt nociva.*

124. *Rei venditæ ſed culpá venditoris deterioratæ nomine ipſe tenetur emptori.* 125. *Ven-*

125. *venditor, emptor, & retrahens ſunt perſonæ inter ſe ſubordinatæ, nec una ſive alia ad retractum venire poteſt.*

126. *Argumentum à proportione ſtante rationis identitate valet.*

127. *Diſpoſitum in uno, per quod devenitur ad aliud, etiam diſpoſitum cenſetur in reliquo.*

Lim. 2. Concl.

128. *In pecunia oblata quidem & depoſita ſed pendente lite ſuper retractu per caſum interim diminuta vel amiſſa quo caſu periculi adjudicatio ex eventu litis conſideratur.* 131.

129. *Evẽtus plurimum valet in dijudicanda commoditate & dãno.*

130. *Eventus litis oſtendet, utrum emptor juſtè & ſine mora recuſarit oblatam pecuniam, nec ne.*

Lim. 3. Concl.

132. *In retrahente, cui poſt primam oblationem pretii ab emptore recuſatam, pecunia ſecundâ vice offerendâ à latronibus erepta eſt.*

Res qualibet dominio ſuo perit.

133. *Periculum pecuniæ ad creditorem renuentem accipere ſpectat.*

134. *Solutio ne fiat, quoties per ipſum creditorem ſtat, ex ejus mora offerens vel deponens damnum non ſubit.*

135. *Pecunia pro ſoluta & acceptata in odium illius habetur, qui reus moræ eſt in depoſito recipiendo.*

136. *Fortuiti caſus periculũ ad moratorem ſpectat, niſi probet, rem æquè apud actorem perituram fuiſſe.*

Lim. vel decl. 4. Concluſ.

137. *In oneribus, caſibus & periculis prædio inſitis, de quibus tempore contractus mentio facta nõ eſt, ad venditorem, poſt contractum verò ad emptorem & ſic etiam ad retrahentem ſpectantibus, & quomodo retrahenti priori hoc caſu conſulatur?* 139. 140.

138. *Res propter onus annexum minus valet.*

Sublim. Lim.

141. *In onere vel reditu de empto vel retracto prædio ſuper alium fundum aſſignato.*

Concl. 2.

143. *Evictionem ex ſolo retractu vẽditor emptori præſtare non tenetur.*

144. *Evictio tacitè & naturaliter emptioni venditioni ineſt.*

145. *Evictionem in contractu exprimere non eſt opus.*

146. *Inhærentia habentur pro expreſſis, & ſolita fieri pro appoſitis.*

147. *Evictio appendix & acceſſorium emptionis dicitur.*

148. *Evictionis obligatio pars obligationis empti & venditi cẽſetur.*

149. *Evictio quibus caſibus in emptione venditione ceſſet?* 150. & *ſeqq.* ad n. 156. item n. 159.

156. *Contractus interpretantur ex loci vel regionis, ubi celebrantur, moribus.*

157. Evi-

157. *Evictionum in cauſis mores regionis conſiderantur.*

Ampl. 1. Concl.

158. *In emptore, qui ad evitandum retractum fecit conſcribere in inſtrumento, rem eſſe ſibi datam in ſolutum vel causâ permutationis.*

Ampl. 2.

160. *In emptore, cui ante retractum venditor ſe in genere obligavit ad periculum evictionis, ſecus ſi ſpecialiter ad caſum evictionis,* 162.

161. *Evictionem rei ex natura ſui evincibilis non generaliter ſed expreſsè ſtipulari oportet.*

Venditor quomodo emptorem de qualitate rei venditæ certiorare teneatur?

Extend. Ampl.

163. *In herede venditoris ad promiſſam à defuncto generaliter evictionem re retracta non adſtricto.*

164. *Evictâ re ex natura ſui, heredes vel ſucceſſores venditoris non tenentur.*

Lim. Concl. 1.

165. *In venditore evictionem contra retractum expreſſim in ſe recipiente.* 168.

166. *Multa non veniunt ex natura contractus, quæ tamen veniunt expreſſa.*

167. *Pactum contra naturam contractus valet, ſecus ſi contra ſubſtantiam.*

Lim. 2. Concl.

169. *In venditore emptori extraneo vel ignoranti loci conſuetudinem perſuadenti, rem retractui non obnoxiam.*

Concl. 3.

170. *Rei à conſanguineo retractæ evictionem & indemnitatem præſtare tenetur venditor.*

Conſanguineo retrahenti ab emptore ceſſio rei non fit ſponte, ideoq́; evictio non datur.

Limit. Concl. 3.

171. *In emente rem immobilem à minore ſine decreto, eamq́; denuò à conſanguineo taliter retractam.*

172. *Culpa in pari cauſa potior eſt, qui defendit.*

Extend. Lim.

173. *In conſanguineo, qui rem minoris vel pupilli venditoris retrahendo occupavit, eâdem in ætate conſtituto.*

Sublimit. lim.

174. *In emptore dolosè alliciente conſanguineum ad retractum, & ibi exemplif.*

QUÆSTIO VIII.

DE PERICVLO, COMMODO ET FRVCTIBVS rei venditæ per retractum revocandæ.

CONCLUSIO I.

1 QUemadmodum † totum periculum & damnum, ità & totùm
commodum emptionis transfertur in retrahentem, atque hoc
in utroque retractu locum habere dicit Carolus Molinæ. *in conſuet:*
Pariſ.tit.1.§.20.gloſſ.5.in verb. vendu.ſub nu.40.v.ut enim totum. & in
2 † pacto de retrovendendo firmat ſpecialiter Borgnin. Cavalcan.
3 *deciſ.Fiviza.n.16.nu.48.p.2.* Cùm enim † re venditâ omne commo-
dum & incommodum ad ipſum emptorem rei ſpectet, *l. id quod poſt*
emptionem.ff.de peric.& commod.rei vend.l.1.C.eod.tit.l.1.ff.quod vi aut
clam.§.cum autem emptio.& ibi Dd.*inſt.de empt. vend.* Matt. de Afflict.
4 *deciſ.Neapol* 280.*n.*5. etiam † ante rei traditionem, per textum expreſ-
ſum *in l.cum emptor.5.§.mortuo.2.ff.de reſcind.vendit.l.Lucius.11.ff. de*
*evict.*Gomez *tom.2.var.reſolut.c.15.n.12.*D.Vult. *Iuriſprud. Rom. c. 9.*
*n.20.*Pac. à Beriga *leg.conciliat.cent.5.quæſt.8.* Bronchorſt.*cent. 2. aſ-*
ſert.55. Vincent. Cabot. *lib.1.diſp.c.25.* Matth. Stephani *cent. 3. quæſt.*
*illuſtr.70.*Arumæ.*diſp.14.exerc.3.* Quidnî idem de proximiore, qui re
retractâ emptoris veſtigia ſubintrat, in ejusq; jura pleniſſimè ſubro-
gatur & ſuccedit, perhiberemus? Siquidem, ut eleganter Petr.
5 Gregor.*in ſyntagm.jur.univerſ.lib.26.c.22.n.4.* ait, † proximus non
alio modo poſtulare valet retractum, quàm per viam ſubrogatio-
nis, ut in locum emptoris veniat, & proinde eodem jure uti debet,
ratâ manente conventione, quam vel amplecti cum ſuis conditio-
nibus, (ſeu commodis oneribusve) debet, vel eam prætermittere.
Non autem mirum eſt, ut ad inſtar emptoris, retrahens conſangui-
neus non tantùm rei venditæ lucrum & emolumentum, ſed etiam
damnum & periculum poſt retractum ferat & ſuſtineat, & quaſi
6 ad ſe retrahat, cùm naturalis † ratio ſuadeat, ut commodum ab o-
nere reguletur *l.ſecundum naturam.* & ibi Dec. *in pr.v.& ideò.* Cagn.
n.6.7. Joan. Franciſc. Montan *circ princ.ff.de Regul.Iur.c.qui ſentit.de*
R.I.in 6.quoties.ff.ad Trebell.l.Neſennius.§.ult.de excuſat.tutor. Cum.
*conſ.*162.*n.*4. Cravet.*conſ.*957.*n.*20. Et quidem quoad emolumenta.

Amplia-

Ampliatur I. † concluſio in fructibus. Sicut enim † vendita 7
res pertinet ad emptorem una cum fructibus. Paul. Æmil. *deciſ.* 333. 8
*p.2.num.*5. Franciſc. Viv. *deciſ.* [illegible] *vers.* [illegible] *lib.*
1. Franciſc. a Souſa *in repet.* §. *actionum. p.3. num.*28. *Inſt. de action.* [illegible] &
vigore ſubrogationis cum iisdem ad retrahentem conſanguineum
ſpectabit, cùm tralatitium ſit, ſurrogatum † ſapere naturam illius, 9
in cujus locum ſubrogatur. *l. ſi eum.* §. *qui injuriarum. ff. ſi quis cantion.*
Chaſſan. *in catalog. glor. mund. p.1 conſid.*38. *concluſ.*18. Nicol. Rücker.
*inter conſil. diverſ. conſ.*27. *nu.*3. *vol.*1. Schrad. *de feud. p.2. c.3. num.*56. &
*inter conſil. diverſor. conſ.*20. *nu.* 60. *vol.*3. in tantum ut vigore hujuſmodi ſubrogationis non amplius perſona ſubrogata, ſed perſona,
in cujus locum ſubrogatur, inſpiciatur, ceu poſt alios tradit Franciſc. à Souſa *in repet. l. fœminæ. part.*1. *n.*231. *ff. de R. I. fol.*64 Atque ita in
terminis † Petr. Greg. *in ſyntagm. jur. univ. lib.*26. *c.*2. *ſub n.*15. ex Joañe 10
Lucio *lib.*9. *Placitorum Cur. tit.*3. *placit.*4. refert, placuiſſe Pariſiorum Curiæ ſupremæ pridie Kalendas Julii 1550. in venditione prædii cum debitis aliquot annorum fructibus eum, qui prædium ſibi gentilitio jure redhibere petebat, cùm de fructibus controverteretur, qui mobilium appellatione continentur, non poſſe prædium ſine fructibus redhibere, quia fructus & prædium uno pretio empti erant, cujus etiam præjudicii meminit Achill. Pedrocha *in reſp. jur. ſingul. de interp. & reſolut. contract. nu.*352. & *ſeqq.* Et latius perſequitur Guttierez *pract. quæſt.*158. *n.* 4. & *ſeqq. lib.*2.

Pro ratione dubitandi occurrit, quod hujuſmodi emptor, habuit titulum, bonam fidem, ſolvitque pretium, vel habita ei fuit fides de eo, ideoq; optimo jure fructus facit ſuos. §. *ſi quis à non domino, Inſt. de rer. diviſ.* & *ibi* Dd. *l. in bonæ fidei, ff. de acquir.* Dom. Covarr. *var. reſolut. c.*3. *n.*6. 2. Quamvis fructus pendentes pars ſint fundi, poſtquam tamen ſeparati ſunt, non amplius eo jure cenſeri poſſunt, ſed potius eſt res mobilis, in quam retractus non cadit, per tradita ſupra 3. quæſt. 3.

Pro ratione vero decidendi notandum, quod emptor quidem habeat titulum, ſed ex diſpoſitione legis, ſtatuti vel conſuetudinis, hoc noſtro caſu intra præfinitum retractui tempus revocabilem, cum omni jure & qualitatibus. Siquidem retractus reponit retrahentem in plenum idemq; jus ipſius rei, quod erat penes vendito-

rem vel emptorem, & in ejus locum ſurrogatur, ut ſæpius notatum Anton. Gomez *ad l. Tauri. 70. nu. 33.* Et titulus quem habuit emptor, per retractum deducitur ad non titulum. Secunda ratio procedit ſi vel fructus ſeparatim ſint venditi, vel ante venditionem à fundo ſeparati. Et ita ad utramque rationem fere etiam reſpondit Guttierez *alleg. ſupra loc.* Præterea cum emptor recipiat integrum pretium pro re & fructibus ſolutum, non poteſt fructus retinere & cum alterius jactura locupletari; Fructus enim ſine cauſa acquirere uſura eſt. *c. conqueſtus, de uſur. c. pleriq. 14. q. 3.* Bald. *ad rubr. C. de uſur.* Weſenb. *conſil. 50. n. 33.*

11 Extenditur 1. † ampliatio in expenſis ratione fructuum. V. G. ſi quis vineam cum uvis maturis emiſſet, & aliquis eodem fermè tempore alterius anni retrahere illam cum fructibus intenderet, tunc enim licet emptor multos ſecundâ vice impenderit ſumptus in culturam vineæ, eos tamen ipſos retrahens emptori petenti reſtituere non teneretur, ut in terminis voluit Ferron. *in conſuet. Burdig. tit. de retract. §. 21.* addens, ſe ita ex facto reſpondiſſe, quem refert & ſequitur Tiraquell. *de retract. convent. §. 5. gloſſ. 4. num. 17.* Nec oberit,

12 quod fructus † dicantur deductis impenſis. *l. ſi à domino. §. fin. de hered. petit. l. fundus in pr. ff. famil. erisc. l. fructus in pr. ff. ſolut. matrim.* gl. *ad l. in fundo. verb. deducto. ff. de rei vindic.* Angel. *ad §. ex diverſo. Inſt. de rer. diviſ.* Covar. *vari. reſol. lib. 1. c. 3. n. 3.* Donell. *lib. 28. comment. jur. c. 7. fol. mihi 429.* Sebaſt. Medic. *in tract. de compenſ. p. 1. c. 9. n. 2.* Sicut bona,

13 † quæ ſuperſunt, deducto ære alieno. *l. mulier bona. ff. de jur. dot. cum concord.* Franciſ. Viv. *deciſ. 163. n. 2. lib. 1.* Connan. *comment. jur lib. 3. c. 2. num. 9.* Covarr. *var. reſolut. lib. cap. 2. nu. 7. in fin.* Geil. *lib. 2. obſerv.*

14 *119. nu. 13.* adeò ut ſumptus & impenſæ † à fructibus etiam deduci poſſint à malæ fidei poſſeſſore. *l. 1. §. fin. ff. de pign. & hypothec.* Bart. *ad l. in fundo. 38. nu. 5. de rei vindic.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belg. 123. nu. 7. volum. 2.* ſubdens ſenatum ſupremum ita cenſuiſſe. Siquidem hîc alia ratio præſentis caſus, ex quo conſtat, emptorem tempore venditionis nullas impenſas in fructus, quos tum integros percepit, fe-

15 ciſſe, ut veroſimile ſit, † cum vinea impenſas in vineam factas & ipſas emptas fuiſſe, *argum. l. quod ſi ſumptum. ff. de pet. hered.* Ideoq; hoc caſu expenſæ poſterioris anni cum expenſis anni prioris, quæ in pretium computatæ fuerunt, merito compenſantur.

Extenditur 2. † Ampliatio in eo, ut emptor pendente tem- 16
pore retractus, non debeat negligere fundum [illegible] amplius
coli nequeat, aliàs enim quantum intereſt, neglectum non eſſe fun-
di culturam, tenebitur *argumento l. venditor ex hereditate [illegible]*
hereditatis ff. de hered. vel act. vend. l. vendit. 36. ff. de action. empt. Card.
Mant. *de tacit. & ambig convent. lib. 4. tit. 32. n. 106.* Bonavent. Gaver.
diſp. Baſil de jur. retract. lib. ſ. 67. in alleg. lit. B. addens, idem eſſe, ſi non
tempore legitimo emptor coluerit, & ſic deterioraverit agrum *per l.*
ſi merces 25. §. conductor. 3. ff. locat. id quod etiam tradit Tiraq. *de re-*
tract. convent. §. 5. gloſſ. 4. num. 27. Cardin. Mantic. *d. tit. 32. num. 107.*
Berlich. *p. 2. concluſ. pract. 2. num. 71.* Hæc autem † negligentia quo- 17
modo probetur, videre eſt ex Ludovic. Gilhauſen *arbor judic. p. 1. c.*
6. §. 328.

Extenditur 3. † ut emptor intra tempora retractus, etiam non 18
debeat mutare formam & faciem prædii vel fundi, eum meliorem
aut fructuoſiorem reddendo, ſecundum Tiraq. *de retract. convent.*
§. 3. nu. 28. & §. 7. gloſſ. 1. num. 16. vel nemus ad culturam redigendo,
juxta Zoannet *ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. nu. 144.* Sicut de
utroque hoc caſu expreſsè ita diſpoſitum legitur in Ordinatione
Solm. *part. 2.* von dem Landrecht / *tit. 12.* von dem Abtrieb. *fol. 81. verſ.*
Wann einer ein Grund / Platz / Hauß oder Weingarten kaufft. Ratio
eſt, quod paria † ſint, rem quampiam deſinere in rerum natura eſſe, 19
& ejuſdem mutari formam. *L. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhib.* quâ † 20
mutatâ & rei mutatur ſubſtantia, ſecundum Alberic. *l. ſi mihi & Titio.*
nu. 9. ff. de V. O. ac propè interimitur, ita ut licet ex illa † formæ mu- 21
tatione res meliorata reddatur, reddita tamen haut cenſeatur Al-
beric. *in l. ſed ſi mihi. §. 1. num. 3 ff. commod. it.* Deinde † quia emptor 22
pendente retractus tempore, nondum ſibi polliceri poteſt de do-
minio certo, conſtanti, & irrevocabili; (quod dominium † propriè 23
eſt, ac revocabile propriè dominium non dicitur, per tradita Aym.
Cravettæ *conſ. 202. num. 33.*) quoniam ſemper credere & ſcire debet,
conſanguineum jamjam retractum, cujus conditionem nulla im-
mutatione fundi ſubſtantiali gravare poterit.

Extenditur 4. † in arboribus grandibus, vel aliis fructiferis, 24
quas ſimiliter emptor in fraudem conſanguinei, pendente retractu
excidendo ſibi appropriare non poteſt, argumento *l. 1. §. 1 ff. ſi quis*

teſt lib. juſſ. fuer. l nomen debitoris. §.1.*ff. de legat.*3. *& l. filiæ meæ. ff. ſolut matrim.* Tiraquell. *de retract. convent. d.* §.3.*n.*23. Balthaſ. Benedell. *in tractat. de jur. prothomiſ.* §. *item de ipſis. nu.*19. Confer. Garſ. *in tractat. de expenſ. c.*12.*num.*79. *& ſeqq.* Menoch. *lib.*1. *arbitr. jud. quæſt. caſ.*78.

25 Licet alia † ratio ſit earum arborum, quæ ſunt infructiferæ, annoſæ & inutiles, quas facilè exſiccari, & vermibus corrodi ſolere conſtat, & ex Vaſq. tradit Frideric. Pruckman. *conſ.*4.*n.*186.*vol.*1.

Declara I. præmiſſam Ampliat. 1. ex mente Guttierez in fructibus pendentibus tempore venditionis & ſimul cum re ipſa uno eodemque pretio venditis: Secus verò in fructibus natis vel habitis poſt venditionem, qui non veniunt niſi à tempore litis conteſtatæ, *d. quæſt.*158.*n.*8.9.*lib.*2.

26 Declaratur II. Ampliatio, † ut procedat ſolùm in fructibus, poſt competentem retractum adeoq; jus retrahenti quæſitum natis & perceptis, ſecus in fructibus ab emptore ante retractum acceptatum ex re vendita ſuſceptis ſeu perceptis, hos enim non conſanguineus, ſed emptor ſuos faceret, adeò ut nec compenſare easdem nec reſtituere teneretur, ut tradit Joannes Faber *in* §. *actionum collat.* 3.*v. & iſta faciunt. Inſt. de action.* Petr. Greg. *in ſyntagm. jur univerſ. lib.*26. *c.*21.*num.*6. Tiraquell. *hic* §.15.*gloſſ.*2.*num.*3. Honded. *conſ.*30.*num.*35. 37.*vol.*1. paul. Chriſtin *deciſ cur. Belgic. vol.*3.*deciſ.*90.*num.*1. Ejuſque

27 ratio non obſcura eſt; Quod emptor † ante retractum, non ſolum ſit dominus, ſed etiam bonæ fidei poſſeſſor, ut ex ſe indubium eſt,

28 cùm is, † qui pro emptore poſſidet, titulum legitimum & ad dominium transferendum efficacem habeat. *arg. l. nec ullam.* §.1. *ff de hered. petit. l.*3.§.1.*de public. in rem actiō l. poſſideri.* §. 21.*ff de acquir. vel amitt. poſſeſſ l. Celſus de uſurpat. & uſucap. tot. tit. ff. & C. pro emptore.* Fieri autē

29 † nequit, ut ad alium quàm ad dominum & poſſeſſorem rei ſimul, fructus ejus pertineant, Frideric. Pruckman. *conſ.*4.*num.*174.*volu.*1.

30 *argumento l. & ex diverſo. & ibi Dd. ff. de rei vindicat.* Ex quo & † merus bonæ fidei poſſeſſor in fructibus percipiēdis eodē jure gaudet, quod dominis prædiorum tributum eſt. *l. qui ſcit.* §.1. *l in pecudū. in pr. de uſur. & fructib. l. bona fidei. in princ. de acquir. rer. dom. l. bona fides. de*

31 *R. I.* percipiēdo † itaque ſuos facit fructus, nō ſolū civiles, *l. ſi navis. de rei vindicat. junctâ. d. l. bona fidei. in pr. l.*1. §. 1. *de hered. pet.* Menoch. *recuperand poſſeſſ. remed.*15.*n.*625. Petr. Frider. Mindan. *in tract. de poſſeſſ.*

68.

n. 8 & seqq. Sed etiam † [illegible] *decer. divers. a l.* 32
qui [illegible]
d. l. 48. [illegible] & [illegible] 33
tentiam, quæ fundatur *in d. §. 31. Inst. de rer. div.* [illegible] *acquir.*
rer. dom. [illegible] *& d.* [illegible] *fructus de usur. & fr.* [illegible]
ff. de usurp. & usucap. Pinell. *ad l. 2 p. 2. c. 4. num. 59. C. de rescind. vendit.* Menoch. *recip. poss.* [illegible] *em. 15. nu. 578.* Anton Faber *lib. 4 conjectur. c. 17.* Mindan *de possess.* [illegible] *c. 8. n. 10 & seq.* Fachin. *lib. 1. controv. jur. c. 57.* Philip. Matth. *ad d. l. bona fides. 136. n. 5. ff. de R. I.* & ita judicatum Arresto Parisienſi fuiſſe 13. Septembris Anno 1543. teſtatur Papon. *lib. 11. tit. 4. arreſt* 22. Hæc tamen accipe juxta declarat. *1.* & quæſt dicta in decidendi ratione ſub n. 10.

Pro ratione dubitandi ad hanc declarationem occurrit, quod † conſanguineus retrahens ex prima venditione, jure gaudeat quæſito, ut alibi ex Tiraquello & aliis hîc docuimus. Ad quem † autem ſpectat jus in re quæſitum, ad eundem etiam fructus ſpectare dubiũ nullum habet, cùm hi ſint effectus & commoditates juris illius. Sicut enim ceſſante † causâ dicitur ceſſare effectus, per fusè tradita Tiraquell. *in tract. ceſſante causâ.* Ita poſitâ † causa omnes ſequi effectus conſentaneum eſt. Inde ergo, quod & ad conſanguineum retractu pendente fructus ab emptore percepti redundare debeant, ſtatuendum videtur, maximè cum idem in aliis redhibitionibus & caſibus ſimilibus receptum tradatur. Sic cùm res redhibetur ex actione ædilitia, † fructuum quoq́; reſtitutio ſimul facienda eſt. *l. cum autẽ. 23. §. redhibetur. & l. illud ſciendum. 29. ff. de ædilit. edict.* Bald. & Salycet *in l. 2. C. de reſcind. vẽdit.* quod & in † pacto legis commiſſoriæ. *l. ſi fundus. 5. & l. 1. ff. de L. commiſſor.* nec non † ad dictionis in diem obtinet. *l. Imperator. l. itẽ quod dictũ. & l. ſi venditor. §. fin. ff. de in diem addict.* Sic etiã † quãdo in integrum cum effectu reſtitutio poſtulatur, fructus ſimul reſtituendi ſunt. *l. quod ſi minor. §. reſtitutio. & l. patri. v. item ex diverſo. junctâ ibid. gloſſ. ff. de minorib.* Pruckman. *conſ. 4. n. 153 vol. 1.* ubi *num. 152. 157. & 158.* plures alios ejusmodi caſus refert. Idq́; non mirum, cùm redhibitio † (cujus retractus noſter eſt ſpecies) ſit in priſtinum ſtatum repoſitio, Caſp. Caball. *in libell. de ædil. act. c. 2. nu. 8.* & redhibere, † idẽ quod rurſus habere ſeu reſtituere. *l. redhibere. in princ. ff. de ædil. edict.* cujus verbi naturæ † non repugnat, & fructus quoque include-

34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44

cludere.*l. videamus.§.in Faviana.ff.de uſur.l.in condemnatione.173.§.*
ff.de R.I.l.cum Prætor.81.de verb.ſignificat. Confer Paul Matth. Wehner.*obſerv.pract.verb.*Schaden.*fol.582.& ſeq.* Atque ita terminis juris retractus ex l. Taurinâ competentis ſtatuere videtur, Anton. Gomez *in comment.ad l.70.Tauri.cum.5.ſeqq.n.29.fol.539.& ſeq.*

45 Pro ratione decidendi tenendum, quod † per retractũ venditio non retrahatur pleniſſimè & quoad omnes effectus juris indiſtinctè ex venditionis tempore ut ex tunc, ſed quoad nonnulla ex tempore ipſius retractus, realiter legitimeq; acceptari inſtituti & perfecti, adeoq; ut ex nunc, quia cùm facultas ipſius retractus virtualiter dependeat ex mera voluntate conſanguinei, ejusdem acceptatione, oblatione & ſolutione precii, &c. nõ indifferenter retro trahitur.*l.fin.quæ res pign oblig poſſ.l.1 in fin.ff.qui pot.in pign.hab.* Pruckm. *conſ.4.n.199.*
46 *vol.1.* unde palam eſt, verbũ † retrahere non operari ipſo jure, ſed requirere miniſterium & factũ hominis, ex quo clareat, rem retrahen-
47 do acceptatam iri, quoniam per † acceptationem & præſtationem in facto conſiſtentem demùm formatur jus quæſitũ ad rem ex præambula venditione.*c.quoniam 8.de conceſſ.præbend.in 6.* adeò ut pendẽte tempore retractus, is cum effectu competere non videatur conſanguineo, niſi ſub hac conditione, ſi eundem debitè acceptaverit, ut
48 ſuo loco monuimus, quæ conditio † antequam eveniat, & adimpleatur, nihil plenè ponit ineſſe.*argumento l.ſi quis ſub conditione. ff.ſi*
49 *quis omiſſ.cauſ.teſt.cum ſimilib.vulg.* Quamvis enim retrahens † ſtatim poſt venditionem perfectam jus habere cenſeatur quæſitum & radicatum,*ut ſupra quæſt.5. concluſ.*4. & paſſim notavimus, id tamen quoad actionem & facultatem agendi & retrahenti, non verò quoad effectum percipiendi fructus, & dominii ac poſſeſſionis realis, antequam debito modo ſe ad retractum obtulerit, & præſtanda
50 præſtiterit, intelligitur. Similiter is, † cui adeundi jus eſt, ideò heres eſſe & dominium rerum habere non dicitur, niſi adierit, & adeundo heres factus fuerit, ac præpoſterum eſt, nos ante locupletiores dici, quàm acquiſierimus.*l.pretia rerum.63.ff.ad L. Falcid.* Huc facit, quod actus conſiſtens ex duabus cauſis ſimul junctis, à poſtremo actu, in quo perfectio formæ eſt, exordiũ capit.*l.potior.ff.qui potior. in pignor.l.ſi quis priore.ff.ad Trebell.*Bald.*in auth ſi qua mulier.C.ad SCtm*
51 *vellejan.*Modeſt. Piſtor.*conſil.12, nu.41. vol.2.* Quamobrem † retractus

ſtu gentilitii commodo, quoad fructus, aliaq; commoditates, quoq; tibi non perfruitur, quàm ad illius modum iuum legitimè ſe inſtruxerit, præcinxerit, ac debito modo teſtatum fecerit, alias ante hunc eventum realis acceptationis & retractionis, emptor ſemper dominus, & bonæ fidei poſſeſſor manet fundi venditi, adeoq; ſuos facit fructus. *argumento l. Herennius. 42. ff. de uſu. l. Iulianus. 13. § ſi fructibus. 10. ff. de act. empt.* eosq; ex ſola ſua ſcientia, rem à conſanguineo retractum iri poſſe, pendente iſthâc facultate non amittet, quod jure conſtitutum ſit, † aliquem ob id, quod ſcit, ſe perſonali actione 52
conveniri poſſe, in mala fide ante moram haud cenſeri, tantò minus ad fructuum reſtitutionem ex hoc capite teneri *argumẽto l. videamus. l. 2. l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de uſur. cum ſimilib. congeſtis per* Schrad. *in tract. de feud. 2. p. nonæ. part. princ. ſect. 2. n. 78. ante fin.* Pruckman. *con. 4. n. 213. vol. 1.* Et in ſimili videmus, in pacto † redhibitionis ſeu de retro- 53
vendendo, emptorem ex eadem ratione, medii temporis fructus & reditus uſque ad tempus redemptionis interim lucrari. Bald. & Caſtrenſ. *in l. 2. & ibi Dd. C. de pact. inter empt. & vendit.* Angel. *conſ. 51.* Balth. Bened. *in tract. de jure prothomiſ. ad princip. conſt. num. 150.* Jacob. Schult. *quæſt. 25. num. 24.* Modeſt. Piſtor. *conſil. 56. num. 31. & ſeq. vol. 1.* latè & eruditè Georg. Everhard. *conſil. 54. num. 63. & ſeqq. vol. 1.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. num. 4. & nu. 99.* ubi tamen vide notabilem declarationem, *num ſeq.* Ex his igitur facilimè conſtat, quid ad rationem ſupra adductam dubitandi ſit reſpondendum, nimirum † conſanguineum ante retractum ex pura 54
meraq; venditione nanciſci jus quæſitum, non tamen in re, ſed ad rem: hoc eſt ad actionem inſtituendam, & eâ mediante retrahendam rem venditam, jus illud ei cenſetur quæſitum: in tantum, ut emptoris, venditoris, vel alterius facto aut pacto interverti hoc jus & facultas agendi ac retrahendi, ex ipſo emptionis venditionis actu acquiſita & radicata, minimè poſſit. Nec movemur † exemplis red- 55
hibitionis ædilitiæ, legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, quod in his jure ſit diſpoſitum, fructuum non fieri reſtitutionem, per jura ibid. alleg. Siquidem, ut cum Petro Gregorio *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. c. 21. num. 7* loquamur, in hoc † maximè differt gentilitia no- 56
ſtra redhibitio ab illa ædilitiâ, addictione in diem, & lege commiſſoria, quod nimirum per has emptio omninò reſolvatur, & ſic etiam

fructus reſtitui cogantur, aliter atque in gentilitiâ obſervatur. In hac enim redemptio non poteſt competere proximo, niſi firmâ manente primâ emptione, concurente proximo cum extraneo vel remotiore. Aliter & quidem magis ſpecialiter ad hos obices ejusdemq; generis ſupra à nobis, nec minus à ſe ipſo in contrarium adducta argumenta & rationes dubitandi eruditè reſpondet Frideric. Pruckman. *conſil. 4. num. 195. & ſeqq. vol. 1.* qui ibi omnino videri poterit.

57 Infer † ex hac declaratione, quod cùm onus ſolvendi cenſus, tributa & collectas ad fructuarium ſpectet. *l. ult. C. ſi ſine cenſ. vel reliq. fund. compar. non poſſ.* Franciſc. Viv. *lib. 1. deciſ. 197. n. 7. 8. vid. quæ ſcripſi in tractat. meo de Regimin. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. c. 4. ſub nu. 106.* & verò ante retractum emptor tanquam verus dominus fructus percipiat, is ipſe etiam illa onera præſtare teneatur. *argumento l. quæro. 28. de uſufruct. leg. l. ſi pendentes. 27. § 3. de uſufruct. l. neq; 13. de impenſ. in res dot. fact. d. l. fin. C. ſine cenſ.* atque hoc †
58 in utroque retractu locum habere colligitur ex dictis Balthaſ. Benedell. *de jur. prothom. ad verb. verum ſi infra. n. 36.*

59 Subdeclaratur I. † declaratio iſta, ut emptor rei Retractui obnoxiæ teneatur ante litis conteſtationem ad extantes, poſt verò etiam ad conſumptos fructus, ut tenet in terminis Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. c. 21. n. 6. verſ. & tenetur tantum.* eſtq; de mente Bathaſ. Benedell. *de jur. prothomiſ. ad § inprimis. n. 95. fol. 167.* Gut-
60 tierez *pract. quæſt. 158. num. 9. lib. 2.* Ratio eſt, quod † bonæ fidei poſſeſſor fructus extantes re vindicatâ reſtituere cogatur. *§. 35. Inſtit. de rer. diviſ. §. 2. Inſt. de offic. jud. l. ſed & 4. § 2. ff. fin. regundor. l. certum. 22. C. de rei vindicat. cum ſimil.* Weſenb. *ad § ſi quis n. 13. & ſeq. I. de R. D. & in parat. n. 7. ff. de R. V.* Duaren. *ad tit. de naut. fœnor. fol. mihi 1004.* An-
61 ton Fab. *lib. 4. conjectur. c. 17.* & licet bonæ † fidei poſſeſſorem fructus lucrari conſumptos, præſertim naturales, quidam velint, *argumento dd. jur. & l. 1. §. cum prædium. 2. de pign. & hypothec. l. in inſulam. 42. §. ff. ſolut. matrim. l. quæſitum. 40. ff. de acquir. rer. domin. cum concor.* Weſenb. *in parat. d. loc.* Govean. *lib. 2. var. lection. c. 15.* Donell. *lib. 4. comment. c. 15.* Mindan. *in tractat. de poſſeſſ. c. 8. n. 8.*

Illud tamen inter alia procedit, quando lis eſt nondum conte-
62 ſtata, ſecus ſi conteſtata, ea propter quod lis † ex licito illicitum faciat,

Digitized by Google

ciat, & attentatum, ut dicit ex Beroj. Cardin. Seraphin. *deciſ. 834. n. 2. p. 1.* indeq; litis conteſtatio † cauſat atque inducit malam ſidem. *l. litigator. & ibi* Bart. & Dd. *C. de fruct. & litig. expenſ. l. ſed et ſi lege. § etiãſi ante litem conteſtatam ff. de petit. hered. l. ſi feudum. C. de rei vind. l. nemo. C. de acquir. & amitt. poſſeſſ.* Cujac. *lib. 18. obſer. 24.* Mindan. *de tract. poſſ. c. 5. nu. 19.* Malæ fidei autem † poſſeſſor fructus tam civiles quàm induſtriales & naturales, extantes pariter & conſumptos reſtituere cogitur. *argum. d. §. 35. l. de R. D. & d. §. 2. l. de off. jud. l. ſed & partus. 12. in princ. ff. quod met. cau. l. illud. 40. § 1. l. ſi poſſeſſor. 52 ff. de petit. hered. l. certum. 22. de rei vind. l. adverſus. 4. C. de crim. expil. hered.* Menoch. *recup. poſſ. rem. 15. n. 590. 902. & ſeqq. & n. 926.* Duaren. *ad d. tit. de naut. fœn. fol. mihi.* 1004. Mindan. *de poſſeſſ. d. c. 8. n. 4.* & quidem in ſpecie, quod † nimirum malæ fidei poſſeſſor ex tempore ſcientiæ vel litis conteſtatæ fructus reſtituere cogatur, conſtat *ex l. item veniunt. 20 ff. petitam. l. ſed & § 3. & ſeqq. duob. ff. de petit. hered.* Fachin. *lib. 1. controverſ. c. 59.* atque ita fructus à tempore litis conteſtatæ petitori adjudicatas eſſe in cauſa Hanſen Span contra Apt von Vrßberg / in cauſa Matthias Elerbach contra Apolloniam Wichen / Anno 60. in cauſa Ambroſii Regers contra Henrich Sauerzapffen / anno 70. in cauſa Adam von Gallen contra Johann von Rätzen anno 76. & in cauſa Peter Kettelsbach contra Thiel Scherer menſe Octobr. anno 77. tradit Rutger Ruland. *in tract. de commiſſar. & commiſſion. p. 4. lib. 6. c. 7. n. 9* & pro hac ſententia duplex arreſtum adfert Papon. *rer in Cur. Pariſ. judic. lib. 18. arreſt. 3. in appendic.* Unde eſt, ut † cùm agitur interdicto retinendæ & recuperandæ, fructus à die litis conteſtationis debeantur. *l. 3. de interdict. l. quæſitum. § hoc interdicto. de precar. l. 1. § ex die. de vi & vi armat.* Card. Seraphin. Olivar. *deciſ. 170. & deciſ. 835. n. 1. 2.* utrobique dicens, ita in Rota reſolutum fuiſſe. Deinde facit, quod dictum, † conditionem hanc ex retractu, vigore ſtatuti competentem, eſſe ſtricti juris; At conſtat, † in actionibus ſtricti juris non venire fructus, niſi à tempore litis conteſtatæ, per textum *in l. cum fundis. in princ. ff. de reb. credit & in l. præterea. ff. de rei vindic.*

63 64 65 66 67 68

Subdeclaratur II. iſta † declaratio, ut locum non obtineat, ſi mora emptoris à tempore cõſignationis & depoſitionis pretii, per proximũ factę intervenerit: tunc enim ab illo tempore emptor fructus reſtituere neceſſe habebit. Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univerſ.* 69

lib.26.c.21.n.6.& ibi:tunc enim à tempore moræ per text ibi alleg. Tiraq. *hic §.15.gl.2.num.15.16.* Balthaſar Benedell. *de jur prothomiſ.ad § in primis ſub n.95.fol.168.* Boër *in conſuet. Burdegall. §. 4.tit. de retract. in*
70 *verb.le dou conſignet & depoſet.* Quoniam conſtat, quod † in actionibus ſtricti juris, nec ſapientibus naturam bonæ fidei, veniant fructus à tempore moræ. *l.videmus.§.ſi actionem ff.de uſu & habit.& in l.*
71 *Iulianus ſcribit ff.de rei vindic.* quæ † cuilibet committenti eam, nocere debet. *l.in condemnatione.134.§.unicuiq; de R.I.l.mora.ff.de V.O.*

72 Limitatur I. † Ampliatio noſtra, non procedere in fructibus pendentibus ultimi anni, quo retractus poſtulatur, ex re vendita, tunc enim illi fructus non ſimpliciter erunt emptoris, neque etiam conſanguinei retrahentis, ſed inter utrumque pro rata anni poſtremi dividi debent. Andr.Fachin. *lib.2.controverſ.jur.c.14.* Dom.Card. Tuſch. *pract.concl.tom.6.lit.P.concluſ.24.n.5.& ſeq.* Matth. Berlich. *conclu.pract.p.2.concl.2.n.69.* M.Anton.Peregrin. *in tract.de fideicom. art.49.nu.98.* Molin. *in conſuet. Pariſ.tit.1.§.20.gloſſ.1.num. 79. in fin.* Joan.Baptiſt.Coſta *in tract.de ratione rata. quæſt.114.nu.8.* Covarruv. *var.reſolut.lib.1.c.15.nu.8.* Schrad. *de feud.p.2.nonæ part.princ.ſect.3.n.*
73 85. Sic empto † fundo ad vitam, fructus ultimi anni ſunt dividendi pro rata. Socin.ſen. *conſ. 42. num. 6.7.8. lib.3.* ubi plures advocatos Florentinos ita conſuluiſſe teſtatur. Hartm.Piſtor. *lib.1.quæſt.24.nu. 11.* Covarr. *var.reſol.lib.1.c.15.nu.7.verſ.ſed ex Cumani.* Schrad. *de feud.*
74 *2.p.nonæ part.princip ſect.3.nu.84.* & fructus † bonorum majoriæ dividi debent pro ratâ inter heredes ultimi poſſeſſoris, & novum ſucceſſorem Alvarot. *de conjectur.ment.defunct.lib.2.c.2.§.1.n.5.* Hartm. Piſtor. *d.quæſt.24.num.33* Schrad. *d.ſect.3.num.88.verſ.decimò.* Coſta *in tract.de rat.rata.d.quæſt.114.per tot.& inprimis num.1.* ubi poſt alios idem firmat in penſionibus & annuis proventibus hanc ob cauſam
75 debitis. Ita † fructus dotis percepti ultimo anno, quo matrimonium ſolutum eſt, eodem modo cedunt marito ejusve heredibus, habito nimirum reſpectu ad tempus, pro quo ille onera matrimonii ſuſtinuit. *l.divortio.in pr.* ubi latiſſimè Petr. de Barboſa *ff.ſolut. matrimon.* Cephal. *conſ.584.nu.11.& 13.vol.4.* Franciſc. Viv. *lib.1.deciſ.Neapolit.8. num.3.* Schrader. *d.p.2.nonæ part.princ.ſect.3.nu.85.* Hartman. Piſtor.
76 *d. quæſt. 24. num.8. & ſeq.* Sicut & quando † res vendita ob pactum de retrovendendo interpoſitum revocatur, fructus inter poſſeſſo-

rem

rent & revocantem [illegible] pro [illegible] esse
[illegible] Tiraq. [illegible] *num. 6.*
Covar. [illegible] Harmen. Pistor. *lib.* [illegible] à
Valle *consil. 27. num. 17. lib. 2.* Pruckman. *consil. 4. num. 190.* [illegible] 1. Card.
Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. num* 102 *& seq.* Schrad.
d. [illegible] num. 84 v. tertio. Vincent. Caroc. *in tract. de depos. part. 2. q. 6.*
atque ita de communi omnium ſcribentium ſchola ſe judicaſſe refert Joſeph. Ludovic. *decis. [illegible] 79. nu. 1. 1. cum ſeq. q. p. 2.* idemq; judicatum fuiſſe variis in cauſis anno 1583. & ſeq in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ & Comitatus Moliſii, ſe in ea Auditore tunc aſſidente, teſtatur Franciſc. Viv. *d. deciſ. Neapolit. 8. n. 13. lib. 1.*

Limitatur 2. † Ampliatio noſtra, & eidem annexa declaratio, 77
ut etiam ante retractum emptor non lucretur fructus perceptos eo caſu, quo conſtat, ipſum collegiſſe ejusmodi fructus needum maturos, forte animadvertens, retracturum quem eſſe, tunc enim inſpiciendum tempus, quo potuiſſent juſtè matureſcere, non verò collectionis, ut tenet Tiraq. *de retract. convent. §. 5. gloſſ. 4. nu. 18.* Pruckm. *conſ. 4. n. 184. vol. 1.* Cartin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. nu. 113.* Matth. Berlich *p. 2. pract. concluſ. 2. num. 71. verſ. imo etiam.* adde Martin. Peg. *in lib. ſing.* vom Widerkauff. *c. 19. in pr.* & pro hac ſententia eſt textus *in l. & hæc diſtinctio. 35. §. 1. ff. locat.*

Ratio dubitandi eſt, quod † antequam res vel prædium retra- 78
ctui obnoxiũ à proximo cognato revocatur vel redimitur, emptor ſit dominus, & bonæ fidei poſſeſſor iſtius rei vel prædii, ut ex Schradero reſpondit Frider. Pruckman. *conſil. 4. nu 180. vol. 1.* & ſic etiam fructus percipiendo lucretur, cùm hi † pars quædam fundi & prædii 79
cenſeantur *l. fructus. & l. ſolũ ff. de rei vindicat. l. Julian. §. ſi fructibus. ff. de act. empt. l. ult. §. fructus ff. de his quæ in fraud. credit.* Cardin. Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 16. n. 42.* Chriſto. Beſold *in theſaur. pract. lit. F. nu. 44. verb.* Früchten. *verſ. fructus pendentes*, ſubdens hoc verum eſſe, ſive maturi fructus eſſent ſive non, per *l. fin. §. fructus. ff. quæ in fraud. credit.* De re autem † ſua quilibet ad libitum diſponere 80
poteſt. *l. in re mandata C. mandat.* Vital. de Cãban. *in tract. clauſul. rub. an reduct. ad arbitr. bon. vir. renunc. poſſ. nu 33.* Marzar. *in tract. de fideicommiſſ. part. 2. n. 5.* non ſolùm utendo, ſed etiam † abutendo, ut fir- 81
mat Æmil. Ferret. *in l. ſi quis in fũdo. §. Labeo. n. 15. ff. de legat. 1. & l. in co-*

*tionis.nu.35.mihi pag.*270. Cùm † hic civilis ſit modus utendi dominii, ut ſcilicet re ſuâ pro arbitrio, etſi inde alterius damnum ſequatur, ut loquitur & probat Matth. Weſenbec. *conſil. 34. ſub num. 21. part.*1.

83 Rationis decidendi loco tenendum, quod ſicut paria † ſunt non eſſe vel inutiliter eſſe, ut eleganter illuſtrat Anton. Hering. *in tract. de fidejuſſ. cap 8. num. 63. 64. & in num. proximè anteced.* Ita etiam
84 fructus † immaturi non poſſunt dici propriè fructus, ſecundùm Cardin. Seraphin. *deciſ.*177. *num.*5 *p.*1. *argumento l. pen. ff. de uſufruct. leg.* minùs utiliter percipi, & ſic in effectu juris pro non fructibus reputentur. Quemadmodum autem rei fructus ubi nulli ſunt, percipi
85 non poſſunt, cùm fructus † dicantur à ferendo, ſecundum Varronem *lib.4 de ling. latin.* Sic etiam qui maturitatem necdum adepti ſunt, hos ante collectionis tempus & ſibi emptor pendente retractu in fraudem conſanguinei vindicare non poteſt. Verum quidem eſt,
86 emptorem † interim dominum, & ſic liberum moderatorem rei emptæ eſſe, ſed quod inde in fraudem conſanguinei retracturi fructus pendentes immaturos percipiendi poteſtatem habeat, proti-
87 nus non ſequitur. Nam præterquam quòd † durantibus retractus temporibus, ex lege, ſtatuto, vel conſuetudine definitis, emptor in re empta dominium conſtans, durabile, & irrevocabile nondum habeat, ſed quod ad nutum conſanguinei intra prædicta tempora re-
88 vocabile, *ut alibi docuimus*, interim etiam receptum eſt, dominio † ſine fraudis conſilio utendum eſſe, & quatenus jura & leges non obverſantur. Frider. Pruckm. *in §. ſoluta poteſtas. cap. 4. membr. 2. effect. 6. num.* 42. & 43. Neque verò id juris & dominii noſtri libertati offi-
89 cit, cùm † ſæpenumerò aliquid liberum ſit & maneat, licet liberum
90 ſit ſub certa lege. Sic donatio † & liberalitas unicuique eſt permiſſa, verùm inofficioſa nihilominus lege prohibetur. *tot. tit. C. de inoff.*
91 *donat.* Sic teſtandi † facultas libera eſt, *l.1. C. de SS. Eccleſ.* ſed ſub certis legibus *l. teſtandi. C. de teſtament.* & ſi quæ ſunt infinita exempla ſi-
92 milia. Hinc præclarè Seneca *lib.7. de benefic c.12.* † *Non eſt*, inquit, *argumētū, ideò aliquid tuum non eſſe, quia vēdere non potes, quia cōſumere, quia mutare in deterius aut melius nō potes; Tuum enim eſt, etiā quod ſub certa lege tuum eſt.* Tametſi ergò emptor intra retractus tēpora, dominium verùm, licet revocabile, rei venditæ habeat, ejus tamen

fructus

Digitized by Google

fructus immaturos in fraudem & præjudicium proximioris futuri
retrahentis, ſibi arrogare non poteſt neque debet, cùm legibus ni-
hil magis fraude exoſum reputetur, utpote à quibus † colores & cō- 93
menta in fraudem legum excogitata non recipiuntur modò, ſed &
rejiciuntur Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 6. num.* 102. Hîc autem de
fraude emptoris ex ſructuum immaturorum non conſueto tempo-
re facta perceptione ſatis conſtare videtur, cùm dolus † arguatur 94
ex inſolitis. *l. ſi quis ſub conditione. 7. & ibi gl. ff. de condit. inſt. c. quiſquis.
diſt. 41. cum ſimil.* Cæpol. *in tract. de ſimulat. contract. præſ. 9.* Everhard.
in top. loc. ab uſitato. num. 6. Cravet. *conſ. 969. num. 4.* Cùm eodem
temperamento intelligenda, quæ de abuſu rei ſuæ oppoſita ſunt. Ut
enim † eundem quandoque tolerari poſſe dicamus, non tamen in- 95
diſcriminatim, præſertim quando ex ejusdem permiſſione tertio
cuidam detrimentum enaſcitur. Quamobrem ſicut in † uſufructu 96
non debet quis abuti rebus, ſed ſecundùm earum conditionem uti.
*l. ſed ſi quid. §. mancipiorum. & generaliter. ibi: dicendum eſt, ita eum
uti debere, ne abutatur. ff. de uſufruct.* adeò † ut nec uſufructuarius, fru- 97
ctus immaturos à ſolo ſeparatos lucrifaciat. *arg. l. filiæ meæ emācipatæ.
59 ff. ſolut. matrim. l. ex ſylva. 10. & l ſeq. ff. de uſufruct.* Schrad. *de feud. p.
2. nonæ part. pr. ſect. 3. nu. 22.* Ita etiam emptor † durante tempore re- 98
tractus gentilitii, re venditâ, in percipiendis fructibus civiliter uti
frui debet & quidem arbitrio boni viri, ut bonus & prudens pater-
familiâs expectando tempus, quo fructus ex iſta re matureſcere
poſſunt, licet de hoc cavere & ſatisdare ut fructuarius non tenea-
tur; ne forſitan † fructus immaturos ante debitum tempus colli- 99
gendo, abutatur fructibus in fraudem futuri retrahentis, agatque
contra principia & leges ſtatutorum, quæ retractum ab omni fraude
& malo ingenio volunt eſſe quàm alieniſſimum. Ideoq; illa † accele- 100
rata collectio non debet prodeſſe emptori, nec nocere proximiori
intra legitima retractus tempora, ſed habetur pro non facta, ad hoc,
ut fructus, ac ſi eſſent pendentes cedant conſanguineo, per ea quæ in
ſimilibus terminis perſequitur Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1.
glo. 8. in verb. Faire les fruicts ſiens. n. 32. & ſeq.* Schrad. *de feud. 2. p. nonæ
part. princip ſect. 3. n. 22. & ſeqq.* quos vide omninò.

Sublimita † hanc limitationem non procedere, in iis imma- 101
turis fructibus, qui, cùm plus proſint maturis, etiam ante maturita-

tem

Digitized by Google

tem percipi poſſunt, ut ſunt olivæ immaturè lectæ. *l. in fructu. 42. de uſufruct. leg.* tunc enim facilè excuſandus veniret emptor, Tiraq. *de retract. convention. §. 5. gloſſ. 4. nu. 19. & ſeq.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. nu. 114.* Ubi enim alia bonæ mentis con-
102 jectura capi poteſt, fraudis præſumptio non intrat, quandò à † dolo cauſa quælibet etiam injuſta & fatua excuſationem præſtet. Lancelot. *in tract. de offic. Prætor. in cauſ. crim. rubr. de falſar. nu.* 6. Gomez *var. reſol. lib. 3. c. 6. n. 2.* Cacheran. *deciſ. 71. n. 17.* Boër. *deciſ. 168. nu.* 10. Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 10. n. 14.* Borchold. *de pact. c. 6. n. 14.* Seraphin.
103 *de privileg. jurament. privil. 132. n.* 54. præſertim cùm † in materia retractus & redhibitionis teneatur quis tantùm eo nomine, quod ejus culpâ vel dolo in alterius necem factum eſt, ut ex Schradero te-
104 net Pruckman. *conſ. 4. num. 138. vol. 1.* At verò culpæ † & doli omnis expers videtur eſſe, qui ante retractum ad iſtiusmodi olivarum necdum maturarum, vel ex eo, quod plus proſint maturis, perceptionē
105 deſcendit, cùm quilibet bonus idem faceret. Qui autem id † facit, quod bonus & diligens quisque paterfamiliâs in ſimili caſu conſtitutus non intermitteret, procul dubio ab omni nedum dolo, ſed & culpa immunis eſſe cenſetur, per ea quæ tradit Maſcard. *in tract. de probation. concluſ. 467. num.* 22. Pruckman. *d. conſil. 4. num. 183. verſ. etenim.*

106 Plures † ad præmiſſam limitationem caſus declarativos, extra hanc retractus materiam adfert Ludolph. Schrader. *de feud d. 2. p. nonæ part. princip. ſect. 3. n. 23. & ſeqq.* Pruckman. *conſil. 4. num. 187. & ſeqq. vol. 1.* qui quoniam etiam hüc applicari poſſunt, ideoq; illic videri poterunt, ne noſtra nimium evagetur tractatio. Et tantùm quidem de commodo & fructibus rei retractui obnoxiæ Quoad periculum verò.

107 Ampliatur 2. † noſtra concluſio principalis in rę deperdita & deteriore factâ, maximè poſt citationem, cujus ratione gentilis ſeu conſanguineus adeò obſtringitur, ut nec à retractu recedere ei fas ſit, prout Arreſto Pariſienſi 21. die Junii Anno 1586. judicatum fuiſſe poſt aliquos refert Joan. Papon, *rer. in Cur. Pariſ. judic. lib. 11. tit. 6. arreſt. 7 in appendic.* Balthaſ. Benedell. *de jur. prothomiſ. ad §. inprimis. n. 21. argumento l. Sabinus. ff. de in diem addict. & l. 2. eod. tit.* Mirum autē
108 † non eſt, caſum & periculum ſive rei deteriorationem, poſt retra-

ctum

ctum ſpectare ad conſanguineum, qui in omnibus & per omnia ſubintrat in locum emptoris tanquam quaſi. § [illegible]
Jam verò expeditum eſt, † ad emptorem pertinere periculum rei 109
venditæ, ſimulatq; venditio contracta eſt, etiam ante traditionem. *§. cum autem. 3. & ibi Dd. Inſt. de empt. & vendit. l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* Mynſing. *6. obſerv. 36.*

Pro ratione dubitandi facit, quod † res pereat ſuo domino. *l.* 110
pignus. 9. C de pignor. act. Joan, Mantienc. *ad l. contractus. 24. n. 188. ff. de regul. jur.* Atqui venditæ † & nondum traditæ rei dominium ad- 111
huc penes venditorem eſt. *§. vendita. & quæ ibi not. Dd. Inſt. de rer. div.* cùm non ipſo jure hoc caſu, ſed traditione rei transferatur dominiũ. *l. traditionibus. 20. C. de pact. cum ſimil.* Joan. Mantienc. *ad d. l. contractus. 24. n. 189 ff. de regul. jur.*

Pro ratione decidendi facit, quod quidem † regulariter res 112
pereat ſuo domino, aliud vero in ſpecie in emptore, & conſequenter qui in veſtigia ejus ſubintrat, in jure conſtitutum eſſe, probant textus modò adducti. Et cùm † emptor actionem habeat ad rem 113
venditam præcisè tradendam, uti & retrahens, juris fictione rem ipſam habere cenſentur, *per vulgata.* Et expeditum eſt, † in toto jure 114
generi derogari per ſpeciem. *l. in toto. de reg. jur.* Deinde pro reſolutione illius dubii faciunt, quæ ſingulariter adducit Joan. Mantiencus *in comment. ad d. l. contractus. 24. n. 190. & ſeqq. ff. de reg. jur.* ubi vide omninò.

Secundo pro ratione dubitandi moveri poſſet, quod † retra- 115
ctus gentilitius in re vendita tanquam certo ſubjecto locum habeat, cùm dicatur à re & trahendo, quaſi retro in familiam, ex qua venditum eſt, ducendo ſeu transferendo; Unde ſequitur, quod † re- 116
venditâ iſta, ad quam retractus competit, amiſsâ & deperditâ, retractus propter deficientiam ſeu interitum illius rei ſponte evaneſcat, haud aliter atque diſpoſitio † vel contractus corruit, deficien- 117
te vel extinctâ causâ materiali ejusdem, ut argumento *l. 1. C. de jur. emphyt. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de V. O.* poſt Bart. ratiocinatur Schrad. *de feud p. 3. c. 3. n. 12.*

Rationis decidendi loco ſciendum, quod quidem verum ſit, ſine fundo aliave re retractui obnoxia, quæ forte per caſum amiſſa eſt, redhibitionem gentilitiam non poſſe uſurpari, tanquam deficiente

 ciente

ciente ſubjecto,ſine quo nulla per rerum naturam eſt qualitas, cùm
118 † ubi detur privatio ſubjecti, ibi quoque detur privatio qualitatum Gomez.*var.reſolut.lib.1.c.9.num.45.ad med. & c.10.nu. 43.* Quando autem res non eſt integra,& retrahens offerendo ſe ad retractum in emptoris locum ſubintrat, & actionem ad præcisè tradendam rem
119 habeat,perinde ei ut emptori res perit,& æquum eſt, † ad quem ſucceſſu bono vel meliori redundat rei commodum & augmentum, ad eundem etiam ſpectare detrimentum & periculum, quod quàm ſit naturale & juris rationi conſentaneum, colligitur ex *l. ſecundum naturam.ff. de R. l.*

120 Limita I. † Concluſionem noſtram, vel potius alterum ejus membrum,de periculo cum re retracta in conſanguineum transferendo,non procedere, in domo culpâ emptoris combuſtâ, aut etiam interveniente morâ deterioratâ,tunc enim ille retrahenti utroque caſu ad æſtimationem tenebitur. Et quidem prius extra dubium eſt,*argumento l.23.ff.de V.O.& l.ſancimus.26.circ.fin. C.de ſolut.* tū
121 quod † mora moratori cuilibet ſit nociva,per vulg.*l.in condemnatione.§.unicuiq;.ff.de R.l.c.mora.ead.tit.in 6.* præſertim & culpâ hîc mo-
122 ram concomitant. Ita † in terminis Tiraq. *hic ad fin. tit. nu.69.* Paul. Chriſtin.*deciſ.Cur.Belg.vol.3.deciſ.55 ſub n.1.fol.454.v. deinde ſi domus combuſta*, ajens ſimul ex Ferron. contra Tiraquell.hoc caſu præter univerſum pretium,etiam ad areæ æſtimationem emptorem teneri. Poſterius verò haud æquè eſt expeditum. Licet enim domus iſta culpâ emptoris per incendium abſumpta, cùm mora abfuit emptoris propria ante retractum fuerit, indeq; ei de illa liberè diſponendi tantiſper poteſtas competierit,*argumento l.21.C.mandat. l. etiam.*
123 *18.§.licet.1.ff.ſolut.matrim.* Culpâ tamen † emptor non caruit, quam quia admiſit in domo temerè combuſta; quam retractui obnoxiam eſſe non ignoravit, atque ſic iſtis ædibus ut aliâ re reſtitutioni ſubjectâ ad inſtar boni patrisfamiliâs uſus non fuit, ideoq; par eſt, hoc incendii detrimentum non ad retrahentem conſanguineum, ſed ad ipſum redire autorem, qui tam leviter occaſionem damni dedit,
124 per vulg. *c. damnum. de R. l. in 6.* Quemadmodum enim ſi culpa † venditoris res vendita deterioretur vel pereat, qui diligentiam, quā bonus paterfamiliâs adhibet in ſuis, adhibere debet in re vendita, ipſe emptori tenetur*l.quod ſæpe. §.ſi res.ff.de cōtrah.empt.l.vēditor domus.ff.*

[illegible] *ff. de peric.* [illegible] *ff. de act. emp.* [illegible] ille quisquis [illegible] ipſe demum re-
[illegible] retrahenti, quia [illegible] perſonæ inter ſe [illegible] ſunt 125
ſubordinatæ & proportionatæ, [illegible]
rigine ad retractum venire poteſt. Jam vero conſtat, à proportiona-
libus [illegible] valere argumentū, ita ut dici poſſit, ſicut ſe habet unum pro- 126
portionale ad aliud, ita illud ad reliquū, maxime ſi proportionalibus
eadem ſit ratio. [illegible] *cum gl. de convent.* [illegible] *l. ſi filiusfamilias* & ibi
gl. & Bald *ſi cert. pet. l. de quibus. & ibi* Angel *de legib.* cum ſimilib. co-
pioſe adductis per Everh. *in topic. loco a proportione. n. 1. & 4.* Quo et-
iam pertinet illa juris maxima: Quoties † duo ſibi ſe habent, ut de 127
uno perveniatur ad aliud, ut hic de emptore ad retrahentē, diſpoſi-
tum in uno, cenſetur etiam diſpoſitū in reliquo, Abb. *in c. tranſlato. in fin. col. 1. de conſt.* Anthon. Quett. *conſil. 1. ſub n. 24.* Atque ita demum in
terminis tenet Tiraquell. *hic ad fin. d. tit. n. 70.* Diſſentit Balthaſ. Be-
nedell. *de jure protho miſ. § penult. num.* 20. dum diſtinctionem ponit
inter caſum illum ſuccedentem ante vel poſt moram emptoris.

Limita II. † Concluſionem in pecunia oblata quidem & de- 128
poſita, ſed pendente lite ſuper retractu, per caſum aliquem inte-
rim diminutâ vel amiſsâ. Non enim hoc caſu præjudicium verſa-
bitur retrahentis vel emptoris ſimpliciter, ſed ex eventu litis demum
conſiderandum veniet, utrius ſit periculum, ita ut ſive retrahens, ſi-
ve emptor victus fuerit, vel obtinuerit, ejus periculo vel non peri-
culo hoc cedet. Quemadmodum enim in † dijudicanda commo- 129
ditate & damno, eventus plurimùm valet, per ea quæ reſpondit Fri-
deric. Pruckman. *conſ. 50. num. 549. vol. 1.* ita etiam hæc dijudicatio
pendebit ex eventu litis, qui † oſtendet, utrum juſtè & ſine mora re- 130
cuſarit oblatam pecuniam, nec ne emptori, argumento textus *in l. qui decem. 71. in princ. & l. creditor. 102. ff. de ſolut.* Atque ita † videntur 131
velle propè in terminis Tiraq. *de retract. convent. §. 4. gloſſ. 6. nu. 34.* Si-
giſmund. Scacc. *in tract. de commerc. & camb. §. 2. gloſſ. 5. n. 161.* Marti.
Peg. *in lib. ſing.* vom Widerkauff. *c. 16.* quibus adde Caroc. *in tract. de depoſit. part. 2. quæſt 81. & 83.* Gœdd. *de contrah. & committ ſtipulat. c. 1. num. 88.* Matth, de Afflict. *deciſ. 150. num.* 172. nec minus hanc ſenten-
tiam ſub eadem diſtinctione amplexi ſunt noviſſimè die Chur-
Sächſiſche Vice Hoffrichter vnd Juriſten Facultät zu Wittenberg

 in ihrer

in ihrer Reſolution vnd Bedencken über etliche Müntzfragen / *quæſt.*
4.n.59.& duob.ſeqq. & in ipſa Conſtitut. Elector. ibid. ſubjecta.
132 Limita III. † concluſionem non procedere eo in caſu, quo,
poſtquam is, qui retrahere ex jure gentilitio volebat, emptori intra
legitima tempora pecuniam obtulit, & emptor recuſavit, illa con-
ſanguineo ſecundà vice emptori offerre volenti, à latronibus erepta
ſit, tunc enim erepta cenſetur non retrahenti, ſed emptori, cùm ipſe
ex recuſatione prima, anſam dederit ſecundâ vice offerendi, ex quo
occaſio ſpolii ſecuta eſt. Si enim primâ vice accepiſſet pecuniam
emptor, oblatione ulteriori opus haud fuiſſet, nec pecuniam amit-
tere neceſſe habuiſſet conſanguineus, quod quia emptor non fecit,
damnum quod ſuâ culpâ contingit, & cujus occaſionem emptor de-
dit, ſibi expenſum ferre debet, argumento vulgatæ regulæ *in cap. da-*
mnum. de R. I. in 6. cum ſimilib. Atque ita in terminis ſtatuit Tiraq.
hic §. 1. *gloſſ.* 12. *num.* 2. Neque hoc in caſu conſanguineo retractu-
ro rationis dubitandi vice obſtaret, quod cùm quælibet res domi-
no ſuo pereat, *l. quæ fortuitis. C. de pignor. act.* & verò in hoc caſu pecu-
nia oblata nunquam ab emptore ſit recepta, ejus etiam damno ab-
lata putari non debeat, ſed conſanguinei, cui erepta eſt. Ratio e-
nim decidendi in promptu eſt, quod inſpecto juris effectu, res con-
ſanguineo retrahenti ablata, perindo ſit in illo caſu, ac ſi emptori
133 ipſi ablata fuiſſet. Cùm receptum ſit, periculum † pecuniæ ſpecta-
re ad creditorem, qui ipſam accipere renuit per text. *in l. ſi opera. ff. de*
except. doli. l. ſi ſoluturus. l. qui decem in princ. & l. ſi debitor offerret. ff. de
134 *ſolut.* Quoties † enim per ipſam partem ſtetit, quò minus ei ſolutio
fierit, ex ejus mora offerens vel deponens damnum haud ſubit. *l.* 1. *in*
princ. ff. de alien. jud. mut. cauſ. fact. Cravett. *in reſp.* 1. *pro genero. nu.* 168.
135 Sed cùm † pars eſt in mora depoſiti recipiendi, pro ſoluta & accepta-
ta pecunia, in odium & perniciem illius habetur, qui reus moræ eſt.
Cavalc. *deciſ. 176. nu. 30. & ſeqq.* Cravett. *d. reſp. 1. pro genero. num.* 167.
136 Carol. Ruin. *conſ. 133. num. 7. lib.* 4. Ideoq; † fortuiti caſus, ſemper
pertinent ad periculum moratoris, niſi probet, rem æquè apud a-
ctorem perituram fuiſſe, ut eleganter diſtincteq; ex pluribus legi-
bus firmat Anton. Faber *in Cod. rer. in Saband. judicat. lib. 4. tit. 24. de-*
fin. 24. ſubjiciens, ita tractatum eſſe in cauſa Joannis Carlet. & Lu-
dovici Durand. 13. Cal. Jun. Anno 1595.

Limi-

Limitatur IV. † vel potius [illegible] concluſio, quod ſicut 137
onera, alia & pericula, quæ [illegible] ſeu
fundo oriunt, de quibus emptor certior non [illegible] ad venditorem, poſt contractum verò celebratum emergentia [illegible] emptorem ſpectant. *l. 1. ſeq;* Bald. & Salycet. *ff. de peric. & com. rei vend.* [illegible] *conſ. 16. num. 117. vol. 1.* idem etiam tenendum ſit in retractu, & quidem utroque V. G. Si emptor ignorans ſervitutem uſusfructus, vel magnum reditum inhærentem prædio vendito, illud emerit ſine onere, & ſolverit juſtum pretium fundi, nihilominus enim, quantum ſine illis oneribus valeret, ſolidum pretium ab emptore ſolutum debet a retrahente refundi cum legalibus impenſis. Et hoc ſibi imputare debet retrahens, vel ſtatim abſtinere à retractu, ſi non ſit ſibi utilis. Verùm enim verò, cum conſanguineus hoc caſu ad inſtar emptoris, ex illa venditoris reticentia, damnum incurrere non debeat, propterea quod † res onus aliquod annexum habens, minus valeat 138
quam res ab omni onere liberata. *l. ſi quos. C. de reſcind. vendit.* Pinell. *in l. 2 p. 3. c. xlt. n. 19. C. de reſcind. vendit* Marcell. Gala *in tract. de modo articul. & proband. §. 2. gloſſ. unic. nu.* 740. Ideoq; is † qui retraxit, re- 139
curſum hoc caſu habet contra venditorem, qualem emptor habebat contra eum, etiam non factâ ceſſione actionum, quia agnitio & dimiſſio per retractum tacitam inducit jurium & actionum competentium ceſſionem, *ut alibi diximus quæſt 5. concl. 1. illat. 2.* Vel emptor † ad requiſitionem conſanguinei retrahentis tenetur ipſi cede- 140
re actiones, quas contra venditorem ratione emptionis habet, puta actionem ex empto vice evictionis juris confuſi, vel condictionem indebiti, quaſi indebitè ſit ſolutum totum pretium, omiſſa exceptione jurium confuſorum, & ſi quæ aliæ ſunt actiones, per ea quæ in frontiſpicio hujus concluſionis ex Carolo Molinæo *ad conſuetud. Pariſ. §. 20. gloſſ. 5. in verb. vendu. n.* 40, qui in terminis ita loquitur, attulimus.

Sublimitatur † verò hæc limitatio, ſecundùm eundem Molin. 141
d. loc. in fin. nō procedere, ſi ille reditus, aut aliud onus non eſſet pars pretii, nec rei, nec tacitè, nec expreſſè, ut quod venditor illum reditum aſſignaverit ſuper alio prædio ſuo, daß er ſolche Beſchwerung vff ein ander ſtück Guts geſchlagen hette / tunc enim quia non confunditur, ſed venditor remanet efficaciter obligatus, & emptor

habet aliunde ſalvum jus ſuum, nihil eo nomine reſtitui debet, ſive à venditore, ſive conſanguineo retrahente.

CONCLUSIO II.

Hactenus de periculo rei venditæ, ſeu oblatæ & depoſitæ pecuniæ, quod occaſione retractus potiſſimum inter emptorẽ & conſanguineum vertitur; Reſtat ut etiam pauca de periculo evictionis, quam emptores prætextu retractæ rei nonnunquam à venditoribus, vel denuò conſanguinei retrahentes ab iisdem venditoribus repoſcunt, ſubjiciamus. Circa quod firma & immota eſt concluſio;
143 Ex † mero & ſolo retractu, quo mediante res extraneo vendita à conſanguineo proximo in familiam quaſi vindicatur & reducitur, regulariter venditorem ad evictionem præſtandam emptori haud teneri. Ita ſtatuunt in terminis Dd. uno ore: Tiraquell. *hic* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 34. *& ſeqq.* Curt. Sen. *conſil.* 49. *num.* 71. Carol. Molin. *conſ.* 72. *nu.* 5. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 3. *num.* 41. *vol.* 1. Fichard. *conſil. German.* 34. *nu.* 14. Matth. de Afflict. *de jur. protimiſ.* § *ut infra.* 30. *dies. in fin. nu.* 37. *& deciſ.* 153. Gaſpar. Caballin. *in tract. de evict.* §. 3. *quæſt.* 24. *n.* 167. Balthaſ. Benedell. *in tract. de jur. prothomiſ. ad rubr. n.* 63. Hartm. Piſt. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 9. Berlich. *deciſ.* 124. *num.* 4. Henning. Hamel. *in comment. de action. cap.* 17. *nu.* 48. *& ſeq.* Johan. Hering. *in tract. de molendin quæſt.* 30. *num.* 23. Martin Peg. *in tract.* vom Verkauff. *c.* 41. Bonavent. Gaver, *diſput. Baſil. de retract. theſ.* 77. *in princ. & in allegat. ad lit.* A.

144 Scrupulum quidem dubitandi injicit, quod venditor contractu perfecto ad duo potiſſimum emptori teneatur, ut ſcilicet rem venditam tradat, & evictionem inſuper ſeu evictionis periculum & damnum præſtet, cùm ea † tacitè ex natura & ſubſtantia contractus emptioni & venditioni ſemper inſit. *l. ex empto.* 11. *ff. de action. empt. l. non dubitatur.* 6. *C. de evict. l. ſi in venditione.* 60. *eod.* Alexand. Ludoviſ. *deciſ. Rota Roman.* 90. *n.* 10. Sichard. *ad rubr. C. de evict. n.* 3. *&* 4. Matth. Weſenb. *in parat. de evict. nu.* 2. Caballin. *in tract. de evict.* §. 4. *num.* 35. Heig. *lib.* 1. *quæſt.* 36. *n.* 22. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 2. Mozz. *in tract. de contract. rubr. de natural. empt. vend. n.* 1. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 116. *nu.* 7. ubi in Camera ita judicatum refert anno 1567. 7. Jul. in cauſa Burggraven der Burg Friedburg contra Hanawiſche

nawiſche Verminder. [illegible] † illum non [illegible] ſit in contractu ex- 145
primere. *l. 2. & ad in [illegible]* Reinh. [illegible] *Conſ. Franc. [illegible] de [illegible] art. 6.* Dec. *conſ. 413. nu. 13.* Curt. Jun. [illegible] cum
ea † quæ inſunt, habeantur pro expreſſis & quæ ſubeſſe [illegible], ha- 146
beantur pro appoſitis. *l. ſolemnes. [illegible] ff. de [illegible] quod. [illegible]* Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 4. nu. 97.* Sichard. *ad l. non dubitatur. [illegible] C. de evict.* Unde evictio † appendix & acceſſorium emptionis vendi- 147
tionis, *l. ſi cum tibi pretium. C. de judic.* Pruckman. *conſ. 46. n. 23. vol. 1.* Illiusq; obligatio † pars obligationis empti & venditi dicitur. Do- 148
nell. *ad tit. C. de evict. n. 1.*

Pro deciſione tamen advertendum, quod † illa jura proce- 149
dant in generalibus terminis; ſed non ſemper in ſpecialibus, ideò quod multi ſint caſus, quibus evictioni etiam in contractu emptio-
nis & venditionis locus non eſſe dicatur, utputa 1. quando † res e- 150
vincitur ſecundum propriam naturam ſuam, vel qualitatem rei inhærentem, quod accidit in rebus reſtitutioni ſubjectis. Oliver. Beltramin. *in addit. ad Alexand. Ludoviſ. deciſ. Sacr. Rotæ Roman. [illegible] n. 16. ubi refert pro judicium.* Burſat. *conſ. 173. nu. 20. lib. 2.* Curt. Sen. *conſ. 49. num. 71.* Carol. Ruin. *conſil. 72. num. 5. lib. 5. & conſ. 11. lib. 1.* Simon de Præt. *conſil. 54. num. 76. & ſeq.* Caballin. *de evict. §. 5. num. 33.* Decian. *reſp. 41. num. 160. volum. 1. & reſp. 30. num. 44. vol. 3.* Menoch. *conſ. 418. num. 2. vol. 5.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 10. num. 7.* Vel 2. res † non 151
ideò evincitur, quod non ſit venditoris, ſed jure ſpeciali, per notata *in l. minor. 39. in princ. de evict.* Fichard. *conſil. 34. nu. 14. volum. 3.*
Vel 3. res † jure municipali evincitur ex perſona emptoris, *argumen-* 152
to l. ſi per imprudentiam. 51. l. hoc jure. 27. cum l. ſeq. & l. ſi ſervum. 25. de evict. Vel 4. evictio † ex cauſa nova, quæque rei contractus tempore 153
non inerat, evenit. *l. cũ in venditione. 3. l. Lucius. 11. in pr. ff. de evict.* Bar. *ad l. 1. n. 1. & ibi* Caſtr. *n. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* Caballin. *de evict. § 5. n. 52.* Joan. Petr. Surd. *conſ. 15. nu. 27. & conſ. 60. nu. 18. volum. 1.* At enim hic res vendita ex ſui natura evincitur ab extraneo emptore, non quaſi non ſit venditoris, ſed jure ſpeciali, mediante actione retractus vigore ſtatuti competentis, & quidem ex cauſa nova conſanguinitatis, quæ poſt contractum venditionis ſupervenit. Ergo. Ad hæc 5. conſtat, evictionem † locum non habere, atque ſic prædi- 154
cta in ratione dubitandi non procedere, cum emptori notum eſt

tertio

tertio alicui jus in ea re competere. *l. ſi fundum. C. de evict.* M Anton. Natta *conſ. 181. num. 8. & conſ. 262. num. 4. & ſeq.* Caballin. *de evict.* §. 5.
155 *num. 31.* D. Vultej. *conſil. Marpurg. 21. num. 278. vol. 3.* Aut quando 6. † emptor propriâ ſuâ culpò rem evinci patitur. *l. emptor. C. de eviction.* Donell. *lib. 13. comment. jur. c. 2. in fin.* Weſenb. *in paratit. de evict. n. 10. in med.* Caballin. *de evict. d. §. 5. num. 50.* Sed hîc extraneo, emendo rem ex familia quadam, haud incognitum eſt, vel ſaltem eſſe debet, illam rem intra ſtatuti tempora per conſanguineum proximum mediante retractu eſſe revocabilem, atque adeò ejus rei probabilem & veriſimilem ſcientiam habuit, vel habere debuit. Quare quod retractus non emanſit, id ſibi acceptum ferre debet, non venditori, qui nihil admiſit, dum ſecundum ſtatuta loci, quæ jn emptionib. & venditionibus retractum hunc concedunt, cum emptore contractum
156 legitimè inivit: Contractus † enim potiſſima interpretatio ex moribus loci vel religionis, ubi celebratur, ſumenda eſt. *l. 1. C. de ex. anc. lib. l. ſi non ſpecialiter. & l. ult. C. de teſtam.* gl. *in l. 2. ff. de eo quod certo loco.* Tiber. Decian. *reſp. 11. num. 179 & conſ. 31. nu. 144. vol. 1.* Pruckman.
157 *vol. 1. conſ. 46. num. 35.* ſubdens *num. 36.* illos mores † regionis in evictionum quoque litigiis cumprimis conſiderandos eſſe, per expreſſam *l. quod ſi nolit. § quia aſſidua ff. de ædil. edict.*

158 Ampliatur I. † concluſio præcedens, ut procedat etiam eo caſu, quo emptor fecit conſcribere in inſtrumento, rem eſſe ſibi datum in ſolutum vel causâ permutationis, ut jus & neceſſitatem retractus evitaret, tunc enim adeò non aget re evictâ, ut etiam perdat pretium, retractâ re per proximiorem, ſi fraudis particeps extiterit, ſecundùm ea quæ annotavit Petr. Rebuff. *in comment. ſuper Conſtit. Franc tit. de dilat. art. 5 glo. unic. n. 20.* Caſp. Caballin. *in tract. de evict.*
159 *§. 5. num. 50. verſ. unde ſi emptor.* Evictionem † namque haud competere, ſi emptor culpâ ſuâ ceciderit à poſſeſſione rei emptæ conſtat. *ex l. ſi rem quam. 29. §. 1. & l. ſi mancipium. in princ. ff. de eviction. cum ſimilib.* Caballin. *d. loc. in pr.* quod latius perſequitur Donell. *ad l. emptor. 8. n. 3. C. de eviction.*

160 Ampliatur II. † concluſio, ut judicio evictionis propter retractum locus non ſit, etiamſi venditor tempore contractus generaliter in ſe periculum evictionis ſuſceperit, promittendo rem fore tutam à retractu, vel eam ſe tradere liberam, vacuam & expeditam,

aut

aut etiam promittendo evictionem quocunque modo res evincatur, niſi in ſpecie evictionis pro retractu fiat mentio. Quando enim † res ex ſui natura evincitur, ut locum habeat evictio, non ſufficit, generaliter de evictione ſtipulari, ſed opus expreſsè ſibi in hũc caſum providere, ut eſt textus *in l. fundum meum. 20. ff. de evict. l. 1. § ſi ſub conditione. ff. ut legat. ſeu fideicom. nom. cav.* Schrad. *de feud. 2. p. nona par. princ. ſect. 6. ſub n. 4. v. item etiamſi de evictione.* unde traditum eſt, venditorem teneri emptorem ſpecialiter certiorare de qualitate rei venditæ, nec ſufficere, quod in genere & obſcurè enunciet ſeu ſub verborum involucro. Surd. *conſil. 13. nu. 34.* cum ſimilibus apud Olivar. Beltramin. *in addit. ad Alexan. Ludoviſii deciſ. Rot. Roma. 119. n. 10.* Et ita † in terminis firmatur per Tiraq. *hic §. 1. gloſſ. 9. num. 56. & ſeq. & §. 36. gloſſ. 2. nu. 98.* Hamel. *de action. c. 17. num. 48.* Nicol. Everhard. Jun. *conſil. 35. nu. 5. vol. 2.* Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. 205. nu. 4. & aliquot. ſeqq. & notavi ſupra quæſt. 2. concl. 1. Ampliat. 15.* adde Honded. *vol. 1. conſil. 3. n. 42.* ubi tamen *num. 75.* in quibusdam hac in parte magis diſſentire videtur. 161 162

Extenditur † hæc Ampliatio in herede venditoris, quod nec is in illis caſibus teneatur emptori de evictione, ſiquidem generaliter defunctus promiſerit evictionem, ſecus ſi expreſsè ſpecialiter, nam utrobique factum defuncti præſtare tenetur, *argumento l. cum à matre. C. de rei vindicat. l. ſine poſſeſſio. C. de evict.* ut tenet Tiraq. *hic d. §. 1. gloſſ. 9. num. 56. in fin.* Hamel. *de action. c. 17. num. 51.* Honded. *d. conſ. 3. num. 42. in fin.* Bonavent. Gaver. *diſp. Baſil. de retract. theſ. 77. lit. A. in fin.* pro quibus facit generalis Dd. traditio, quâ dicitur, † re evictâ ex natura ſui vel contractus, contra venditorem adeò non competere evictionem, ut etiam ipſius heredes vel ſucceſſores hoc nomine non teneantur. Alexand. *conſ. 21. n. 7. lib. 5.* Schrad. *de feud. 2. part. nona part. princip. ſect. 6. n. 4. v. etiamſi illa res evincitur.* 163 164

Limita ergò concluſionem I. † ſecundùm dicta in Ampl. 2. nõ procedere, ſi quando emptor à venditore expreſſim ſibi ſtipuletur, ut ſi res empta per conſanguineum retrahatur, venditor evictionis periculum in ſe ſuſcipere debeat, per ea, quæ ultra Tiraq. *ſupra alleg. loc.* tenet Caballin. *in tract. de evictione. §. 5. nu. 35.* Hamel. *de action. d. c. 17. nu. 50.* Honded. *conſil. 3. nu. 75. vol. 1.* Nec obeſt, quod ſupra diximus, rem per retractum evinci ex natura venditionis, & ſic ceſſare 165

166 evictionem;quoniam multa † non veniunt ex natura contractus, quæ tamen veniunt ex pacto, ut ex Baldo aliisq; dicit & probat Jo-
167 han.Petr.Surd.*in tract.de aliment.tit.7.q.18.num.15.* adeò ut † generaliter omne pactum valeat contra naturam contractus, licet ſecus ſit quando eſt contra ſubſtantiam. Natta *conſ.* 114.*num.6.* Menoch.
168 *conſil.84.num.*17.Surd.*d.tit.7.q.18.num.20.* Et ita in terminis † tenet Stephan.Gratian. *Diſceptat.Forenſ.*205.*num.*10. allegans ad hoc Tiraquell.*hic* §.1.*gl.9.n.5.*Menoch.*conſil.*418.*n.*10.*& ſeqq.*

169 Limitatur II. concluſio † per quàm notabiliter eo in caſu, quo venditor dixerit emptori forſitan extraneo, vel aliâs veriſimiliter ignoranti conſuetudinem loci, eam rem, quam vendidit, non eſſe obnoxiam retractui, tunc enim ſi retrahatur, tenebitur venditor de evictione, tametſi res ex natura negotii evicta eſſet, ut eſt textus *in l.& hac diſtinctio.in pr.ff.locat.*Franciſc.Ripa *lib.1.reſp.incip.defuncto.n.62.& ſeqq.cum ſimilibus Dd.allegatis apud* Tiraq. *hic ad fin.tit.n.99.* adde & Caballin.*de evict.*§.5.*n.34.junct.n ſeq.*35.

Concluſio III.

170 Conſanguineus poſt † retractum, rei extrâneo venditæ, ſi quidem illa res ſine culpa & facto emptoris evincatur, nomine indemnitatis rectè contra venditorem agere poterit, per tradita Ferron. *in conſuetud.Burdigal.tit.de retract.*§.3.*col.2.v.quid ſi res.* quem refert & ſequitur Tiraquell.*hic ad fin.tit.num.*118. Non enim ceſſio hîc facta eſt conſanguineo ab emptore ſuâ ſponte, ideoq; non tenetur etiam de evictione, niſi ex ſuo facto aut culpa. Cùm ergo ceſſante illo ſuo facto aut culpâ conſanguineus adverſus eum agere nequeat, conſequens eſt, ut adverſus priorem venditorem agat, ab eoque indemnis præſtetur.

171 Limita hanc concluſionem III. † in emente rem immobilem à minore ſine decreto, à quo poſtmodum conſanguineus retraxit, etiamſi enim emptor minoris ætatem haud ignoravit, vel certè ignorare non debuit, atque ſic in culpa hærere videatur, conſanguineus tamen non minus eſt in culpa, quod venditionem ſine decreto per minorem factam retrahendo ſcienter approbare voluit, unde culpam, in quam ipſe incidit, emptori impingere vel objicere non poteſt.*l.ſi duo.ff.de dol.mal.l.viro atq; uxore.ff.ſolut.matrim.* præ-

ſertim

ſertim cùm † in pari cauſa culpæ potior ſit, qui defendit. *l. idem eſt. in princ. & l. ob turpem. §. ult. ff. de condict. ob turp. cauſ. cum ſimilib.* Et ita in terminis late diſputat & tenet Tiraq. *hic* §. 36. *ad fin. tit. num. 42. & ſeqq.* 172

Extenditur hæc † Limitatio, ut procedat, etiamſi ipſe conſanguineus, qui rem à minore venditam, per retractum occupavit, ſimiliter in minori vel pupillari ætate ſit conſtitutus; Nihilominus enim hic conſanguineus reſtituendus eſt, per ea, quæ in non diſpari caſu habentur. *in l. ſi quis patremfamilias, v. proinde & in eo. ff. ad SC. Vellejan.* Sed ita tamen, ut rem cum fructibus, qui vigore nullitatis contractus ad venditorem ſpectant, reſtituat, *per l. patri. §. 1. v. prædium. ff. de minor.* Neque enim æquum eſt, hos minorem conſanguineum lucrifacere cum jactura venditoris, argumento vulgatæ *l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb.* cum ſimilib. allegatis per Tiraq. qui ita in terminis tenet *hic d. §. 36. ad fin. tit. n. 51. & ſeqq.* 173

Sublimitatur † hæc limitatio, niſi emptor videns ſe captum, quod à minore emiſſet, ad retrahendum allexit conſanguineum forte ignorantem, quia degebat in remoto quopiam loco, alios clàm ſubornando, qui rem miris laudibus efferrent, aut aliter eundem ineſcavit, ut exemplo Pythii illius argentarii, Cajum Cannium equitem Romanum, ad hortorum emptionem, mirâ aſtutia, adhibitis nempe ex compoſito cymbis, piſcibus onuſtis, inſlammantis ex Cicerone *lib. 3. offic.* declarat, nec minus ex jure confirmat Tiraqu. *hic d. §. 36. ad fin. tit. nu. 50.* quod exemplum etiam plenè refertur per M. Anton. Delrio, *ad l. contractus. c. 1. fol. 115. & ſeq. ff. de R. I.* 174

AD QVAESTIONEM IX.

SUMMARIA.

1. *Actione ſine nemo experitur.*
2. *Actione deſtitutus à limine judicii repellitur, etiam parte non apponente, cum refuſione expenſarum. 3. 4.*

Libellum agentis ſine actione judex lacerare debet.

5. *Actio quid ſit?*
6. *Actio propter ſolum intereſſe non datur, niſi legibus & ſtatutis aſſiſtentibus.*
7. *Actio ex nudo pacto non oritur.*

Experitur ut ſine actione cui ſimilis.

8. *Actiones arma ſunt reorum.*

9. Exceptiones arma reorum.
10. Actio eſt telum, exceptio aries ſeu clypeus.
11. Actionis genus ante omnia, ac illius qualitates & requiſita conſideranda ſunt, cum ab Advocatis tum à judice, & quare ab utriſq; ? n. 12. 18.
13. Medicorum cum Advocatis comparatio.
14. Medicamenta quod morbis, hoc jura exhibent negotiis.
15. Ius ex facto oritur.
16. Facta quot, tot actiones & libelli.
17. Facti diverſitas juris diverſitatem inducit.
19. Sententia ſecundum actionis ſpeciem & libellum formatur.
20. Sententia ferri nequit, actione non competente.
21. Sententia pro aliquo actionem non habente lata non valet.
22. Iudicis poteſtas ultra deducta in judicium non extenditur.
23. Iudex alteri dominium abjudicare nequit, niſi naturâ actionis ſuadente.
24. Iudex quod alterius eſt, ejus eſſe per ſententiam declarat.
25. Iudicis per ſententiam declaratio cui aſſimiletur ?
26. Actionis non cõpetentis exceptio omnium primò eſt expedienda.
27. Actore non probante reus abſolvitur.
28. Exceptiones actionum eliſiones dicuntur, & quare ?
29. Actionis de genere inveſtigando ejuſq; compendio quis ſcripſerit ?
30. Retractus gentilitius non competit viâ executionis ſed actionis, ejuſq; effectus.
31. Retrahens à retractu ſemel acceptato, lite motâ, vel ſententiâ impetratâ, reſilire nequit. n. 32.
33. Gentilis obtinens ex actione retractus executionem deſerere nequit.

Concl. 1.

34. Actio retractus proximitatis definitur.
35. Condictio ex lege, moribus vel ſtatutis datur, lege actionis genus non exprimente.
36. Obligatio ex lege vel minoribus quando introducatur?
37. Condictio ex moribus ex negotio feudali oritur.
38. Condictio ex ſtatuto, victum victori in expenſis damnante oritur.
39. Condictio ad alimenta à ſtatuto ordinata competit itemq; ex aliis caſibus.
40. Condictio ex retractu competit.
41. Condictio ex lege vel moribus actio eſt perſonalis, & contra quẽ detur ?
42. Condictio ex contractu vel quaſi delicto, vel quaſi oritur.
43. Argumentum à ſufficienti par-

tium enumeratione valet, ſecus ſi ab inſufficienti. 44.

45. *Obligatio & actio non ſolum ex contractu vel facto noſtro, ſed etiā ſæpè ex juris diſpoſitione oritur.*

46. *Actio retractus unde veniat?*

47. *Dativæ actionis mater non eſt obligatio.*

48. *Perſonali actione cum quo agatur.*

49. *Actionem retractus ex quaſi contractu oriri probatur.*

50. *Retrahendi poteſtate durante, res non dicitur verè emptoris, cui tradita fuit, & quare?*

51. *Perveniſſe non dicitur, quod non eſt remanſurum.*

Inf. ex concl.

52. *Libellus actionis ſeu condictionis ex retractu ad conſuetudinē, ſtatutum & mores regionis, in qua res ſita eſt, expreſſim concludet.*

53. *Eventus poſterior formatur ad principium tituli.*

54. *Cauſa oſtendit, quale ſit cauſatum.*

55. *Obligationes legales ſunt præciſæ.*

56. *Mores & conſuetudines appellatione juris veniunt.*

57. *Conſuetudines in illis locis, ubi vigent, jus commune ſunt, & ſub illius nomine comprehenduntur.*

58. *Conſuetudines & ſtatuta pari paſſu ambulant.*

59. *Conſuetudines & ſtatuta ſtricti juris & fori cenſentur.*

60. *Actiones ſeu condictiones ex ſtatuto juris ſtricti & non bonæ fidei eſſe dicuntur.*

61. *Actio ex retractu eſt ſtricti juris.*

Infer 2. ex concl.

62. *Actionem ſeu condictionem ex retractu conſanguinitatis non eſſe prætoriam ſed civilem.*

63. *Statuta & conſuetudines juris civilis pars ſunt & portio.*

64. *Statuta & conſuetudines provinciales Ducum, Marchionum, Comitum, &c. juris civilis ſunt.*

65. *Actiones ex jure civili deſcendentes, civiles & non prætoriæ reputantur.*

66. *Condictionis nomen ex lege venit, & opponitur juri prætorio, ex quo actio in factum oritur.*

67. *Argumentum ab effectu validiſſimum.*

68. *Actiones deſcendentes ex jure civili perpetuæ, ex jure prætorio, temporales ſunt.*

69. *Actiones ut civiles vel prætoriæ cenſeantur, quid inſpiciendum?*

70. *Actio ex retractu cum non ex prætoris albo, ſed ex ſtatuto & conſuetudine locorum reſultet, non prætoria ſed civilis reputatur.*

71. *Actiones ex conſuetudine feudorum proficiſcentes civiles ſunt, non prætoriæ.*

72. *Cauſa prima ex potentia ordinatur potentia cauſæ ſecundæ.*

73. *Origo qualis eſt, talis & inde dependentia.*

74. *Origo cujusq; actionis intuenda, nec ſidendum ſemper indicta prætoris formulæ. Iudicium dabo, & quare?*

Decl. Concluſ.

75. *Vt & confeſſoria in retractu agatur pro jure incorporali repetendo.*

76. *Confeſſoria actio ad laudemia competit.*

Confeſſoria & negatoria etiam pro aliis juribus quam ſervitutibus vindicandis utimur.

Concl. 2.

77. *Condictio ex retractu gentilitio competens eſt quidem perſonalis, ſed tamen in rem ſcripta: idem aſſeritur de revocatoria feudi 78.*

79. *Condictiones omnes in perſonam actionis ſunt.*

80. *Actio perſonalis oſſibus perſonæ inhæret, velut Character Baptiſmi in anima decl. n. 90.*

81. *Actio ex pacto revendendi oritur perſonalis, ex empto nimirum vel præſcriptis verbis. 96 97. contra. n. 94.*

82. *Argumentum à pacto ad cõſuetudinem, legem vel ſtatutum affirmativè ductum valet. dec. n. 99.*

83. *Actiones pleraſq; dari perſonales in rem tamen ſcriptas novum non eſt.*

84. *Condictio competens ex cau. redintegranda eſt in rem ſcripta.*

85. *Remedia contra vaſallum competentia poſſeſſoria in rem ſcripta ſunt.*

86. *Interdicta perſonalia in rem ſunt concepta.*

87. *Actio quod metus cauſâ in rem ſcripta eſt.*

88. *Privilegium quod ſonat in perſonam, ad alios non transfertur, maximè quando perſona favore immediatè indulgetur. 89.*

91. *Res una eademq; diverſa natura diverſis reſpectibus eſſe cẽſetur.*

92. *Actionem ex retractu competentem diverſo reſpectu eſſe perſonalem & realem, exemplo hypothecariæ docetur. 93.*

95. *Argumentum notius ſit ipsâ quæſtione.*

98. *Actionem ex retractu gentilitio competentem cur receptum ſit in rem ſcriptam eſſe.*

100. *Ratio diverſa diverſum jus parit.*

101. *Retractus gentilitius & convẽtionalis quomodo inter ſe differant*

102. *Pacta ultra perſonas non trãſeunt.*

103. *Venditori imputandum, quod legem pacti non dixerit apertius.*

Decl.

Decl. Concl.

104. *Actiones in rem ſcriptæ quænam dicantur? n. 105. 106.*

107. *Actiones in rem ſcriptæ mixtæ dicuntur, & quare? n. 107.*

Infer ex concl.

108. *Actio ex retractu gentilitio cõpetens, contra quemcunq; poſſeſſorem datur, licet res vendita per mille manus ambulaverit. 112.*

109. *Actionis in rem ſcriptæ natura eſt, adverſus quemcunq; competere poſſeſſorem.*

110. *Actio deſcendens ex legis diſpoſitione eſt in rem ſcripta, & quemcunq; ſequitur poſſeſſorem.*

111. *Actio exigendi laudemium debetur ex juris diſpoſitione, & quanam?*

113. *Actiones perſonales non rem ſed perſonam reſpiciunt, & comitantur, ut lepra leproſum. 114.*

115. *Actiones perſonales contra ſingularem ſucceſſorem & tertium fundi poſſeſſorem non dantur.*

116. *Actio perſonalis contra tertiũ non datur, etiamſi ipſa contracta ſit habito reſpectu ad rem, quæ ad tertiam tranſivit.*

117. *Perſonalia perſonam non egrediuntur.*

118. *Negotiis in omnibus quo nomine reſpectu & contemplatione quid fiat, inſpiciendum.*

119. *Potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.*

120. *Verba legis & ſtatuti inſpicienda ſunt ad dignoſcendam actionẽ in rem ſcriptam, vel perſonalem, prout principaliter rem vel perſonam concipiuntur.*

121. *Obligatio contracta reſpectu rerum competit adverſus quemcunq; poſſeſſorem.*

122. *Privilegium, quod non eſt merè perſonale, ſi actioni & cauſa cohereat non migrat de ſubjecto in ſubjectum.*

123. *Actio, quæ non eſt merè perſonalis ſed reſpectiva, ad rem, fundum ſequitur.*

124. *Res cum eſt affecta, actio perſonalis contra ſingularem datur ſucceſſorem.*

125. *Exemplis res clarior fit.*

126. *Condictio competens ex l. extat. ff. quod met. cauſ. eſt in rem ſcripta, & contra quoſcunq; datur poſſeſſores.*

127. *Condictio competens ex l. meminerint. C. unde vi. eſt in rem ſcripta, competens contra quoſcunque poſſeſſores.*

128. *Condictio ex lege competens ad petendum legitimæ ſupplementum eſt in rem ſcripta contra quemlibet poſſeſſorem.*

129. *Actio exigendi laudemium tanquam in rem ſcripta contra quemvis competit poſſeſſorem: Idem aſſeritur de Salviano remedio. n. 130.*

131. *Actio*

131. *Actio ob metum contra quos competat?*

132. *Condictio ex moribus, qua feudum venditum retrahitur, ceu in rem ſcripta, contra quemlibet competit poſſeſſorem.*

133. *Actiones perſonales in rem ſcripta ſimilitudinem habent realium & ſequuntur poſſeſſorem.*

134. *Actiones reales poſſeſſorem ſequuntur.*

135. *Actiones perſonales in rem ſcripta dantur contra ſingulares ſucceſſores, non quia ſucceſſores, ſed quia poſſeſſores.*

136. *Actiones perſonales etiam in ſubſidium quandoq; dantur cõtra ſingularem ſucceſſorem.*

137. *Condictiones ex lege vel moribus in ſubſidium dantur.*

Ampl. 1. illat.

138. *Etiamſi titulo donationis durãte tempore retractus res ad tertium poſſeſſorem devenerit.*

139. *Agnatus ex venditione extraneo factâ ſtatim habet jus quaſitum.*

140. *Quaſitum alicui jus ſine facto ſuo auferri nequit.*

141. *Tertio non prajudicat res inter alios acta.*

142. *Quaſitum jus difficilius tollitur querendo.*

143. *Iuris plus nemo in alium transferre poteſt quam ipſe habet.*

144. *Remedio juris ex alieno facto alicui quaſito, poteſt quis uti contra quemlibet etiam invitum.*

145. *Condictioni ſeu juri ex retractu ut locus ſit, quanam requirantur?*

146. *Non entis nulla qualitates & accidentia.*

147. *Duobus vel pluribus à lege vel ſtatuto requiſitis, alterum vel unum non ſufficit.*

148. *Principaliter quod ſit, nõ quod ex accidenti venit, attendendum.*

149. *Tituli ad primordium poſterior formatur eventus?*

150. *Principii ex ordine interpretamur finem.*

151. *Sequela omnes illius actus licita ſunt, initium cujus eſt licitum.*

152. *Conditionis melioris autore ſuo nemo eſſe debet.*

Ampl. 2. illat.

153. *Etiãſi ex cauſa permutationis, tranſactionis, vel alio titulo retractui haut obnoxio intra tẽpus retractus res ab emptore alienata ſit.*

154. *Res qualibet tranſit cum ſua qualitate, onere vel vitio.*

155. *Actiones ſunt in noſtra poteſtate, non paſſiones.*

156. *Directo conceſſum per obliquũ non infirmetur.*

157. *Diminutionem non debet operari quod ad augmentum inductum eſt.*

158. *Fraudibus via non aperienda.*

159. *Ius alterius fraude cujusdam deterius reddi non debet.*

160. En-

160 *[illegible] ſit rati-one [illegible].*

Decl. 1. ampl. [illegible]

161 *Ut retrahens [illegible] ex alia cauſa permutationis, tranſ-actionis, venditionis ulterioris rem poſſidenti pretium primæ emptionis reſ[illegible]dere teneatur.*

162. *Agnato jus retractus ex prio-ri venditione non poſteriori con-tractu competit.*

163. *Maranta conſilium.*

164. *Retrahens declarationẽ pretii petere poteſt à venditore, ſi non ſit contẽtus cũ declaratione emptoris.*

Decl. 2.

165. *In ſecũdo poſſeſſore, nomine pre tii, quod juxta venditionem pri-mam minus accepit à conſangui-neo pro reſiduo ſoluto ad ſuum au-torem regreſſum inſtituere valen-te. decl. n. 167.*

Re per retractum evicta, quatenus venditor de evictione non tenea-tur?

166. *Iacturâ cum alterius nemo locupletari debet.*

168. *Donator regulariter ad evi-ctionem non tenetur.*

169. *Liberalitas cuiq; damnoſa eſſe non debet.*

Inf. 2. ex concl.

170. *Actionem ex jure retractus gentilitii competentem tam in loco domicilii ſeu coram judice ordinario quam coram rei ſitæ intentari poſſe.*

171. *[illegible] ad diſtractum, forum rei ſit [illegible].*

172. *Diſtractus ſpecies eſt natu-ræ, quæ contractuum [illegible] regulatur.*

173. *Retrahens ad diſtractum agit, contra n. 177.*

174. *Argumentum à diſtractu ad contractum non niſi ſtante ratio-nis identitate valet.*

175. *Retractus & diſtractus magis ſunt diverſa.*

176. *Contrahere plus eſt, quam di-ſtrahere.*

178. *Actione perſonali reus in loco domicilii convenitur.*

179. *Actione reali quis forum ſor-titur ejus judicis, in cujus terri-torio res ſita eſt.*

180. *Clericus emptor ſortitur fo-rum etiam judicis ſecularis, ſub quo res ſita eſt.*

Ampl. illat. 2.

181. *Ut re retrahendâ ſub diverſis jurisdictionibus ſitâ, actor apud omnium ſuperiorem proximum litem inſtituere poſſit.*

Continentia cauſæ non dividenda.

Proceſſus in Camerâ impetrantur reſpectu immobilium, ad quæ a-gitur, in pluribus territoriis ſito-rum.

Decl. ampl.

182. *Ut rebus retractui obnoxiis ſub plurib. quarũ una caput vel prin-cipalis eſt, jurisdictionibus exiſtẽ-*

 tibus

tibus, principalem judicem adire, alias omnibus æquè principalibus exiſtentibus, adire illum judicem ſufficiat, ſub quo major pars rerum venditarum ſita eſt. 186.

183. *Rebus pluribus exiſtentibus diverſiſori, id ſequendum, in quo major pars earum habetur.*

184. *Forum ſortiri quilibet intelligitur eo in loco, in quo habet majorem fortunarum partem.*

185. *Major pars ad ſe minorem trahet.*

187. *Condictio ex retractu gentilitio competens, quomodo proponenda?*

Decl. illat. 2. cum ampl. & declar.

188. *Ut ſolennitates & formalitates à conſuetudinibus introductas illæ neceſſariò obſerventur, quas introduxit conſuetudo loci, ubi res ſita eſt.*

QUÆSTIO IX.

DE ACTIONE IURIS RETRACTUS ORDINANDA & apud quem judicem?

NON ſatis eſt, competere alicui jus, niſi quis idipſum competente actione in judicio proſequatur, juxta indubitati juris regulam:
1 Quod † ſine actione nemo experiatur. *l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de negot. geſt. l. 2. de dot. præleg.* Bart. *in l. vinum. n. 14. ff. ſi cert. pet.* Jaſ. *in l. ubi pacta nu. 10. C. de tranſact.* Robert. Marant. *in ſpec. jud. p. 4. diſt. 3. num. 3.* Meichſner. *deciſ. Cam. 20. num. 6. tom. 3.* Vult. *conſil. Marp. 19. n. 11. volum. 1.* Pruckman. *in §. venatio. c. 4. nu. 30.* Contard. *in l. diffamari. c. 4. num. 153. C. de ingen. manumiſſ.* Riminald. *ad l. 1. nu. 246. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 28. num. 5. & quæſt. 35. nu. 49.* Treutler. *conſ. 16. num. 3. vol. 1.* Matth. Berlich. *deciſ. 78. nu. 14.* Sed
2 à limine † judicii repellatur. Pariſ. *conſil. 70. num. 24. vol. 1. & conſ. 32. num. 1. vol. 3.* Deci. *conſ. 302. nu. 4.* Nicol. Bellon. *conſ. 25. num. 1.* Matth. Weſ. *conſ. 3. num. 11. vol. 1.* Gœdd. *conſ. Marp. 24. nu. 199. vol. 1.* Vultej. *conſ. Marp. 35. nu. 176. vol. 3.* Andr. Geil. *lib. 2. obſ. 17. nu. 2.* Blanc. *in tractat. de except. imped. lit. ingreſſ. qui habetur ſub quæſt. 4. in tractat.*
3 *de comprom. c. 4. n. 1.* Aſin. *in prax. §. 13. c. 9. num. 24.* etiam † parte non opponente, ſolo judicis officio. Bart. *in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. n. 20. ff. de pact.* Jaſ. *in l. Julianus. §. offerri. ff. de act. empt.* Curt. *in l. & conventione. n. 7. C. de pact.* Marant. *de ordin. jud. in 3. part. p. 6. princ. act. 1. n. 68.* Aſin *d. § 13. c. 6. num. 6.* Gomez *var. reſol. lib. 2. c. 11. num. 24. & ſeq.* Henning. Hamel. *comment. in tit. Inſt. de action. c. 1. nu. 8.* Geil. *d. obſ. 17. num. 3.*

*num.*3.Kitzel *in ſynopſ. matrimon. c.*10.*theor.*15.*lit. H.* cum † refuſione 4
expenſarum, reſervato tamen illi jure agendi, ex cauſa apta, ſi qua
foret gloſſ. Dd. *in l. ubi pactum. C. de tranſact.* Sebaſt. Vant. *in tract. de
nullitat. tit. de nullit. ex def. proceſſ. nu.*18. *& ſeqq. & nu.* 22. Auct. *incert.
præjud. Cam. à Schönvvet. edit. verb Actio. fol* 5. imò judicem debere la-
cerare libellum agentis ſine actione reſpondit Roman. *conſ.*222. *iſta
captura. num.*4. Anchoran. *conſil.*119. quos ad hoc allegat Cardinal.
Tuſch. *pract. concluſ.*109. *n.*5. *lit. A. verb. actio.* Eſt † enim actio jus, 5
ſeu facultas, & medium perſequendi in judicio ejus quod ſibi debe-
tur. *pr. & ibi Dd. l. de action.* Petr. de Bellapert. *ad l.*1. *nu.*4. *ff. de edend.*
Stephan. Forcatul. *in Necyomant. dialog.*96. Vacon à Vacun. *declar.*
26. *num.*12. *& ſeq.* Quo jure & facultate deficiente, licet alicujus in-
terſit, fruſtra tamen is experitur, cùm † propter ſolum intereſſe 6
prætenſum actio non detur, niſi leges, jura, ſtatuta & conſuetudi-
nes propter tale intereſſe, & ſuper ejuſmodi facti ſpecie actionem
dari velint, uti eleganter infert JC. Ulpian. *in l. in hac.*3. § *ſi mecum. &*
§§. *ſeqq. ff. ad exhib.* Joh. Ferrar. Montan. *conſ. Marp.*1. *num.*14. *vol.*1.
Indeq; eſt, quod † ex nudo & vago pacto actio non oriatur, *l. juris-* 7
gentium. § *ſed cum nulla.* § *quinimò.* § *cum Marcellus. ff. de pact. l. legẽ. C.
eod.* § *in perſonã. & ibi gl. Inſtit. de action.* Barthol. Socin. *regul.*14. *& ibi*
Benedict. Vad. *in addition.* Covarr. *in relect. c. quamvis. part.*2. §.4. *in
fin.* Licet quoad jus Canonicum ſecus ſit, per tradita Cardin. Man-
tic. *de tacit. & ambig. convention. lib.*1. *tit.*8. *n.*18. Valent. Forſter. *conſ.
Marp.*10. *num.*4. *vol.*4 Et ſine actione experturus ſimilis eſſet ei,
qui ſine nave navigare, vel ei, qui ſine armis hoſtem adoriri vellet,
cùm actiones † arma ſint actorum, quibus id quod ſuum eſt, vel ſibi 8
debitum, perſequntur. *d. pr. Inſt. de action. cum allegat. à modo Dd.* Ex-
ceptiones † verò arma reorum, quibus ſe ſuaq; tuentur. Angel. 9
Aretin. *ad rubr. & in* § *idem juris. num.* 2. *per illum text. Inſt. de except.*
Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p.*1. *c.*2. *num.*230. ſeu, ut habent alii, a-
ctio † eſt telum, exceptio aries ſive clypeus Borchold. *in comm. ad pr.
Inſt. de except.* Cuj. *in rubr. lit. C. de except. ſeu præſcript. fol.*111. Quam-
obrem in † omni negotio civili, ante omnia actionis genus inveſti- 10
gandum, & deinde tam ab Advocatis, quàm à judicibus illius qua-
litates & requiſita, num facto propoſito conveniant, diligenter
conſiderandæ, per tradita Geil. *de arreſt. c.*5. *n.*11. Frider. *de proceſſ. in*

Digitized by Google

*Cam.extrah.lib.*1.*c.*21.*n.*9.Joan.Hering.*in tract.de molendin.quæſt.*56.
12 *nu.*5. Ab Advocatis: † quoad ordinandam petitionem, & forman-
da libelli narrata, ut pro negotiorum circumſtantiis & varietate,
13 competentia applicentur juris remedia. Sicut enim † Medici antę
omnia neceſſe habent cognoſcere ſpeciem morbi, eoquę cognito,
competentia remedia adhibere: Ita & Advocati, cognita facti ſpe-
cie, remedia & actiones competentes infirmitatibus civilibus, ſuf-
fragio legum & rationum adhibere debent. Bald.*in l.*2.*C. qui admitt.
ad bon.poſſeſſ.fac.l.ut reſponſum & quæ ibi not. Dd. C.de tranſact.* Franc
14 Pfeil.*conſ.*91.*num.*30. quia † quod medicamenta morbis, hoc exhi-
15 bent jura negotiis. *Nov. Iuſtin.*111.*in princ.* Hinc ex † facto jus oriri
dicitur.*l.*3.*in pr.&* §.1.*ff.de teſtib.l.ſi ex plagis.*§.*in clivo.ff.ad L. Aquil.l.
obligamur.*§.*ex facto.ff.de oblig.& act.* Vult.*conſ. Marp.*15.*n.*50.*vol.*1. &
16 quot † facta, tot actiones libelliquę *l.ſcire debemus. de V.O.* Alex.*in l.
edita.nu.*1.*C.de edend.* Geil.*lib.*1.*obſerv.*63.*nu.*4. *in fin.* Meichſner.*de-
ciſ.Cam.*22.*nu.*15.*tom.*3.Vult.*conſil.Marpurg.*30.*nu.*1. *volum.*2. inde-
17 que diverſitas † facti, juris quoque diverſitatem progignere dici-
tur.*l.aut facta.ff.de pœn.l.*3.§.1.*ff.de injuſt.rup.irrit.fact.teſt.c.celebrita-
tem.de conſecrat.diſt.*3.Cravet. *conſil.* 942. *num.*11. Menoch. *conſil.* 50.
*num.*2.Joſeph.Ludovic.*deciſ.Lucenſ.*44.*num.*62.*& ſeq.* A judicibus
18 † autem non minus quàm ab Advocatis hoc ipſum attendendum,
tum in decernendis proceſſibus: tum in referendo: tum in votis
concipiendis ac dictandis ſententiis. Geil.*de arreſt.Imp cap.*5.*nu.*11.
Tileman.de Benign.*in method.referend. cauſ.in judic. num.*7. *& ſeq.*
19 Nam † ſecundum ſpeciem actionis ſententia regulari, adeoque li-
bello actionem continenti, conformari debet.*l.ut fundus.ff.commu.
divid.c.licet Hely.verſ.nam juxta.extr.de Simon.clem.ſæpè.verſ.verùm
quia.de V.S.cum ſimilib.* Ronchegall.*ad l.eandem.in princ.n.* 273.*ff.de
duob.reis.* Sfort. Odd.*in tract.de reſtit.in in integr.quæſt.*40 *n.*6.Cæſar.
Contard.*in l.diffamari.c.*6.*num.*14.*C.de ingen.manumiſſ.* Delrio *ad l.
tranſigere.n.*151.*C de tranſact.* Paul. Chriſtin.*deciſ.Cur.Belg.vol.*4.*deciſ.*
89.*n.*4.requirens in ſpecie hujuſmodi conformitatem, quo ad rem,
20 cauſam & actionem. Et ſanè haud † poteſt ferri ſententia, ubi actio
actori non competit. gloſſ. *Inſt.de oblig. in princip.in verb.ſecundum,*
quam gloſſ. communiter probari dicit Marant.*in ſpecul. jud.p.*6.*tit.
de ſentent.& appell.n.*66.*& ſeq.* Auct. *incert.præjud. Ca.verb.actio.fol.*5.

imò

imò ſententia † pro actore [illegible] quæ ei non com- 21
petebat, non valet. Innocent. [illegible] quia caret
materia, ut dicit Marant. *p. [illegible]* Meichſner. *deciſ.*
Camer. 17. num 18. & deciſ. 20. num. 5. & 7. & deciſ. 22. num. 14. tom. 3.
Siquidem † judicis poteſtas ultra id quod in judicium deductum 22
eſt, regulariter non extenditur *l. ut fundus 18. ff. de commu. divid.* We-
ſenbec. *in paratit. ibid. num. 5.* Meichſner. *deciſ Camer. 18. num. 61.*
Tom. 3. Neque † poteſt alicui per ſententiam jus aut dominium au- 23
ferre & alteri adjudicare, niſi natura actionis hoc ſuadeat. *l. 3. l. 7.*
de publ. act. l ſi per errorem. ff. de uſucap. Utpote qui † tantum id quod 24
alterius eſt, ejus eſſe per ſententiam declarat. *argum. l. ſicut. §. ſed ſi*
quæratur. ff. ſi ſerv. vind. l. 3. § idem ſcribit. de pecul. l. Pōponius. §. ſi juſſu,
de acquir. poſſ. Quamobrem ſimilis † dicitur judicis illa declaratio ei, 25
qui granum ſpica tectum excutit: Is enim novum granum non fa-
cit, nec novam ſpeciem, ſed eam quæ eſt detegit. *l. 7. §. videntur ta-*
men. ff de acquir domin. Johan. Gœdd. *de ſequeſtrat. cap. 1. nu. 128.* Ita-
que cùm † actionis non competentis exceptio omnium ſit prima, 26
& ante omnia expedienda, ſecundùm tradita Erneſti Cothman.
volum. 1. reſp. 28. num. 311. & reſp. 45. num. 80. 81. num videlicet acti-
onis intentatæ genus competat, & an deinde illa ſit probata (ſiqui-
dem actore † non probante reus abſolvatur. *l. qui accuſare. ibi Dd C.* 27
de edend. l. 2. l. actore. 23. C. de probat. l. fin. C. de rei vindicat. c. ex literis de
probat. c. fin. de jurejur. Panthal. Cremenſ. *in l. 2. n. 213. C. de reſcind. ven-*
dit. Menoch *de poſſeſſ. rem. 3. retinend. n. 759.*) an eliſa (quod medianti-
bus uſu venit exceptionibus; hæ † enim actionum eliſiones dicun- 28
tur, quod iis velut arma offenſibilia actionum, è manibus actorum
eripiantur atque excutiantur. *argum. l. 2. in princ ff. de except.* Co-
varruv. *in cap poſſeſſor in princip. nu. 4. de Regul. jur. in 6.* Scip Gentil.
in lib. origin. in verb. exceptio. Zanger. *adtit. Inſtit. de except. in defin.*
num. 2. & ſeqq. Contard. *in l. diffamari. cap. 6. n. 6. Cod. de ingen. ma-*
numiſſ.) accuratè a judicibus perpendendum. Hæc ita breviter
pro majori evidentia præmittere in genere volui. De inveſtigan-
do † actionis genere, ejuſque utilitate & compendio eleganter & 29
latè tractat noviſſimè vir doctiſſimus Rutger. Ruland *in tractat. de*
commiſſar. & commiſſion. part. 3. lib 2. per tot. quò remitto ſtudio-
ſos

30 Cùm igitur jus † etiam retractus noſtri gentilitii non viâ exe-
cutionis ſed actionis, quâ petitur emptor condemnari ad dimitten-
dum rem pretio refuſo, competat, ſic quidem, ut vigore hujus re-
trahens poſſeſſionem rei venditæ, invito emptore propriâ auctori-
tate apprehendere non poſſit, argumento eorum, quæ in terminis
adfert Matth Weſenb. *conſ 73. n. 79. 80. vol. 2.* Carol. Mol. *ad conſuet.*
Pariſ. tit. 1. §. 20. gloſſ. 3. n. 1. adde Johan. Hering. *in tr. de molendin. quæſt.*
57. num. 42. imò tantopere agendò contra extraneum emptorem,
31 judicium ſuſcipere teneatur, ut † etiam ipſi à retractu per reum ac-
ceptato reſiſtere, vel liti motæ & ſententia impetratæ renunciare
fas non ſit. Renat. Choppin *lib. 3. de privileg. ruſticor. num. 2.* ſubdens,
ſenatum ita cenſuiſſe 5. id Quintil. Anno 1551. *& de morib. Pariſ. lib.*
2. tit. 6. n. 17. quem poſteriore loco inter alios refert & ſequitur Paul.
Chriſtin. *deciſ. Cur. Belgic. vol. 1. deciſ. 302. num. 27.* & eleganter confir-
mat Papon. *rer. in Cur. Pariſ. judic. lib. 11. tit. 7. arreſt. 7.* (acceptato, in-
32 quam, quia † aliâs reo purè conteſtato nec petita agnoſcente, libe-
rum eſſet actori, fundi redemptionem, quam proſequitur, rebus in-
tegris deſerere, refuſis modò litium expenſis, ad declarationem
Molinæi & Choppini, quos ſpeciatim refert & ſequitur dictus
Chriſtin. *ibid. nu. 28.* Balthaſ. Benedell. *in rubr. tract. de jure Protimiſ.*
num. 65. ubi ex Vincentio de Franch. ſic in ſacro conſilio Neapoli-
33 tano deciſum refert) quin & quod † obtinens ex hac actione genti-
lis, ab ejus executione emptore urgente deſiſtere non valeat, ceu
judicatum fuiſſe indigitat Joan. Papon. *d. tit. 7. arreſt 9.* Chriſtin. *vol.*
1. deciſ. Cur. Belg. 372. num. 5. vid. quæ dixi ſupra quæſt. 5 in fin. Ideóq;
ut de hujusmodi actionis natura & qualitate quædam tradantur ope-
ræ pretium eſt.

CONCLUSIO I.

34 Actio † retractus proximitatis eſt conditio ex lege, conſue-
tudine vel ſtatuto, prout in hoc vel illo loco, vel ex aliqua lege pro-
vinciæ, vel moribus, vel ſtatuto retractus jus nititur, ad rem aliena-
tam jure ſanguinis revocandam, in judicio. Nam quoties † lege,
35 moribus, aut ſtatutis, obligatio ad conſequendum aliquid compe-
tit, nec exprimitur, quo genere actionis id conſequamur, condictio
ex lege, moribus, vel ſtatutis datur *l. un. & ibi Dd. & præſertim.* Schra-

dor.

der *ff. de condict. ex leg* Joh. Oldendorp [illegible] latius perſequatur Joan. Petr. Surd *in tract. de aliment.* [illegible] *& ſeqq. & eod. tit. q. 3. num. 23.* Introducitur † autem obligatio ex lege vel mo- 36
ribus, ſive quando lex vel conſuetudo de re aliqua in aliquem obligationem eſſe vult: ſive quando alicui aliquid præſtari jubet. Donell. *ad d. l. n. 10. num. 8.* vid. Cardinal Tuſch. *pract. concluſ. 106. num 1. & ſeqq. per tot lit. A. verb. actio.* veluti noſtro caſu jubet emptori, rem emptam proximioribus pretium offerentibus reſtituere, nec tamen actionis genus exprimit. Sic † ex negotio feudali, ſecundum com- 37
munem & receptam Dd. ſententiam oritur condictio ex moribus: Angel. *in l. 1. & ibi* Jaſ. *n 9. ff. de condict. ex lege* Bald. *in rubr. C. eod.* Duar. *in tract. de feud. c. 10. n. 2.* Schrad. *de feud. 2. part. nona part. in princ ſect. 9. nu. 34.* Roſenthal. *de feud. cap. 9. concluſ. 133.* Vult. *de feud. lib. 2 cap. 1. n. 11.* Bocer. *claſſ. 2 diſput. 20. th. 5. & ſeq.* Et ex † ſtatuto, quod mandat vi- 38
ctum victori damnari in expenſas. Alex. *in l. properandum. §. ſin autem alterutra. ibiq; etiam* Jaſ. *nu. 5. C. de judic.* Surd. *de aliment. tit. 3. q. 6. num. 9.* Sicut & quando † alimenta ordinantur à ſtatuto, poſt Me- 39
noch. Surd. *d. q. 6. num. 2. in fin.* & in aliis pluribus caſibus, quorum meminit Fi mian. *in ſuo repertor. verb. condictio ex lege*, parilis oritur actio. Et quo ad † retractum ita tenet Anton. Gomez *in commentar.* 40
ad l. 70. & ſeqq. Tauri. nu. 36. p. 542. Marc. Mantua *de jure Protim. ſub n. 33.* Roſenthal. *de feud. c. 9. membr. 2. concluſ. 94. num. 11.* Geil. *lib. 2 obſ. 19. n. 6. & ibid.* Bernhard Græv. *in concluſ. 19. num. 7. & 8.* Adrian. Gylman. *rer. in Cam. Imper. judic. lib. 2. deciſ. 12. num. 11.* Et poſt Tiraq. hoc retract. §. 8. *gl. 5. n. 6.* Cardin. Tuſch. *pract. concl. 99. n 32. lit. A. ver. actio.* Diſſ. Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 26. c. 20.* ubi putat, actionem hanc potius realem eſſe.

Pro ratione dubitandi facit, quod † condictio ex lege ſeu mo- 41
ribus actio ſit perſonalis. *§. appellamus. & ibi not. Dd. Inſt. de action.* Weſenb. *in par. n. 2. in fin. ff. de condict. ex leg.* cujus mater eſt obligatio. *l. licet. §. ea obligatio, ponderando verbũ parit. ff. de procurat.* Specul. *in tit. de locat. § nunc aliqua. n. 52.* Bard. *in tract. de temp. util. & contin. c. 12. n. 1.* Andr. ab Exea *in tract. de pact. n. 337.* Vult *conſ. Marp. 21. n. 122. vol. 3.* non poteſt dari niſi adverſus eum, qui nobis jure aliquo obligatus eſt. *§. 1. Inſtit. de action.* Ideoque † non niſi ex contractu vel quaſi, ex 42
delicto vel quaſi oritur. Jaſon, Zaſ. Mynſing. Schneidevv. & alii.

ad §.

ad §.omnium l.de action. Domin. Cardinal. Tuſch. *pract.concl. nu.*10. *verb.actio,lit. A.* Feder. de Sen. *cōſ.*218. *incipit, Dom. Franciſce, in princ.* Jam verò retractus jus neque ex conventione aut contractu aliquo præambulo, vel quaſi, ipſius retrahentis cum emptore tantò minus ex delicto vel quaſi oritur. Quaproptcr illa actio non erit dicenda condictio ex lege vel moribus, per argumentum deſumptum a ſuf-
43 ficienti partium enumeratione, quod † in jure frequens & validiſſimum eſſe reputatur, teſte Everhardo Præſide *in topic. loc. à ſuffic part. enumerat. num.*1. Nicol. Everhard. Sen. *conſil.*24. *nu.*16. Mynſ. *obſerv.* 43. *cent.*3. Cacheran. *deciſ.*29. *num.*3. Garſ. *de expenſ. c.*4. *nu.*49. Rol. à Valle *conſ.*4. *nu.*25 *& conſ.*34. *num.*15. *vol.*3. Magon. *deciſ.*2. *nu.*7. *verſ. ſed augmentum.* Decian. *reſp.*7. *n.*59. *& reſp.* 8. *nu.*144. *vol.*1. *& reſp.*27. *n.*8. *vol.*2.

Pro ratione decidendi retorquendo dici poterit, illam nem-
44 pe rationem dubitandi ab inſufficienti † magis partium enumeratione ductam, haud ſtringere concludenter, *per l. filiusfamilias. & ibi gl. ff. de liber. & poſthum. c. venerabilem. & ibi Dd. extr. de elect.* Bart. *in l. ſi quis neget. ff. de liber. agnoſ.* Everhard. *in top. d. loc. n.*3. Octav. Si-
45 moncell. *in tract. de decret. minor. tit.* 6. *n.* 93. eò quod † non ſolùm ex contractu, & facto noſtro vel quaſi, ſed etiam ex juris diſpoſitione aliquando oriatur obligatio & actio, per notat. Bart. *ad l. un. n.* 2. *in*
46 *fin. ff. de condict. ex leg.* Licet itaque † retrahens conſanguineus nihil contraxerit cum emptore, neque hic deliquerit, quia tamen lex, vel ſtatutum conſanguineo in re vendita potius jus quàm extraneo tribuit, eique ita aſſiſtit, ut rem venditam ab emptore vel quocunque alio poſſeſſore, pretio refuſo revocare poſſit, fit, ut jus agendi, mediante juris proviſione, ex facto tertii, venditoris videlicet conſanguinei, ſeu potius occaſione rei venditæ oriatur, argumento eorum, quæ notat Zaſ. *lib.*2 *ſingul. reſponſ. c.*5. *nu.*4. *& ſeqq.* Confer Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ.*103. *num.*1. *& ſeqq. & præſertim. nu.*9. *lit. A. verb. actio. juncta concluſ.*106. *nu.*1. *& ſeqq. ead. lit. A.* Emptor itaque, quamvis non principaliter ex ſuo facto, ex accidenti tamen, occaſione rei retractui obnoxiæ, quam ipſe tenet, & ad cujus emptionem potius jus habet proximior, obligatur; Ideoq; juxta Dd. diſtinctio-
47 nem, non nativa ſed dativa hæc erit actio, in qua † ceſſat regula, quod obligatio propriè ita dicta, ſit mater actionis, per tradita

Zaſii

Zaſii *ad rubr. num. 8. 9.* 10. 11. Schneidew. *ibid. nu.* 8. *&* §. *omnium. n. 7. ibiq;* Mynſ. & alii *Inſt. de action.* Franciſc. Viv. *deciſ. Neapolit.* 430. *nu. 4. lib.* 3. Ludolph. Schrader. *in comment. ad l. unic. n. 4. & ſeqq. de condict. ex leg.* Hinc Ulpianus JC. in perſonam, † inquit, actio eſt, quâ cum 48
eo agimus, qui obligatus eſt nobis, ad faciendum aliquid vel dandum *l. actionum. 25. in princ. & ibi* Giphan *ff. de oblig. & act.* Quæ deſcriptio generalior quadrat etiam ad rem noſtram, cùm emptor ex proviſione legis obligetur ad dandam rem emptam retrahenti, accepto pretio. Deinde non abſonum eſt, hanc † actionem oriri ex 49
quaſi contractu, qui enim emit rem ex familia alterius, quaſi contrahere cenſetur cum omnibus proximioribus de familia, ut refuſo pretio rem reſtituat illis, & ita determinat Chaſſanæ. *ad conſuetud. Burgund.* §. 1. *ad verb. le peut rasheter. n. 3.* Bocer. *claſſ. 2. diſp. 20. thes. 5. lit. C. & theſ. 6. lit. C* Paul. Chriſt. *deciſ. Cur. Belgic. vol. 1. deciſ.* 281. *nu. 2. & deciſ. 302. nu.* 30. addens & hanc rationem, quod † videlicet durante 50
te retrahenti poteſtate, res non verè dici poſſit emptoris, cui tradita fuerit, ejusve qui ab eo cauſam habet, cùm non videatur perfectè cujusq; ea res eſſe, quæ ex caſu ipſi auferri poteſt. *l. omnes. 182. §. ult. ff. de R. I.* haud aliter ac perveniſſe † non dicitur, quod non eſt remanſurum 51
l. aliud eſt capere. ff. de V. S. facit. l. item. §. *quod ſi actor. ff. quod cujusq; univerſit. & l. ſi pro patre.* §. *verſum. ff. de in rem verſo.* Franciſc. Viv. *deciſ. 505. n. 11. lib. 3.*

Infer ex hac concluſione I. † quod cùm hæc actio ſeu condi- 52
ctio ex retractu competens, in conſuetudine, ſtatuto vel moribus provinciæ radicetur, indeq; formetur, ideoq; etiam neceſſe ſit, ut libellus ad conſuetudinem, ſtatutum & mores illos regionis, in qua res ſita eſt, expreſſim concludat, nec ab iisdem deviet, ſecundùm ea, quæ in terminis tradit Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. des retraichs.* §. 11. *lignagier.* Hadrian. Gylman. *lib. 2. rer. in Cam. Imper. judi. deciſ. 12. num* 13. Siquidem ad † primordium tituli poſterior formatur even- 53
tus. *l. unic. C. de impon. lucrat. deſcript.* Socin. ſen. *conſil. 87. ſub n. 17. verſ. ſumitur etiam. vol. 1.* Andr. ab Exea *in tract. de pact. num.* 67. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1196. *num.* 17. Cardin. Seraphin. *deciſ. aur.* 1158. *num. 5. p. 2.* & cauſa, † quale eſſe debeat cauſatum facilè oſtendit, *l. ni-* 54
hil intereſt. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. quo minus. ff. de flumin. Pruckma. *conſil. 2. num. 135. vol. 1.* Deinde facit, quod ſicut obligationes † lega- 55

Digitized by Google

les ſive deſcendentes ex obligatione legis, ſunt præciſæ, *arg. l. ſi cum exceptione. 4. § ſed & ſi quis. ff. quod met. cau. l. ſtipulatio. 21. §. ſive autē. ff. de nov. oper. nunciat.* Schrad. *de feud p. 10. ſect. 10. n. 43. & ſect. 16. nu. 38.* ita etiam hæc ex retractu conſanguinitatis competens actio, ejusq; libellus ad conſuetudinem provinciæ, ubi retractus jus viget, ceu canonem quendam, ex amuſſim ordinari & dirigi debeat, ex quo
56 mores † & conſuetudines, unde jus illud emergit, non minus quàm jus ſcriptum appellatione juris veniant. §. *ex nō ſcripto. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. præſcriptione. 2. C. ſi contra jus & util. publ.* Schrad. *de feud. 2. part. nonæ part. princ. ſect. 3. n. 113.* Frider. Pruckman. *conſil. 1. n. 110. &*
57 *conſ. 32. nu. 64.* & in † illis locis, ubi vigent, jus commune ſint, & ſub nomine illius comprehendantur, Beneckendorff. *in l. 2. fall. 1. membr. 3. p. 2. art. 1. nu. 18. ff. de R. I.* Schrad. *d. ſect. 3. nu. 113.* Pruckman. *d. conſil. 32. nu. 65.* Barthol. Muſcul. *de ſucceſſ. convent. & anom. membr. 1. claſſ. 1. concl. 3. nu. 58. fol. 37. circa princ.* Denique notum eſt, quod conſuetu-
58 dines, ſicut & ſtatuta forenſia (quæ † pari paſſu quoad juris diſpoſitionem ambulant. *l. de quibus. 32. & ibi Dd. ff. de legib. §. ſed hæc naturalia. I. de I. nat. gent. & civ.* Beneckendorff. *in d. rep. l. 2. in 1. p. 2. art. 1. nu. 64. ff. de R. I.* Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 8. n. 143.* Muſc. *d. membr. 1. claſſ. 1. concluſ. 1. num. 17.* Nicol. Everhard. Jun. *conſ. 16. num. 18. vol. 1.*) ſtricti
59 juris † & fori eſſe perhibeantur, ut declarat Muſcul. *d. concluſ. 1. num. 30.* Joan. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 2. quæſt. 15. num. 157.* Jacob. Schult. *quæſt. 65. nu. 37.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belgic. vol. 1. deciſ. 113. num. 21.* Unde ſequens eſt, & hanc ex jure conſuetudinario retractus reſultantem actionem ejusdem eſſe indolis, maximè cùm ge-
60 neraliter actiones † ſeu condictiones ex ſtatuto, ſine hæſitatione, juris ſtricti, & non bonæ fidei eſſe dicantur apud Tiraq. *de retract. convent. §. 32. gloſſ. 1. num. 2.* Jacob. Schult. *quæſt. 11. nu. 6.* Surd. *de ali-*
61 *ment. tit. 3. quæſt. 6. nu. 15.* quod & in terminis de noſtra † actione firmat Balthaſ. Benedell. *in rubr. de jur. prothomiſ. n. 46. in fin. & ad §. imprimis. ſub n. 95. fol. 168. ibi: ſed hæc condictio eſt ſtricti juris.*

62 Infer 2. † ex præmiſſa concluſione, actionem ſeu condictionem illam ex retractu conſanguinitatis emergentem, non eſſe actionem prætoriam, ſed civilem, ideò quoniam oritur ex ſtatuto vel conſuetudine, quemadmodum de huic vicina actione revocatoria feudi, poſt Jaſonem tenuit Henning. Hamel. *in comment. tit. I. de*

actiōn.

Digitized by Google

action.c.17.num.12. Quandoquidem verò ſtatuta † & conſuetudines 63
nihil aliud ſunt, quàm juris civilis pars & proportio, *§.ex non ſcripto.*
I.de jur.nat.gent.& civ. Hamel.*de loc.* Rochus de Curte *in rep.rubr.n.*
22.extr.de conſuet. Surd.*de aliment.tit.3.quæſt.6.n.6.* Schrad.*de feud.p.1.*
q.7.nu.2.& 2.p.nona part.princip ſect.3.nu.113. Erneſt. Cothman. *reſp.*
74.num.75.vol.1. Hippol. Riminald. Jun.*conſ.55. num.8.lib.1.* adeò ut
etiam † ſtatuta & conſuetudines provinciales Ducum, Marchionũ, 64
Comitum, &c. vulgariter die Landsordnung ſecundùm pleroſque
Dd. ſint juris civilis potius, quàm prætorii portio, *argumento l.9.ff.de*
I.& l.§.1.I.de jur.nat.gent.& civ. Heig.*in §.ſed iſtæ.I.de action.* Weſen.
in parat.ff.de legib.n.3. Pruckman.*in rubr.quæ ſint regal.* Muſcul.*de ſuc-*
ceſſ.convent.& anom.m.1.claſſ.1.concl.1.lit.D.nu.18.& ſeqq. & verò a-
ctiones † ex jure civili deſcendentes, civiles & non prætoriæ repu- 65
tantur.*d §.ſed iſta.I.de action.* Schrad.*de feud.d.q.7.num.3.* palam eſt &
hanc noſtrã actionem civilem eſſe, tantò magis, cùm hæc ipſa actio
condictionis nomen ſortiatur, *ut ſupra dictum*; quod † ex lege venit, 66
atque oponitur juri Prætorio, ex quo actionem in factum oriri con-
ſtat, *l.ex hoc edicto.3.per tot.ff.de eo per quem fact. erat quò minus in jud.*
l.1.§.hæc in factum.4.ff.de his qui effud.vel dejec.l.1.in pr.ff.ſi menſ.falſ.
mod.dix. Weſ.*in parat.ff.de condict.n.4.*

Ratio dubitandi eſt, quod † ex effectu, cauſa qualis ſit, bene 67
dignoſcatur, vi argumenti ab effectu deducti, quod in jure eſt vali-
diſſimum.*l.debitor.ff.ad Trebell.c.ubi periculum.& c.fundamenta.circa*
med.de elect.in 6. Tiber. Decian.*vol.1.reſp.18.n.168.& vol.2.reſp.42.*
n.5.reſp.93.nu.140.& reſp.100.n.20. Everhard.*in top.loc.ab effect.nu.2.*
Jam verò quod actio ex retractu noſtro competens ſecundùm con-
ſuetudines locorum ut plurimùm ultra annum & diem non vivat,
& ſic temporalitatem redoleat, *ut ſuo loco quæſt.7.dictum*, ex eo ſatis
datur intelligere, hanc actionem non civilem, ſed prætoriam eſſe, per
indubitatum juris principium, quo traditur, actiones † deſcenden- 68
tes ex jure civili, perpetuas, eas verò, quæ ex jure prætorio oriuntur,
temporales eſſe. *l.de perpet.& temp.act.*

Rationis decidendi loco ſit, quod ad hoc, † ut actiones juris 69
civilis vel prætorii dicantur, non adjuncta temporis circumſcriptio,
vel effectus ipſarum identitas, ſed initium ſeu origo potiſſimùm
ſpectanda, utrum videlicet ex cauſis civilibus profectæ, vel ex edi-

cto ſeu juriſdictione Prætoris ad inventæ & propoſitæ ſint, ut tradi-
70 tur per Dd. *in §. ſed iſta.3. I. de action.* Quia ergò actio † noſtra non ex prætoris albo, ſed ex ſtatuto & conſuetudine locorum, quæ pro civili jure ſunt reſultat, ſequens eſt, eandem non prætoriam ſed civilem reputari debere, exemplo actionum ex conſuetudine feudo-
71 rum proficiſcentium, quæ † quoniam formaliter loquendo, obligationem ex contractu civili præſupponunt, ideoque illas & civiles remotis Prætoris partibus rectè quis dixerit, argumento eorum quæ adfert Ludolph. Schrad. *in tract. de feud. p.2. c.1. quæſt.7. junctâ p.2. nona part. princ. ſect.6. n.42. & ſeq.* adde Gothofred. Ant. *diſp. feud.* 1. *ſub*
72 *alleg. lit. C.* Siquidem † ex potentia cauſæ primæ ordinatur potentia cauſæ ſecundæ. Schrad. *in tract. de feud p.10. ſect.* 17. *num.53.* Cravett.
73 *conſ.962. nu.1.* Pruckman. *conſ.15. num.103. vol.1.* & qualis eſt † origo, talia & omnia, quæ ex ea ſequuntur, eſſe cenſentur. *l. quiſquis. C. ad l. Iul. majeſt. c. venerabilem. extra de elect. c. deniq; diſt.*4. Pruckm. *d. conſ.*
74 *15. nu.*104. Adeò non negligenter † ad cujusq; actionis principium & originem, tanquam certum fundamentum, in quo ſtatus rei totus recluditur, teſte Cagnolo *in repet. rubr. nu.25. ff. de O. l.* reſpiciendum, ut etiam non ſemper fidendum indictæ Prætoris formulæ: *Iudicium dabo,* cùm fieri poſſit, ut approbationem civiliter introductæ actionis contineat, non inventionem vel originem. Mynſ. Heig. Vult. Weſ. *& Interpp. communiter ad* §. *3. I. de action.*

75 Declara concluſionem † præmiſſam, quod licet ordinariè ad rem retractui gentilitio obnoxiam vindicandam condictione ex lege, ſtatuto, vel moribus uti poſſimus, pro jure tamen incorporali repetendo, etiam prohibitum non ſit, hoc nomine agere confeſſoriâ, ſi credimus Joanni Fabro *in* §. *ex jure ſcripto.* §. *circa quartum. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* quod & refert Tiraq. *hic §.8. gl.5. nu.3.* Roſenthal.
76 *de feud. c 9. membr.2. concluſ.44. num.*19. Sicuti & ad laudemia † (materiæ noſtræ per quam cognata) ſive pro jure illo prælationis competente domino aut ejus ceſſionario, quod eſt jus incorporale, adverſus venditorem eandem dari poſſe actionem confeſſoriam vel quaſi, ex Caſtrenſi *conſil.335. lib.*1. probate annititur Tiraq. *d. loc. n.4.* Neque enim pro ſolis ſervitutibus, ſed & pro aliis juribus vindicandis confeſſoriam & negatoriam applicari conſtat *ex l. ei qui. 16. ff. de ſervit. l.9.* §. *2. in fin. ff. de dãn. infect. c. prohibemus. extr. de decim.* Schn.

in §. æquè.

Digitized by Google

in §. æquè. n.10. & 30. Mynſ. *ibid. num. 11. I. de action.* cum aliis allegatis per Caſp. Ziegler. *in commun. concl. ad aur. prax. Calvol. §. nobiles. n. 317.* Caſtillo *in tr. de uſufruct. c. 7. n. 4.*

Conclusio II.

Actio illa † ſuperior ſeu condictio ex jure retractus gentilitii conſuetudinario deſcendens, eſt quidem perſonalis, ſed tamen in rem ſcripta, ut ſentiunt Tiraq. *in tract. de retract. lignag. §. 8. gl. 5. n. 6. & ſeqq.* Geil *lib. 2. obſerv. 19. n. 8. ibiq;* Bernhard Græv. *concluſ. 19. n. 7.* Afflict. *de jur. protimiſ. §. ut intra 30. dies.* Chaſſan. *in conſuetud. Burg. tit. des retracts. §. 11. ad verb. on detenteur. nu. 2. 3. 4.* Ludolph. Schrad. *de feud. p. 2. nona part. princip. ſect. 9. n. 36. & ſect. 10. nu. 2.* Benedell. *ad rubr. tract. de jur. protimiſ. nu. 46.* Franciſc. Viv. *deciſ. Neapolit. 320. nu. 2. lib. 2.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur. Belgic. vol. 1. deciſ. 281. n. 3. & vol. 4. deciſ. 85. num. 6.* Johan. Guttierez *pract. quæſt. 158. num. 3. lib. 2.* Hameli. *de Feud. cap. 4. concluſ. 6. nu. 19. & ſeqq. ubi etiam ad contraria quædam reſpondet.* Cardinal. Tuſch. *pract. concl. 99. n. 32. lit. A. verb. actio.* Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. pract. 39. nu. 97.* Et hanc ſententiam approbat Referens apud Gylman. *rer. in Cam. Imp. judicat. lib. 2. deciſ. 12. nu. 16.* De revocatoria † feudi idem affirmat Henning. Hamel. *in tractat. de action. c. 17. nu. 2. v. deinde & poſt alios* Ludolph. Schrader. *de feud. 2. p. nona part. princ. ſect. 10. n. 2.* 77 78

Rationis dubitandi loco primùm occurrit, quod hæc actio appelletur & ſit condictio ex moribus, *per allata ſupra.* Cùm autem omnes condictiones † in perſonam actiones ſint, per textum expreſſum *in §. appellamus. Inſt. de action. & L. actionum genera. 25. in princ. de oblig. & act.* Jaſ. *ad §. item ſi quis. n. 104. Inſt. de action. ubi de communi teſtatur,* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 61. n. 30.* Tom. Clud. *de condict. ob cauſ. dat. c. 1. num. 3. & condict. ob turp. cauſ. c. 1. num. 2. & 15.* Et verò † perſonalis actio, perſonæ actoris, veluti oſſibus tenaciſſimè inhæreat & infixa ſit, tanquam character Baptiſmi in anima, ſic ut ab ea avelli non poſſit, ut poſt gl. loquitur Schneid. *in §. omnium. n. 12. I. de action.* Hinc conſequens videtur, & hanc actionem merè potius perſonalem, quàm in rem ſcriptam eſſe. 79 80

Secundò dubium movet, quod videmus in ſimili ex retractu † conventionali ſeu pacto de retrovendendo actionem dari non realem, 81

 lem,

lem, vel in rem ſcriptam, ſed duntaxat perſonalem, ex empto nimirum vel præſcriptis verbis, ſecundùm veriorem, magis communem & in Cam.Imp. receptam Dd. ſententiam, de qua teſtatur Geil. *lib. 2.obſerv.16.num.3.& ſeq.* Mynſ.*cent.6.obſ.69.num.7.ad fin.* Hartman. Piſtor.*part.1.quæſt.22.num.*7.Vult.*conſil. Marp.19.num.92.volum. 3.* Matth.Berlich.*part.2.concluſ.2.n.14.*Caſp.Ziegler.*in commun.concl. ad aur.prax.ſul volu.dir.§.nobiles.nu.*284.*&* 253. Paul. Chriſtin.*deciſ. Cur.Belgic.86.nu* 10.*vol.*3.Schrad.*de feud.p.2.nonæ part.princ ſect.*10. *nu.*4.Joachim. à Beuſt *in rep.l.admonendi.num.*872.*ff.de jurejur.* Erneſt.Cothman.*conſil.41.volum.*1. Daniel.Moll.*p.2 conſtitut.Elect.32. num.*38.Georg.Everhard.*conſil.54.nu.168.& ſeq. vol.*1. Matth. We-

82 ſenbec.*conſ.39.nu.6 part.1.* Unde arguendo † à pacto ad conſuetudinem legem vel ſtatutum affirmativè, quod licet juxta Everhard. *in top.loc à pacto ad ſtatut.*Mynſing.*reſp.10.nu.83.dec.1.& reſp.13.nu.9. dec.2.*Martin.Benckendorff.*in rep.l.2.m.1.p.2.art.95.ff.de R.I.*Andr. Dinn.*in tract.de juſt.rer.pret.defin.quæſt.3.fol.31.in princ.* Tib.Decian. *reſp. 19.num.19. vol.*4. Coſta *in tract de ratione rata, quæſt.103.num.22.* Abel Strasburg *conſil.12.num.*18. ſequi videtur, idem de hujuſmodi ex jure ſtatutario retractus reſultante actione, ſeu condictione dicendum, eam nimirum merè perſonalem, non juxta in rem ſcriptam eſſe.

Rationis decidendi loco & quidem ad 1. tenendum, quod

83 novum † non ſit, nec inſolens, aliquas exiſtere & dari poſſe actiones perſonales, quę tamen in rem ſunt ſcriptæ, ut tradit Joan. Petr.Surd. *in tract.de aliment.tit.3.quæſt.6.nu.14.& tit.8.privil. 61.nu.31.* Schrad. *de feud.p.2.nonæ part.princ.ſect.9.nu.37.v. tum quia non eſt rarum.* Ita

84 condictio † competens ex can.redintegranda 3.*q.1.* eſt in rem ſcripta. Anton.Gabriel.*commun.concl.lib.6.tit.de R.I concl.5.n.*11. Geil. *lib.2.obſerv.*42.*n.*7.Schrad.*de feud.2.part.nonæ par.princ.ſect.9.n.35.in*

85 *fin.* item remedia poſſeſſoria † competentia domino contra vaſallum, in rem ſcripta ſunt, teſte Præpoſito *in c.1.apud quem vel quos, &*

86 *ſimilib.apud* Schrad.*d.ſect.9.n.*35. ac in rem † concepta dicũtur interdicta, quę tamē ſunt perſonalia.*l.1.§.pen.ff.de interd.*Petr.Frider.*in tr. de interd.c.7.n.48.& ſeqq.*Hubert.Giph.*ad l.action.25 n.11.& aliquot.*

87 *ſeqq. junct.nu.* 21.& actio † quod metus cauſa ejusdem eſt indolis apud Henning.Hamel.*in comment.de action.c.38.nu.*3.& deniq; alii id

genus

genus caſus habentur ad Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 8. Eſt igitur, ut & noſtram hanc actionem è talium eſſe conſortio, jure nil dubitemus. Præterea ſicuti conſtat privilegium, † 88
quod ſonat in perſonam, ad alios non transferri. *c. privilegium. de R. I. in* 6. *l. privilegia quædã ff. de R. I. l.* 1. *ff. de conſt. princ. cum ſimil.* eatenus tamen quatenus † perſona immediata eſt cauſa privilegii illius 89
concedendi, ejusq; favore & contemplatione indulgetur, ut per Dyn. *in d. c. privilegium.* Dec. *in l. in omnibus cauſis n.* 4. *ff. de R. I.* Crav. *conſ.* 239. *ſub n.* 4. Pacian. *conſil.* 142. *nu.* 6. *& ſeqq.* Ita etiam actio perſonalis † perſonam quidem ſequitur, ſed ita demum, niſi planum ſit, 90
rem afficere, ejusq; pariter contemplatione introductam eſſe, ut poſt alios eleganter firmat Vult. *conſil. Marp.* 19. *num.* 23. *vol.* 3. Decian. *reſp.* 31. *num.* 165. *vol.* 1. Qualis annon ſit & actio noſtra, cuivis in generalia ejus retrogredienti facilimè obviam erit. Deniq; cùm † non ſit inconveniens, unam eandemq; rem eſſe diverſæ naturæ 91
diverſis reſpectibus. *l. miles. §. pro parte. ff. de legat.* 2. *l. ſi quis perferendum. §. ult. ff. de furt,* Menoch. *in tract. de recup. poſſeſſ. rem.* 1. *n.* 36. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 23. Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 151. *& tit.* 6. *q.* 11. *nu.* 38. idem etiam de noſtra hac, quæ ex ſtatuto retractus competit, affirmare poſſumus actione, eam † nimirum perſo- 92
nalem eſſe, cùm intenditur adverſus primum emptorem, qui ſcilicet ex ſuo contractu obligatur ad revendendum conſanguineo vigore illius ſtatuti; At cùm dirigitur adverſus tertium, cui res ceſſa eſt per primum emptorem, in rem ſcriptam eſſe, cenſeriq; realem, exemplo ejus, quod de actione † hypothecaria in his terminis valdè 93
adcommodatè ex Alberico *in l.* 3. §. 1. *ff. ad exhib.* adfert Tiraquell. *hic* §. 8. *gloſſ.* 9. *num.* 14. Nam aut agitur (inquiens ex Alber.) adverſus debitorem obligatum, & tunc eſt perſonalis, aut adverſus extraneũ poſſeſſorem, & eſt realis; Neque obſtat, (ut ſubdit) quod ea actio veniat ex obligatione & contractu; quia non conſideratur cauſa remota, ſed proxima, nec ago ex contractu, ſed ex jure mihi quæſito per contractum: Sicut & dominium mihi acquiritur per contractum, & tamen non ago ex eo contractu, ſed ex dominio per contractum quæſito.

Ad alteram dubitandi rationem reſpondetur, de eo, quod † ex 94
pacto revendendi ſeu retractu conventionali actio ſolummodò

perſo-

Digitized by Google

perſonalis competat, haud ſatis inter noſtros ubique conſtare Dd. cùm non pauci ſint, qui contrariam opinionem, quâ dicitur, illud pactum rem afficere, actionemq; realem, vel ſaltem perſonalem in rem ſcriptam producere, multis nominibus amplectantur & extollant. Covar. *var. reſol. lib. 3. c. 8. nu. 3. verſ. caterùm.* Menoch. *conſil. 63. n. 14. vol. 1.* Hieronym. Schurff. *conſ. 40. cent. 2.* Domin. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 6. lit. P. conclu. 25. num. 4.* Balthaſ. Benedell. *in tract. de jur. Protimiſ. ad prin. conſtit. n.* 145. Quoniam verò argumentum,
95 † ſecundùm Philoſophos, debet eſſe notius ipſâ quæſtione, fit, ut ex hoc principio tanquam jure controverſo ſolidè argumentari, & ſic concluſionis ſupra poſitæ incidere nervos nequeamus, juxta illud Poëtæ:

Nil agit interpres, qui litem lite reſolvit.

96 Deinde etſi largiamur, † actionem ex pacto illo retrovendendi cõpetentem merè perſonalem eſſe, in quam ſententiam inſpectis rationum & præjudiciorum momentis, haud difficilè pertrahimur;
97 Nihilominus tamen aliud † de retractu noſtro lineari, aliud de illo retractu, qui ex pacto & conventione menſuratur, quoad actionis genus, ſtatuendum erit cum Matth. Berlichio, qui id in ſpecie ponderat *p. 2. concluſ. pract. 40. num. 100.* Matth. Weſenb. *conſil. 39. nu. 6.*
98 *p. 1.* quod annon † ſingulariter & contra communes regulas propter favorem agnationis & familiæ, ut rei intra retractus tempora ab emptore forſitan ulterius divenditæ, hâc actionis conceptione ſemper concidendi, & ab alienis manibus ad familiam priſtinam reducendi facultas ſiet, quam aliàs datâ ſolummodo actione merè perſonali palàm eſt non ſuppetere, receptum ſit, conjecturando periclitari licet. Neque ab hac ſententia nos remoratur argumentum
99 ſupra adductum de pacto ad ſtatutum, quoniam † illud verum eſt non admitti, ubi diverſitatis ratio viget, ut poſt Everhard. *in topic.*
100 declarat. Honded. *conſ. 14. nu. 76. vol. 2.* maximè cùm † & aliàs, ubi non eſt eadem ratio, ibi quoque diverſum jus ſtatuere neceſſe ſit. *l. ſi ex plagis. §. cum in clivo. ff. ad L. Aquil. cum ſimilib.* Ant. Quetta. *conſ. 29. num. 7. volum. 1.* Sixtin. *conſil. Marpurg. 18. nu. 136. vol. 2.* Menoch. *conſil. 50. num. 2.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucan. 44. num. 61. & ſeq.* Hic
101 autem patet diverſitatis ratio † non ſolùm ex his, quæ modò dicta ſunt, ſed etiam inde, quod retractus conventionalis, ſeu pactum de retro-

retrovendendo ex propria partium proviſione dependeat, retractus verò gentilitius ex proviſione legis, ſeu potius, quod pro lege eſt, ſtatuti vel conſuetudinis veniat & proficiſcatur, vigore cujus actio ſeu condictio pro priori illo retractu competens etiam propria erit reputanda taliter, ut ultra perſonam paſſivè non extendatur, exemplo pactorum, quæ † generaliter ejuſdem ſunt indolis 102
& naturæ, ut ultra perſonas non transferantur. *l. unus. §. pacta. ff. de pact. l. ſi actionem. C. eod. l. ſi repetendi. C. de condict. ob. cauſ. l. 12. ff. de tranſact.* Cacheran *deciſ. 43. num. 28.* Simon. de Præt. *conſ. 44. nu. 1. conſ. 98. num. 3. & conſ. 120. nu. 16. & num. 46. volum. 1.* Petr. Loriot. *in tract. de tranſact. axiom* 96. contrà q; ipſi venditori † imputandum, quod le- 103
gem pacti illius ab initio non dixerit apertius, *argumento l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo. 21. l. cùm in lege. 33. l. ade. 73 ff. de contrah. empt. l. in contrahenda. 172. ff. de R. I.* Cujac. *lib. 1. obſ.* 10. Surd. *de aliment. tit. 6. q. 1. n.* 26. Hotom. *lib. 2. amicab. reſp. cap.* 10.

Declara hanc concluſionem, quod † actiones in rem ſcriptæ 104
dicantur, quæ rem reſpiciunt, in re fundantur & propter rem ejuſq; occaſione oriuntur, ut eruditè declarat Udalric. Zaſ. *lib. 2. ſingul. reſponſ. c. 33* Vel etiam, quod † de re ſolùm, de qua agitur, ſine deſigna- 105
tione, ullius perſonæ, ad quam actionis verba dirigũtur, ſcriptæ ſint, ut argumento *l. metum. 9. §. animadvertendum, & §. fin. ff. quod met. cauſ. l. noxalis. 7. l. ſi & ad libertatem. 42. § hæ actiones. 2. ff. de noxal. act.* tradit Gœdd. *conſil. Marp. 28. n. 331. vol. 1.* vel denique, † quod natu- 106
ræ & realis & perſonalis actionis conjunctionem habeant, ut determinat Robert. Marant. *in ſpec. ſuo part. 4. diſt. 3. n. 2.* Zanger. *in tractat. de exception. p. 2. c. 1. num. 106.* Ob quod hæ † actiones in rem ſcriptæ 107
actiones mixtæ quadantenus vocari poſſent, quippe ita ex natura realium & perſonalium actionum unitæ & conjunctæ, ut ſapere videantur naturam & realis & perſonalis actionis, ceu poſt Bolognet. Dd. *ad §. quadam. I. de action.* Marant. & Zanger. *d. locis.* iterum declarat Gœdd. *d. conſ. Marp. 28. n. 327. vol. 1.*

Infer ex eadem concluſione 2. Quod † cùm hæc actio ex re- 108
tractu noſtro gentilitio competens, ſit perſonalis, in rem ſcripta, contra quemcunque poſſeſſorem, quamvis illa res vendita per mille manus, ut dicunt, ambulaverit, intra legitima tempora uſurpari poſſit: Cùm ea † actionis perſonalis in rem ſcriptæ natura & pro- 109

prietas ſit.*l.3.*§.1.*& ibi gl.in verb.eſt autem perſonalis. ff.ad exhib.* Me-
noch.*conſ.*756.*nu.19.& ſeqq.* Schrad.*de feud.p.2.nonæ part. princ.ſect.*
*9.n.38.& ſect.*10.*nu.2.in fin.*Statil. Pacific.*de ſalv.interdict.inſp.* 3.*c.* 4.
*num.544.*Nicol. Everhard. Sen. *conſ.*147.*num.*10. *& conſ.*174.*num.7.*
adde l.ſi ipſa.18.l.metum.9.§.fin.ff. quod met. cauſ. c. cum extra.extr.de
pignor.l.3.& ibi Bart.*C.de his quæ vi met.cauſ.*Schneidew.*ad §.omniũ.*
*n.*10.*Inſt.de act.*Tantò magis, cùm ſupra dictum, hanc actionem ex
110 lege,ſtatuto, vel conſuetudine deſcendere; Ex legis † autem diſpo-
ſitione quæ venit actio,certum eſt,quod dicatur in rem ſcripta,& ſe-
quatur poſſeſſorem,ut ex Tiraquell. *hic* §.*8.gloſſ.5.num.8.* firmat Pa-
cific. *in tract.de Salvian.interdict.inſp.3.c.4.nu.573.* Unde actio exi-
111 gendi laudemium, quia † debetur ex juris diſpoſitione, nimirum
l.fin.§.& ne avaritia. C.de jur.emphyt.c.potuit.de locat. Jaſ.*in eand. leg.*
*fin.ſub n.39.*Pacific.*d.c.*4.*n.*572.ejusdem eſſe naturæ & effectus repu-
tatur,ex his quæ mox in ſpecie dicturi ſumus. Atque ita in terminis
112 † tenent Tiraquell.*hîc d.*§.*8.gloſſ.5.num.*8.Marc.Mantua *de jur. proti-*
*miſ.n.*42.*verſ.tertiò dubitare contingit.p.* 428.*& ſeqq.* Chaſſan. *ad con-*
ſuetud.Burgund.tit.de retract.§.*7.n.1.&* §.11. *ad verb.ou detenteur.n.1.*
*& ſeq.*Martin.Peg.*in tract.*vom Verkauff und Einſtand / *lib.* 2. *c.* 15.
*& c.36.in fin.& c.41.in fin.*Cardin.Tuſch.*pract.concl.tom.*4. *lit. I con-*
cluſ.583.num.16. Schrader. *d.ſect.9.num.*36. Paul. Chriſtin. *deciſ. Cur.*
*Belg.vol.1.deciſ.*28*1.num.4.* ubi ex Vincent.de Franch. Senatum Re-
gium ita judicaſſe dicit.Marant.*diſp.*9. *num.*2.Hamel. *de action. c.*17.
*num.4.*Benedell.*in rubr.tract.de jur.protim.num.47.& ad princ. con-*
*ſtitut.num.195.*Matth.Berlich.*part.2.concluſ.39 num.99.* Petr. Greg.
*in ſyntagm. jur. univerſ.lib.26.c.*13.*num.4.*Nicol.Boër.*deciſ.182.nu.52.*
argumento l.ſi quis ſub hoc pacto,ibi:& ſi per plures emptores mancipium
ei,qui prius vendidit,reluendi poteſtas fuit.ff.de contrab.empt.cum ſimil.

Pro ratione dubitandi, huic illationi opponitur, quod hæc
condictio ſit actio perſonalis,*per adducta ſupra.* Sed de perſonalibus
113 actionibus conſtitutum eſt,ut † non rem, ſed perſonam reſpiciant,
eamque ſemper comitentur,*argumento l.1.§.ſi heres precepto.ff.ad Tre-*
*bell.l.actionum.25.poſt princip.ff.de oblig.& act.*Decian. *reſp.4*8. *nu.* 17.
*vol.1.*Cothman.*vol.1.reſp.31.n.15.*Vult.*conſil.Marp.19.nu.*88.*vol.3.&*
*conſil.21.nu.126.eod.vol.*Berlich.*p.2.concluſ.2.nu.* 14. *v. natura autem.*
114 Statil. Pacif.*deciſ.Rot.Romã.de Salvian.interdict.178.n.* 21. veluti † le-
pra le-

pra leproſum, ut dixit Jaſon add.§.omnium num 2. Inſt.de action. Zaſ.
ibid.num.4. Anton Hering.in tractat. de fidejuſſ.c.20.§.26. nu.27. ne-
que contra † ſingularem ſucceſſorem ſeu tertium quendam fundi 115
poſſeſſorem dentur. l.1.§ ſi heres.ff.ad Trebell. l.fin.ff.de contrah. empt.
Geil.lib.2.obſerv.16.num.4. Alvar.Valaſc.in tract.de jur emphyteut. q.
32.num.18. Joan.Baptiſt. Coſta in tract.de ratione rata, quaſt.90.num.
10.& quaſt.120.num.6. Georg.Everhard.conſil.10. num. 122. volum.1.
Joan.Vincent Honded.conſ.25.num.53.vol.2. Schrad.conſil.24.num.
65.vol.2. Gœdd.conſil. Marp.28.num.325.vol.1. Vult. conſil. Marp.22.
num.39.vol.3. Franciſc. Viv.deciſ.Neapol.285.n. 4. & 10.lib.2. Berlich.
d.concluſ.2.num.14.verſ.nec dentur. etiamſi † perſonalis actio contra- 116
cta ſit habito reſpectu ad rem, quæ tranſiverit in tertium aliquem.
l quadam.§.nihil intereſt.ubi Jaſ.ff.de edend.l.cum hereditas ex cauſa, &
l.ſi heres inſtitutus.§ fin.ff.ad Trebell.cum ſimil. Surd.in tract.de aliment.
tit.8.priv.48.nu.3.& priv.51.num.2. Schrad.d.conſ.24.n.65.in fin. ma-
ximè cum † & aliâs perſonalia perſonam non egrediantur. l.uſus a- 117
quæ.ff.de uſu & habit.l.Lucius.ff.de ſervit. ruſt.prad. l.ſicut in annos. §.
morte & l.ſi uſusfructus civitati.ff.quib. mod. uſusfr. amitt.l.in omnibus
cauſis ff.de R.I.cum ſimil. Hartm.Piſt.lib.2.quaſt.15.n.53. Petr.Peck.in
tract.de teſtam.conjug.lib.1.c.30.n.4. Pruckm.conſ.39.n.20.vol.1. Et ita
in terminis ſentire videtur Carol.Ruin.conſ.76.n.9.lib.1.

Pro ratione decidendi nota, iſthæc procedere generatim in
condictionibus & actionibus merè perſonalibus, ſecus verò in his,
quæ in rem ſcriptæ ſunt. In omnibus autem † negotiis feliciter ex- 118
cutiendis, quo nomine, quo reſpectu & contemplatione aliquid fi-
at, inſpiciendum. l.ſi quis domum.§.penult.in fin.ff.locat. l.debitor.§.ult.
ff.ad Trebell.l.fideicommiſſa.§.interdum.de legat.3.cum ſimil.per Everh.
in topic.loco à tanquam ſeu reſpectiv.n.5. Cravet.conſil. 91.n.6. & conſil.
231.nu.8.verſ.nono conſidero, & id † potiſſimum habendum, quod ad 119
ſpeciem directum eſt, l.in toto jure.ibiq. Dd.ff.de R.I. Schrad.conſ.1.n.
555.vol.1. adeoq; in omni materia † ſemper inſpicienda ſunt verba 120
legis & ſtatuti, ita ut ſi principaliter concipiantur in rem, tanquam
actio in rem ſcripta poſſit moveri in loco, in quos res ſita eſt, contra
quemvis ejus poſſeſſorem, ſecus verò ſi in perſonam, ut ex Baptiſta
eleganter decarat Pet. de Barboſa in l.heres abſens.19.§.proinde.in art.
de for.rat.rei ſita, nu.12.ff.de judic. unde ſanè fatendum quidem, hanc

Digitized by Google

actionem noſtram perſonalem eſſe, ſed tamen eam in rem, ejusque contemplatione principaliter dari, & in re fundari, interim ſimul negandum non eſt, *argumento l. his ſolis. 7. C. de revoc. donat.* Quando
121 autem † obligatio perſonalis eſt contracta reſpectu rerum, eam competere adverſus quemcunque poſſeſſorem. *argumēto l. ſi ipſa. & l. metum. §. ult. ff. quod met. cauſ. & c. cum contra de pign.* poſt Angel. & Bald. reſpondit Tiber. Decian. *reſp. 31. num. 166. vol.* 1. Sicut & de privile-
122 gio, † quod non eſt merè perſonale, dicitur, illud ſi actioni & cauſæ cohæreat, haud migrare de ſubjecto in ſubjectum, poſt Alex. Joan. Baptiſt. Coſta *in tract. de ration. rata. quæſt. 47. num.* 10. Licet itaque verum ſit, actionem merè perſonalem non dari contra ſingularem
123 ſucceſſorem, tamen quando actio † non eſt merè perſonalis, ſed reſpectiva ad rem, tunc bene ſequitur fundum, ut ex Jaſone reſpondit Nicol. Everhard. ſen. *conſil. 147. num. 9. & conſil. 174. num. 6.* quia ubi-
124 cunque † res eſt affecta, actio perſonalis datur contra ſingularem ſucceſſorem, ut ex Baldo, Alexand. Alber. & Jaſon. iterum notabiliter firmat Everhard. Sen. *d. conſil. 147. num. 10. & conſ. 174. num. 8.* Et
125 quidem ut exemplis † rem clariorem faciamus, *per text. in l. ſtipulatio damni infecti. in fin. ibi: exempli gratiâ ſcriptum eſt. ff. de damn. infect. l. Prætor. §. Iulian. ff. de collat. bon.* Sim. de Præt. *conſ.* 199. *n.* 20. *vol.* 1. quis
126 neſcit, condictionem † competentem ex *l. extat. 4. ff. quod met. cauſ.* eſſe in rem ſcriptam & contra quoſcunq; dari poſſeſſores. Menoch. *de poſſeſſ. remed. 5. recup. poſſeſſ. nu. 75.* aſt hæc ſola non eſt, ſed & condi-
127 ctio † competens *ex l. meminerint. C. unde vi.* Bart. *ibid. n.* 13. item con-
128 dictio † ex lege competens ad petendum legitimæ ſupplementum,
129 apud Aymon. Cravet. *conſil. 109. num. 5. lib. 1.* atque actio † exigendi laudemium. Jaſ. *in rubr. ſi cert. petat. nu.* 7. 8. Statil. Pacific. *in tract. de Salvian. interdict. inſp. 3. cap. 4. nu. 569. & ſeq.* Conſ. Papon *lib. 13. tit. 2.*
130 *arreſt. 37. v. ratio hæc eſt.* & remedium † Salviani. *l. 1. ff. de ſalv. interdict. l. 1. C. eod.* ac utrobique Dd. Signor. de Homod. *conſ. 4. num. 7.* Honded. *conſ. 25. nu. 58. vol. 2.* Statil. Paciſ. *deciſ. Roti Rom. de Salv. interdict. 1. num. 5. & in tract. ejusd. argum. inſp. 3. cap. 1. num.* 30. Neguſant. *de pign. p. 2. membr. 4. nu.* 133. Bald. *in §. interdictum. I. de interdict.* Marant. *de ordin. jud p. 4. diſt. 7. nu.* 11. Franciſc. Sarmient. *de redit. Eccl. p. 3. c. 2. nu. 19. verſ. Salvianum interdictum.* Menoch. *rem. adipiſ. poſſeſſ. 3. num.* 55. Alphonſ. à Carranza *in tract. de part. legit. & natur. c. 3. §. 2 num.* 30.

Roland.

Digitized by Google

Roland. à Valle *conſ.14.in princ.lib.*1. Cardin. Seraphin. *deciſ.aur.*935.
*num.*3 *p.*1. cum cæteris in rem conceptis interdictis perſonalibus, *de
quibus ſupra*, ejusdem indolis, naturæ & ambulatorii effectus judi-
cantur, quemadmodum etiam actionem † ob metum, cùm ſit perſo- 131
nalis in rem ſcripta, dari conſtat non ſolùm contra illum, qui metum
intulit, ſed etiam contra ſucceſſores & omnes, qui ex metu commo-
dum ſentiunt, ſeu rem poſſident, *ex l. ſi cum exceptione. §. in hac l. me-
tum. §. veluti. & §. in hac. ff. quod met. cauſ.* Cravet. *conſil.*349.*nu.*20. *&
conſ.*461.*num.*33.*lib.*3. Honded. *conſ.*29.*n.* 20. *vol.*1. Hamel. *de action.
c.*38.*nu.*3. adeô ut etiam magis in ſpecie, condictionem † illam ex 132
moribus, quà feudum venditum retrahitur, & in rem ſcriptam eſſe,
& ſic contra quemlibet poſſeſſorem competere dubium non ſit, per
ea quæ tradunt Bald. *in c.*1.*n.*2. *de controverſ. inter domin. & empt. feud.*
Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.*1.§.30.*num.*44. Matth. de Afflict.
*deciſ. Neapolit.*255.*n.*1.*v. dicebat Dominus Baronia.* Henning. Hamel.
*in comment. de action. c.*17. *de action. revocat. feud. nu.*3. Roſent. *de feud.
cap.*9.*membr.*2.*concluſ.*94.*nu.*11. *& aliquot ſeqq.* Schrad. *conſil.* 1. *num.*
157.*vol.*1. idq́; mirum alicui videri non debet, ex quo actiones † per- 133
ſonales in rem ſcriptæ habeant ſimilitudinem realium, & ſequan-
tur poſſeſſorem, *per l.*3.§.1.*ff. ad exhibend.* Franciſc. Burſat. *conſil.*449.
*num.*11.*vol.*4. & tradit in terminis Marant. *diſp.*9.*num.*2. Chriſtin. *de-
ciſ. Cur. Belg.*57.*ſub n.*5.*vol.*3. (ceu de † merè realibus actionibus in- 134
dubium eſt *per l.*1. *C. de alien. jud. mut. cauſ. fact. l. officium.* 9. *ff. de R.V.*
Schrad. *de feud. p.*2. *nona part. princ. ſect.*10.*n.*2.*v. & clari juris eſt*) den-
turq́; † contra ſingulares ſucceſſores, non quia ſucceſſores, ſed quia 135
poſſeſſores, ut poſt alios determinat Cardin. Seraph. *deciſ.*1262. *n.*2.
*p.*2. Gœdd. *conſil. Marpurg.*33. *num.* 281. *vol.*3. Prætereà illud contra
allatam rationem dubitandi memoriæ tenendum, licet quidem re-
gulariter verum ſit, actiones perſonales dari contra principalem de-
bitorem, ſeu illius ſucceſſorem univerſalem, non ſingularem. *l.*1.§. *ſi
heres. ff. ad Trebell. l. fin. ff. de contrah. empt. cum ſimil.* hoc tamē non pro-
cedere, ſi † ab eo id quod nobis debetur, exigi non valeat; tunc enim 136
etiam in ſubſidium agere licebit, contra ſingularem ſucceſſorem,
ceu poſt aliquos tradit Menoch. *conſil.* 63. *nu.*21. *& ſeqq. lib.*1. Hon-
ded. *conſil.*38.*nu.*48.*volum.*2. Statil. Pacific. *deciſ. Rot. Roman. de Salv.
interdict.*179.*nu.*5. *& deciſ.*178.*n.*22. *ubi tamen poſt alios vult, hoc pro-*

Digitized by Google

tedere in caſibus à jure expreſſis propter ſpecialem favorem. Confer etiã Franciſc. à Souſa *in repet. §. actionum. part. 4. n. 33. & ſeqq Inſt. de action.*
137 Cùm ergò conditiones † ex lege vel moribus pariter in ſubſidium dentur, *per text. in l. 1. ff. de condict. ex leg.* Surd. *in tract. de aliment. tit. 3. q. 6. n. 9.* Aym. Cravet. *conſil. 752. num.* 21. idem quoque de hac noſtra legitima in favorem agnationis ſeu familiæ inducta condictione dicendum fuerit.

138 Amplia I. † hanc illationem procedere, etiamſi titulo donationis, durante tempore retractus, res in tertium poſſeſſorem tranſlata ſit. Henric. à Roſenthal. *de feud. c. 9. membr. 2. concluſ. 94. nu. 17. & ſeq.* latè Robert. Marant. *diſp. 9. per tot.* ubi *ad fin.* hanc ſententiam in puncto juris veriſſimam, atq; in conſulendo & judicando æquiſſimã eſſe perhibet, Gothofr. Anthon. *diſp. feud. 10. ſub alleg. lit. C. v. quid ſi non vendidit*, apud quos etiam diſſentientes allegantur, & ferè maxima ex parte concordantur. Hujuſmodi Ampliatio in ſeqq. potiſſi-
139 mùm fundatur. I. Quod conſtet, ex † ipſa venditione agnatum ſtatim habere jus quæſitum, ceu in ſpecie teſtatur Andr. Tiraqu. *de*
140 *retract. lignag. §. 1. gl. 18. n.* 20. Quod autem † alicui eſt quæſitum, id ſine facto ſuo auferri non poteſt. *l. id quod noſtrum. & ibi Dd. ff. de reg. jur. cum ſim. l.* Ant. Gabriel. *commun concl. lib. 3. ſub tit. de jur. quaſ. alter. non tollẽd.* Phil. Matt. *conſ. Marp. 26. n. 93 vol. 2. & conſ. 25. n. 21. vol. 3.* Schr.
141 *de feud. p. 10. ſect. 4. n. 15*8. cùm † res inter alios acta tertio haud præjudicet. *tot. tit. C. res int. al. act. vel jud. al. nõ noc. l ſæpè. ff. de re jud. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſat. c. cũ ſemper. x. de re jud.* Ronchegal. *in l. eãdẽ. § 1. n. 48. ff. de duob. reis* Petr. de Beninten. *deciſ. Bonon. 67. n. 4* Roland. à
142 Valle *conſ. 85. n. 4. vol. 2.* Cravett. *conſ 65. n. 6.* & jus † quæſitum difficilius tollatur, quàm quærendũ. *l. 1. §. confertur. ff de collat. bonor. l. ſervus. l. filius. C. de pact. l. qui antẽ. in princ. ff. de his quæ in fraud. credit.* Crave. *conſ. 332 n. 18. & conſ. 586. n. 4.* Rol. à Valle *conſ. 21. nu 54. & ſeqq. vol. 2.* Balb. *in tract. de praſcript. part. 2. princip. quæſt. 13. nu. 9. & ſeqq.* II. Quia
143 nemo † plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet *l. nemo plus. ff. de R. I. c. nemo. x. eod. in 6. & utrobiq; Dd.* Matth. *conſ. Marp. 20. nu. 18. volum. 1. & conſil. 27. n. 21. vol. 2.* Neguſant. *in tract. de pignor. memb. 1. 5. part. princ. n. 56.* Seraphin. *de priv. jurã. priv. 19. n. 11.* Sed hoc caſu emptor ſeu donator ab ejus venditore nactus eſt dominium revocabile & momentaneum, propter jus, ut dixi, quæſitum vigore

ſtatuti

ſtatuti agnato proximiori in retractu rei venditæ legitimè cõpetens. Unde efficitur emptorem in donatarium jus perpetuum & ſic firmiori jure, quam ipſa habebat, rem retractui obnoxiam transferre non poſſe, ſed eam a donatorio perinde avocari licere propter præcedens vinculum, quod rei venditæ inhæret, ac ſi emptor vel donator ipſe etiamnum haberet. III. Quia quando † ex alieno facto alicui 144
quæritur juris remediũ, poteſt eo uti contra quemlibet etiam eo invito, ut traditur per text. *in l. ſi poſt mortem.* 10. *§. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. ſin ff de pact. l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de V.O. cum concord.* Marant *diſp.* 9. *n.* 9. Schrad. *de feud. p.* 10. *ſect.* 8. *n.* 110. Hîc autem ex facto emptoris agnato proximiori competit hæc retrahenti poteſtas; ideoq; agnatus eodem jure uti poterit etiam donatore invito contra quemlibet tertium poſſeſſorem.

Ratio dubitandi ſit, quod ad hoc † ut condictioni ſeu juri ex 145
retractu locus ſit, duo potiſſimùm diſtrictè requiri videantur, & quod talis præceſſerit contractus, in quo jus retractus locum obtineat, ſicut eſt propriè emptio venditio, *ut alibi dictum,* & quod emptor poſſideat rem retractui obnoxiam; ſiquidem omnis retractus præſupponit contractum habilem, eoq; non præſuppoſito nullus eſt retractus, tanquam deficiente materia, in qua hoc jus ſubſtantiatur, cùm non † entis nullæ ſint qualitates, nullaq; accidentia, ut 146
Philoſophi inquiunt, & colligitur *ex l. ejus qui in provinc. v. quoniam. ff. ſi cert. petat.* Seraphin. *de privil. juram. priv.* 73. *num.* 43. Pruckman. *conſil.* 1. *num.* 255. *volu.* 1. Vult. *conſil. Marpurg.* 17. *nu.* 9. *vol.* 1. Gœdd. *conſil. Marpurg.* 33 *nu.* 139. *vol.* 3. Jam verò donatio non eſt contractus habilis vel ſufficiens ad retrahendum, ut conſtat ex traditis *ſupra quæſt.* 5. nec quod intra retractus tempora rei dominium poſſeſſiove ad tertium quendam titulo donationis pervenerit, emptor ſeu donator eandem rem ad hunc finem etiamnum habere putatur. Ergò meritò agnatus ex hoc defectu & propter rem minus integram remanere debet excluſus & quidem tantò fortius, quantò juris eſt conſtituti, ubi † duo vel plura à lege vel ſtatuto requiruntur, ibi al- 147
terum vel unum (nedum omnia vel utrumque, uti hîc uſu veniret) circa totius negotii interitum abeſſe non poſſe, per tradita Everhardi *in topic. loc. ab effect. cor. quæ ſimplic. adeſſe requir. n.* 1. Geil. *lib.* 2. *obſerv.* 19 *n.* 17. *&* *obſ.* 125. *n.* 8. Capifer. *in tr. de numer. teſt. p.* 1. *c.* 10 *n.* 44.

Pro

Pro ratione decidendi teneas, quod ad cognoſcendum, utrum hic vel ille contractus habilis ſit ad retrahendum & aptus, non even-
148 tus, ſed initium inſpici debeat. Quoniam in † omnibus negotiis diſcernendis non illud quod ex accidenti venit, ſed quod principaliter fit, attendendum, exindeq; de omnibus ſequelis judicium ferendum eſt. *l. ſi quis nec cauſam. 4. in princ. ibi Dd ff. ſi cert. petat. l. navis adverſa. 6. ff. ad L. Rhod. de jact. cum ſimilib. apud* Schrad. *de feud. p. 9. c. 4. n. 117. & conſ. 13. n. 324. v. tum quia in omnibus negotiis. vol. 1.* nam ſi-
149 cut à † primordio tituli poſterior formatur eventus *l. qui id quod. 33. in pr. ff. de donat. l. clam poſſidere. 6. in pr ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. C. de im*
150 *pon. lucrat. deſcript.* Pruckm. *conſil. 13. n. 56. volum.* 1. atque ex † ordine principii interpretamur finem. Cravet. *conſ. 9. n. 32. lib.* 1. Schrad. *d. c.*
151 *4. nu.* 117. ita omnes † ſequelæ illius actus licitæ ſint oportet, initium cujus eſt licitum. Hippolyt. Marſil. *in ſua practica. §. quoniam. num. 91. verſ. ſed ſi principium.* Etſi verò emptor rem ſibi ab initio divenditam intra legitimum retractus ſpatium alteri denuò donaverit, non tamen hic ſubſequens donationis contractus agnato viam ad retractum præcludet, ſed vigore præambulæ venditionis, alteriusque habilis contractus, nihilominus ſe firmiter contra donatarium & auctorem ipſius tueri poteſt, & ſic iſte poſterior eventus & ſequela reformari debet ad primum titulum, utpote qui dependet à radice merè pura & ſana ex priſtina nimirum venditione, alteriusque ſubjecti contractus habilitate, ſicut contra ſubſecundarius titulus donationis procedit ex radice aliquantum infecta ex titulo auctoris, cui vinculum ſtatuti eſt injectum, exindeque jus quæſitum agnato, quod ſine ſuo facto & conſenſu eradicari nequit. Ideoq; licet contra donatarium condictio hæc noſtra ex lege retractus locum non habeat, ſi tamen ipſe donator habeat rem ab eo, qui illâ actione cõveniri poterat, prout eſt emptor, non minus ipſe eadem actione te-
152 netur, cùm quisque † melioris conditionis eſſe non debeat, quàm autor ſuus, à quo jus in ipſum pertranſiit. *l. aliud eſt vendere. §. fin. & ibi Dd. ff. de R. I. cum ſimil.* Vult. *conſil. Marp. 22. n. 106. vol. 3.* Schrad. *conſil. 39. n. 188. v. 2.*

153 Ampliatur 2. † illatio, idem obtinere, etiamſi ex cauſa permutationis, transactionis, vel alio quo titulo retractui haud obnoxio intra tempus legale retrahentibus proximioribus conceſſum, ab

emptore

emptore res alienata fuerit, per rationes ut in præced. ampl. Quibus
addo, quod dum res † quælibet tranſit cum ſua qualitate, cauſa, one- 154
re, vel vitio, *l. alienatio. ff. de contrah. empt. l. generaliter. §. fin. ff. de fidei-
comm. libertat. cum concordant.* And. Gail. *de arreſt. Imp. c. 6. n. 12.* Vult.
conſ. Mar. 18. n. 270. & conſ. 22. n. 105. vol. 3. Pratej. *lib. 4. regular. jur. tit.
7. c. 6. in ſub regul.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit.
28. n. 59.* Georg. Everhard. *conſ. 30. n. 50. vol. 1.* in tantùm, ut licet † a- 155
ctiones ſint in poteſtate noſtra, paſſiones tamen in noſtra eſſe pote-
ſtate haud reputentur, Bald. *in l. 2. circa med. C. de hered. & act. vendit.*
Natta *conſ. 200. n. 3.* Et verò res iſtis titulis in tertium quendam alie-
nata à primo venditionis perfectæ momento hac oneris qualitate
imbuta fuerit, ut non elapſo temporis juri retractus præfiniti curri-
culo, quandocunque per agnatum proximiorem hac conditione in
familiam priſtinam revocari valeat, idem quoque onus pro illo tem-
pore emptor ab eadem re per quemcunque ulteriorem contractum
in præjudicium agnati avertere non poſſit, neque dominium illi-
us tam firmè in alium quovis titulo transferre, ut non ſit revocabi-
le, quin potius interea in ſuſpenſo manere debeat in favorem retra-
hentis, cujus contemplatione ſtatutum fecit hanc proviſionem, ne
quod † directò conceſſum eſt, per indirectum ſeu obliquum infir- 156
metur contra *c. cum quid 74. & ibi Dd. de R. I. in 6. l. Sejus & Agerius.
27. ff. ad L. Falcid. l. qua ſub conditione. 8. §. ſed ſi ſub jurisjurandi. ff. de cō-
dit. inſt. cum ſimil.* Jac. Thoming. *conſ. 18. ſub n. 18. vol. 2.* opereturq; † 157
id diminutionem, quod ad augmentum inductum *l. ſi mancipia. 19. &
ibi* Jaſ. *ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. 14. ff. de adim. legat. cum concord.* Et
profectò ſi liceret emptori etiam intra legitima retractus tempora
impunè permutare, tranſigere, vel alio modo transferre rei retractui
ſubjectæ dominium etiam irrevocabiliter, inſignis daretur materia
delinquendi, & aperiretur via fraudibus, quibus † leges ſemper vo- 158
lunt obviari. *l. fundo. ff. de rei vind. c. ſuper literis, in princ. de reſcript. cū
ſimil.* Regner. Sixtin. *conſ. Marp. 7. n. 38. vol. 3.* nec exinde † jus alterius 159
deterius reddi. *argumento l. non debet. ff. de R. I. l. ſed et ſi ex dolo. §. item ſi
quid ex dolo. ff. de dolo. l. ex duobus, in fin. de negot. geſt.* Pruckm. *conſ. 12. n.
11. vol. 1.* Quare ad hanc fraudem ſubterfugiendam neceſſe eſt etiam
contra eum, cum quo emptor poſt venditionem intra tale tempus
permutavit, transegit, vel ſimili more contraxit, hanc retractus

actionem producere & derivare, maximè cùm conſtet, etiam in cor-
160 rectoriis, † fieri extenſionem ratione peccati evitandi, ſecundùm Alexandr. *in l. Pomponius. §. præterea. in fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.*

182. Diffamatio unde oriatur ſpectandum.

183. Judex vir bonus.

184. Fama non ex rumore ſed delicto lęditur.

185. Delicta maximè gravia non pręſumuntur, n. 186. 187. 188.

189. Pro Nobilibus major pręſumptio, & n. 190. 191. 192. 193.

194. Principi & majoris lucis dignitate pręfulgenti magis creditur.

195. Vitę integritas & honeſtas, ſiniſtram famam expurgat, & Indicia tollunt, n. 196.

197. Bona vita, bona mors, wol gelebet / wol geſtorben.

198. Timenti Dn. bene erit in extremis.

199. De noſtra ſalute judicamus ex Canone fidei, de proximi, ex canone charitatis, tanquam ex fructibus de arbore.

200. Raro in fine converſio ſeria.

201. Diffamatio quę Judici viam inquiſitionis aperit, non à levibus, ſed fide dignis fieri debet.

202. Perditorum hominum vox bonorum famam non lędit.

203. Fęmineus ſexus, fragilis, varius, fallax.

204. Fœmina de Jure Can. in criminalibus veri fidem non facit, maximè malè & perditè educata, n. 205.

206. Minor 20. annis, in criminalibus non eſt teſtis. Et datur ei contra propriam confeſſionem ſine curatore in criminali Judicio factam reſtitutio, n. 207.

208. Teſtis inhabilis aſſertio, perinde habetur ac ſi facta non eſſet.

209. Obſeſſorum indicia, & n. 210.

211. In dubio pręſumptiones ſecundùm communiter accidentia formantur, n. 212.

213. Argumentum à ſolitis validū & uſitatum, num. 214. 215.

216. Facti quę ſunt, non pręſumantur. Neque

malatis

mutatio velut accidens, *num.* 217.218.

219. *De pręteritis in pręſens pręſumitur.*

220. *Iuris pręſumptiones inſtar documenti.*

221. *In dubiis in benigniorem ſententiam propendendum.*

222. *Benignius pro obſeſſa, quam pro Saga pręſumere.*

223. *Obſeſſio etiam fidelibus actu accidere poteſt, in quos Magia non cadit.*

224. *Obſeſſio poteſt eſſe delicti in foro ſoli excluſiva: Magia verò non item.*

225. *Præſumptiones delicti excluſivæ præferuntur incluſivis. Et. n.* 226. *Et teſtibus pro excluſione delicti deponentibus magis creditur, n.* 227.

228. *Conditionalis actus non niſi conditione deficiente perficitur, quæ nihil ponit ineſſe, num.* 229. *Et ſi deficiat, actus habetur pro non facto, num.* 230.231.222.233. *Et ſi ad præteritum referatur, non ſuſpendit actum, per rerum naturam, n.* 234.

235. *Fieri poteſt, ut obſeſſus etiam pactum cum Diabolo habeat.*

236. *Melancholicus quandoque quaſi per traducem propagatur.*

237. *Cor Melancholicum paratiſſimum Diaboli balneum.*

238. *Falſitas detegitur, veritate in lucem emergente.*

239. *Notorium ſeipſum oſtendit, & tergiverſatione celari non poteſt.*

240. *Ex notorio indubitata rei certitudo oritur.*

241. *Tandem triumphat, neſcia vinci, veritas.*

242. *Falſus in uno, falſus in omnibus, n.* 243.

244. *Teſtis deponens ſe cognoviſſe aliquē de nocte, non eſt integer. Non obſtante quod Luna luceret, n.* 245. *maxime in criminalibus, n.* 246.

247. *Variatio & contradictio circa eandem facti narrationem, non eſt ſine calumnia & mendacio. Et arguit ſuſpicionem falſi, n.* 248.

249. *Variantes ſeipſos onerant ſuſpicione, & non merentur fidem.*

250. *Teſtis varia & contraria circa idem deponens falſitatis convincitur.*

251. *Iudex debet recto tramite procedere ad indagandam veritatem, neq; reum ſpecialibus ſuis interrogationibus inducere. Nec debet de hoc vel illo individuo interrogare, num.* 252.253. 254.255.

256. *Diffamationi, quæ initium ſumit ab inimicis eorumq; delatione, non eſt fidendum.*

257. *Inimici dictum non debet eſſe nocivum.*

258. *Eandem artem exercentes ſibi invicem invident.*

259. *Inimicitia præſumpta ſufficit, ad repellendum effectum diffamationis.*

260. *Dubiorum ſolutio, veritatis inquiſitio.*

261. *Fama non diffamatione & falſa delatione, ſed ſolo crimine lęditur.*

262. *Propter calumniam ſolam nemo bonus eſſe deſinit.*

263. *Salvator ipſe nō fuit immunis à calumniis.*

264. *Diabolus calumniator & homicida.*

265. *Teſti ex relatione alterius deponenti non plus creditur, quàm ipſi referenti. Nec plus creditur copia quam originali, n.* 266.267.

268. *Teſtis unus non ſupplet defectum alterius, quando nullus eorum eſt integer.*

269. *Diabolus licèt optimè recordetur præteritorum, verum tamen de illis rarò dicit.*

270. *In nocturnis Sagarum conventibus, ut plurimum ſpectra, non veras comparere perſonas.*

171. *Auctoritas ſine juris fundamento non multum operatur.*

272. *Sigiſmundi Scacc. de Lamiarum conventu & illuſionibus memorabile dictum.*

273. *Aſſertiones Lamiarum in crimine veneficii contra honeſtos viros & fœminas parum attendendę.*

274. *Ipſe Bodin. & Binsfeld. non audent affirmare, omnes Lamiarum comparitiones veras & reales eſſe.*

275. Non

Digitized by Google

275. *Non probat adeſſe quod contingit abeſſe.*

276. *In criminalibus probationes debent concludere de neceſſario.*

277. *Diabolus bonos & fideles ſemper deſert & accuſat. Imo nec Salvatori, n. 278. Nec Patriarchis & Apoſtolis in hoc pepercit, n. 279.*

280. *Diabolum etiam in forma fidelium apparere poſſe oſtenditur. Et in angelum lucis ſe transformare, n. 281.*

282. *Exemplum recenſetur ex legenda B. Hieron.*

283. *Noſtra tamen fama propterea non eſt in Diaboli poteſtate, a Deo tamen quandoque permittitur bonorum diffamatio, n. 284.*

285. *Fichardi JCti ſententia de Lamiarum aſſertionibus.*

286. *Auctoribus Mallei maleficarum quantum fidendum.*

287. *Diabolo non eſt difficile ſemel deluſam ſępius eludere.*

288. *Reus neq; tormentis, neq; formidine eorum interrogandus in individuo de hac vel illa perſona. Eſtq; ſpecies ſuggeſtionis, n. 289.*

290. *Proceſſus factus per ſuggeſtionem ſine indiciis, nullus eſt, n. 291.*

292. *Infecta radice & cauſa primitiva ſubſequentia etiam inficiuntur.*

293. *Probata falſitate & deficiente probabilitate & veriſimilitudine geminatę aſſertionis vis nulla.*

294. *Aſſertio ſola criminoſi, dicentis* er wölle darauff ſterben / *neminem onerat, etiamſi ſupplicii tempore repetatur, & n. 295. Et in terminis veneficii, n. 296. 297.*

298. *Nemo præſumitur velle decedere immemor ſalutis æternę. Nec tamen quivis moriens præſumitur Johannes Baptiſta, n. 299. nec omnis moriens verax, n. 300. 301.*

302. *Experientia veritatis meridies.*

303. *Criminoſis cum ſit moriendum aliorum etiam perniciem ſatagunt.*

304. *Sagę totius tragœdię Diabolum habent auctorem.*

305. *Experientia teſtatur multos innocentes a Sagis nominatos.*

306. *Judex in ſuſcipiendis delationibus cautè procedere debet, nec facilè ſuſcipere vocem mendacii, nec inſontem ſupprimere, n. 307.*

308. *Non ſolùm is reus, qui falſum de alio profert, ſed & qui criminibus aures prębet.*

309. *Probatio inducens judicem ad credulitatem qualis eſſe debeat. Et judicis arbitrium quomodo regulari & quale eſſe debeat, num. 310. 311.*

312. *Nec poteſt propter conceſſum ſibi arbitrium iniqua quis præferre, n. 313.*

314. *Judices hujus ſeculi non hominum ſed Dei exercent judicium.*

315. *Qui de veritate judicant, non adverſarios ſed arbitros eſſe oportet. Et ſine odio, n. 316. odium pervertit judicium, n. 317.*

318. *Judicium temerè contra juris ordinem inſtitutum non gravat honeſtam perſonam.*

319. *Rumor vanus quid ſit, & ſi diffamationi cauſam prębeat, ea non attenditur.*

320. *Diffamatio plerumque tranſmittitur ab his, qui deſiderant de aliqua re eſſe famam, n. 321.*

322. *Suſpecti judices recuſari poſſunt.*

323. *Fama ortum habens à ſuſpectis & ipſa ſuſpecta eſt. Et ex cauſis judicamus de effectu, n. 324.*

325. *Suſpicionis conjectura augentur ex circumſtantiis.*

326. *Non levis eſt ſuſpicio ſi judex unum magis gravet quam alterum.*

327. *Majora mala non facilè credenda, niſi probentur.*

TERTIA QUÆSTIO.

De Nullitatibus Proceſſus illius.

328. *Pro Magiſtratu & judice militat pręſumptio, quod ritè & rectè proceſſerit. Etiam ſuſtinendo perſonam partis velut inquirendi, n. 329.*

330. *Præſumptio juris transfert onus probandi & quidem durius.*
331. *De præterito in præſens præſumitur.*
332. *Fœmina radiis mariti coruſcat.*
333. *Nemo perſecutor ſui præſumitur ordinis & charitas ordinata à ſe ipſa incipit.* 334. *æqualitas ordinis & generis mutuum favorem conciliat, & n.* 335.
336. Es muß ein kalter Winter ſeyn / daß ein Fuchß den andern freſſe.
337. *Querulantes contra proceſſum, ex antiquis non novis probationibus, debent probare ſuas querelas. Vid n.* 664. *& ſeq.*
338. *Nihil imputandum his, qui peritiores conſuluerunt.*
339. *Facti alieni ignorantia tolerabilis.*
340. *In facti quæſtione ſummus etiam Princeps errare poteſt.*
341. *De facti quæſtionibus non reſpondet Princeps nec ICti, n.* 342.
343. *In crimine veneficii non ſervatur ordinarius Proceſſus.*
344. *Non multum laborandum de ordine proceſſus, ubi reum habemus confeſſum.*
345. *Confeſſio rei purgat omne vitium proceſſus. Et ea data fruſtra diſputari de nullitate proceſſus, n.* 346.
347. *Judicii ordo inventus pro eruenda veritate.*
348. *Per confeſſionem habetur veritas.*
349. *Præſente fine ceſſant media.*
350. *Confeſſio rem & delictum facit notorium, & num.* 351.
352. *In notoriis relaxatur ordo juris.*
353. *In ſortilegii ſive veneficii materia ſufficere confeſſionem Lamiarum, de Proceſſione ad ludos, etiamſi non conſtet de corpore delicti.*
354. *Rite procedenti judici nihil imputandũ tametſi aliquid ſiniſtri occaſione illius proceſſus per accidens emergat. Et n.* 355.
356. *Stylus curiæ pro lege ſervandus. Et num.* 357. *Ubi quid ſit ſtylus.*
358. *Quod ſtylus etiam in criminalibus ſervãdus.*
359. *Quæ præter intentionem accidunt fato potius, quam noxæ adſcribenda, num.* 360.
361. *In criminalibus etiamſi per inquiſitionem procedatur, formandus libellus & reo cum termino intimandus.*
362. *Extrajudicialis inquiſitio præcedit, & ex ea formatur judicialis.*
363. *Libellus inquiſitorius debet continere locum, tempus, diem, &c.*
364. *In inquiſitione judiciali requiruntur omnes ſolennitates quæ in accuſatione.*
365. *Legalis procedendi modus præſcriptus in conſtit. Carolin.*
366. *Criminoſi publicè & judicialiter accuſandi.*
367. *Lis conteſtanda, junct. n.* 368.
369. *Lite conteſtata, reus in Judicio reſpondere tenetur ad libellum accuſatorum.*
370. *Reo dandus defenſor ex officio, ſi per ignorantiam non petat, etiam in proceſſu Sagarum, n.* 371. 372. *Idque in tota Haſſia ita ſervatur, n.* 373.
374. *Contra minorem inquiſitio ſine curatore data, non eſt legitima.*
375. *Minor neque in criminalibus in Judicio legitimè ſtat ſine curatore, num* 376. *Et tanquam de præjudiciali quæſtione prius diſpiciendum, an quis major vel minor ſit, n.* 377.
378. *Confeſſio minoris in Judicio ſine curatore non nocet.*
379. *Malè ſervari in quibuſdam locis contrariũ.*
380. *Conſuetudo exorbitans de loco ad locum, non eſt extendenda.*
381. *Dd. de ea atteſtantibus, parum creditur. Ejus ratio, n.* 382.
383. *Facti quæſtio incerta & plena circumſtantiarum.*
384. *Multi credunt conſuetudinem & aberrant. Et in ea aſſerenda ICtos facilè decipi, num.* 385. 386. 387.

388. *Reo etiam de delicto confeſſo, antequam condemnetur, dandus terminus, num.* 389. *Etiam in graviſſimis criminibus, num.* 390. *Etſi non petatur, n.* 391. 392. *Ejus ratio,* 393.

394. *Feſtus Paul. noluit condemnare ante conceſſum defenſionis terminum.*

395. *Confeſſiones erroneę revocabiles, & alia revocationis cauſa, num.* 396. *& ſeqq. uſque ad num.* 400.

401. *Terminus defenſionis denegari non poteſt à judice, quodcunq; liberum arbitrium habente. Nec contrarium ſtatuto aut conſuetudine induci poſſe, num.* 402. 403.

404. *Suggeſtio & interrogatio in individuis, non præcedente diffamatione & indiciis, prohibita.*

405. *Talis interrogandi modus leno ſuggeſtionis.*

406. *Agitato ad finem proceſſu, ſubmittendum, num.* 407. 408. 409.

410. *Sententia ex proceſſu nullo publicata ipſo jure nulla eſt. Et talis cenſetur ſi ex actis non juſtificetur, num.* 411.

412. *Sagę quando ultimo ſupplicio afficiendæ, num.* 413. *uſq; ad* 417.

418. *Quoties ordinaria pœna judicis arbitrio mitiganda à lege permittitur, capitalis regulariter non imponenda, num.* 419.

420. *Dictio* Sonſt! *quid importet.*

421. *Pater ſi offerat filium criminoſum is mitius puniendus, etiam in atrociſſimo crimine Majeſtatis, num.* 422. 423. 424.

425. *Nullus affectus vincit paternum, etiam in liberis immorigeris, num.* 426.

427. *Pater & filius eadem perſona. Eadem caro, num.* 428. 429. *Nec meliorem liberi habere poſſunt amicum, n.* 430.

431. *Nemo carnem ſuam ita odit, ut eam laniena offerat.*

432. *Patri novercalibus delenimentis inducto & corrupto non conſentiendum, num.* 433. 434. *&* 435.

436. *Noverca privignis inimica præſumitur, & jus notatio, n.* 437. 438. *Odium novercale. n.* 439. 440.

441. *Liberos apud novercas non educandos, Jura ſuadent.*

442. *Mitigationem pœnæ cæteris paribus ſuadere ſolet ſexus qualitas.*

443. *Mulier unde dicta, ad lapſum proclivior eſſe, ex hiſtoria creationis refertur, num.* 444. *vas fragile, n.* 445. *ei pœna mitiganda, n.* 446. *&* 447.

448. *Ætas minor etiam in pœnis mitigandis conſideratur, n.* 449. 450. 451. *ubi ratio Tyraquelli.*

452. *Multi in prima ętate turpes, viri evadunt laudabiles.*

453. *Minori quidem in delictis non ſuccurritur, quoad remiſſionem, ſed quoad mitigationem pœnæ.*

454. *Educationis ratio habenda.*

455. *Ætas quinquennii doli expers, & n.* 456.

457. *Saga propter abjurationē in infantia quinquennali commiſſam, poſtea adultior facta ex hoc ſolum capitaliter puniri non poteſt.*

458. *In delictis vel maximè initium & occaſio inſpicienda.*

459. *Infans quinq; annorum, cum efficaciter conſentire non poſſit, nec pactum cum Diabolo ictum in ea ętate dici poterit, n.* 460. *niſi major factus renovet illam pactionem, n. ſeq.*

461. *Diabolus homines obſeſſos & in ſolitudine exiſtentes maximè tentare nititur, &* 462. *referuntur exempla Lothi, n.* 463. *Filiorum Jacob, n.* 464. *ſalvatoris, num.* 465.

466. *Solitudo homini pernicioſa.*

467. *Obſeſſorum calamitati condolendum.*

468. *Sagę non facilè illachrymantur.*

469. *Duę abnegationis ſive Apoſtaſię recenſentur ſpecies.*

470. *Illa quę fit ſine rebaptizatione & addi-*

ctione

Digitized by Google

ctione in pœnitentibus corporales pœnas non ſubit.

471. Stellas & aſtra abjurans, non propriè dicitur Deum abjurare.

472. Milites & mercatores ſæpè in una hora aliquoties Deum abjurant, n. 473.

474. De Cypriano refertur, ipſum primis annis fuiſſe magicis artibus addictum.

475. Seipſum deferens mitiùs punitur, n. 476. & ſpes eſt in illis reſidua bonæ indolis, n. 477.

478. Pœna, interpretatione mollienda. Quamvis earum nō crudelitas ſed pietas ſit, n. 479.

480. Severitas cum temperamento accipienda. Maximè ſuadentib. id circumſtantiis, n. 481.

482. Iudex non debet affectare, ſeveritatis gloriam, ſed cum lenitate punire, n. 483. & meliùs miſericordiæ quàm ſeveritatis ratio redditur, n. 484. 485.

486. Imp. Rudolphi I. dictum de clementia.

487. Nero in primis Imperii annis à ſententiis capitalibus abhorruit.

488. Indecens reorum cuſtodia, nullitatem parit, n. 489.

490. Variationes & contrarietates quædam ex actis referuntur.

491. Grave & indecens eſt ſuper re incerta & dubia capitalē ferre ſententiam, n. 492. 493.

494. Variatio contraria certitudini, num. 495. 496. 497.

498. Plus uno verum eſſe non poteſt.

499. Sagarum per aquam frigidam probatio irrationalis. Cum peccato mortali conjuncta, n. 500. Diabolo fabricante introducta, num. 501. mutat judicia in Scholā Magiæ. n. 502. eſt ſpecies idololatriæ, n. 503. tentatio Dei, num. 504. Doctore Satana ejusq; miniſtris introducta, n. 505. abominatio in oculis Dei, num. 506. Furioſum probationis genus, num. 507. Nulla ne probabili ratione nitens, n. 508. Iudex eam probationem decernens injuriarum tenetur, n. 509. Ethnica & tyrannica, n. 510. ex errore & ſuperſtitione introducta, num. n. 511. inhoneſta & pernicioſa, n. 512. Conſuetudine veterata non excuſatur, n. 513.

514. Mala conſuetudo tanquam pernicioſa corruptela non attendenda, num. 515. 516. 517. 518. 519.

520. In Carolinis Conſtitutionibus de probatione per frigidam aquam altum eſt ſilentium.

521. Si qua ſibi manus violentas in carcere inferat, non tamen exinde probatur venefica, n. 522.

523. Melancholici ſibi ipſis quandoq; manus inferunt.

524. Sententia nulla non eſt executioni mandanda.

525. Propter nudam confeſſionem, niſi de corpore delicti conſtet, nemo condemnandus.

526. Provocationes in criminalibus quatenus ſublatæ. Limitatur, n. 527.

528. Ubi agitur de vita hominis cunctatio nulla longa.

529. Satius eſt nocentem dimittere, quàm innocentem perdere.

530. Non ſolùm reo damnato, ſed etiam cuivis pro eo provocandi facultatem jura concedunt. num. 531.

532. Appellationes in criminalibus in Germaniā non ubivis locorum ſublatas evincitur, n. 533. 534. 535. 536.

537. Allegans de conſuetudine loci appellationem in criminalibus ſublatā eam probare tenetur. Et quid in ea probandum, n. 538.

539. Conſtitutiones appellationem in criminalibus denegant, n. 540.

541. Reſpondetur conſtitutiones illas pertinere propriè ad ſupremum Imperii tribunal.

542. Lex juris communis correctoria, reſtrictè accipienda maximè in tollendis appellationibus criminalium cauſarum, n. 543.

b

544. Se-

Digitized by Google

SUMMARIA.

544. *Secunda reſponſio add. conſtitut. Imperii.*
545. *Verba Legis narrativa jus non faciunt, maximè in correctoriis, n. 546. Et ſi dubitetur de præſuppoſito, n. 547.*
548. *Una inſtantia data nexus conſequentiæ inciditur.*
549. *Lex ſe referens ad conſuetudinem eatenus ſtringit, quatenus relatum ſive iſta conſuetudo probatur.*
550. *Si aliud inſit referenti quam reperitur expreſſum in relato, id erroneum præſumi.*
551. *Veritas quomodocunque apparens præfertur opinioni.*
552. *Per aſſertionem etiam ſummi Principis non probantur conſuetudines ſpeciales locorum, & n. 553. Secus in aſſertionibus juris, n. 554.*
555. *Quavis ferè ditio & locus habent ſuas peculiares conſuetudines.*
556. *Nullitatis querela ſine controverſia in Camera admittitur.*
557. *Si ex actis conſtet de nullitate appellatio & querela aliàs prohibita admittũtur, & n. 558.*
559. *Specialis inquiſitio contra certas & honoratas perſonas regulariter prohibita & nonniſi in caſibus jure expreſſis admiſſa, n. 560. non niſi præcedentibus indiciis & diffamatione, n. 561. Diffamatio qualis eſſe debeat, n. 562. 563.*
564. *Judex ſine diffamatione procedens ad quid teneatur. Neq; ad leviſſimi hominis delationẽ, n. 565. niſi diffamatione accedente, n. 566.*
567. *Judex taliter procedens injuria afficit inquiſitum, & punibilis eſt, & n. 568.*
569. *Leviorum hominum diffamationes honoratos non gravant.*
570. *Nullitas inquiſitionis ex defectu indiciorum proveniens omnia acta inficit.* (*debet.*
571. *Diffamatio à majori populi parte procedere*
572. *Minor de jure non eſt denunciator idoneus.*
573. *Non plus creditur delatori, quam ei à quo delator aliquid audivit.*
574. *Ex cauſæ primæ influxu operatur ſecunda nec plus eſt in cauſato, quam in cauſa.*
575. *Cauſa prima infecta, inficitur etiam ſecunda.*
576. *Solum ſocii criminis dictum contra honoratos ad inquirendum non ſufficit, niſi præcedat fama & alia indicia.*
577. *Fama debet procedere à fide dignis, qualis ſocius criminis non eſt.*
578. *Fœminarum narrationes in genere non cenſentur fide dignæ.*
579. *Dictum ſocii criminis quatenus indicium ad inquirendũ faciat ſufficiens, & n. 580. 581.*
582. *Judex quando non poteſt inquirere, nec poteſt publicare falſo delata, n. 583.*
584. *Quoties aliquis ex actu lædi & contradicere poteſt, ſemper vocandus eſt. Etiam à ſummo Principe, n. 585. Ejus ratio fundatur in jure divino, n. 586.*
587. *Citatio ſpecies defenſionis, quæ nemini ne quidem Diabolo deneganda, n. 588. 589. Nec contrarium cõſuetudine induci poſſet, n. 590. Et nullitas inde proveniens omnium potentiſſima, n. 591.*
592. *Judex delatum ſuper capitulis delationis prius audire debet, antequam ea publicet.*
593. *Illi quos principaliter negotium tangit vocandi. Fallit ſi agatur de præjudicio & damno tertii irreparabili, n. 594. & 595.*
596. *Fama jactura omnium maxima, ejusq; inæſtimabile pretium, nu. 597. & ſeqq. uſque ad n. 603.*
604. *Confingens aliquid pro læſione famæ alicujus, furi & latroni haut abſimilis, n. 605.*
606. *Judex in criminalibus debet quidem fugere ambages, ſed ita ne innocens lædatur, aut veritas & juſtitia opprimatur, n. 607. ne vidua & pupilli graventur, n. 608. & ſeqq. uſq; ad n. 618.*
619. *Leges & jura prohibent, quicquam contra*

mandi-

Digitized by Google

inauditos ſtatuere, unde honor lædi & gravari poſſint.

610. *Juris ordo propter crudum & indigeſtum motum judicis non eſt negligendus.*

621. *Ex ficta æquitate procedere temerarium & periculoſum eſt.*

622. *Ficta æquitas duplex iniquitas juńct.n. 623.*

624. *Quantum à jure ſcripto receditur tantum ab æquitate receditur.*

625. *Judex cõtra aliquem procedens ante omnia debet certus eſſe de corpore delicti, præſertim ad effectũ formãdæ inquiſitionis realis.n.626.*

627. *Refertur exemplum Joſuæ add.n.628.*

629. *Reorum confeſſiones pro exploratis facinoribus non ſunt habendæ.*

630. *Fama honeſtorum non debet pendere à calumnia crimino ſorum.*

632. *Inquiſitio nulla totum vitiat proceſſum. Et ejus Nullitas etiam poſt ſententiam opponi poteſt.n.633.*

634. *Quoad formandam inquiſitionem contra certam & honoratam perſonam judici non ſolùm debet conſtare de delicto, ſed & de circumſtantiis, requiritur præterea diffamatio, n.635.*

636. *Judici aſſerenti de juſtitia proceſſus tantum creditur, quantum apparet ex actis, nu. 637. 638. maximè ſi conſtet ex actis, eum non jure proceſſiſſe. n. 639. 640. 641. 642. quo caſu vim facere,n.643.& ſpoliare cenſetur, n.644.*

645. *Præſumptio pro judice admittit probationem in contrarium. Adducitur exemplum Pilati, n.646. add. n. 656. & aliquot ſeqq.*

647. *Præſumptiones per alias præſumptiones & maximè probationes eliduntur. Neq; generales tollunt ſpeciales, n.648.*

649. *Anteceſſorum juſtitia ſucceſſorum non excuſat vitia. Et n.650.651.*

652. *Ira inimicitia & odium, corrumpunt Judicium humanum.*

653. *In ſolum Deum cadit omnis perfectio, & num.654.*

655. *Præſumptio quantumvis magna veritati cedit, & ceſſat ejus allegatio, ubi habetur veritas.n.656.*

656. *Bremæ duæ fœminæ innocentes ob veneficii crimen imputatum combuſtæ.*

657. *Viduarum & orphanorum accurata habenda ratio.*

658. *Nobiles & ejuſdem ordinis homines, imò domeſtici inter ſe quandoq; odio exardeſcunt.*

659. *Querulantes contra proceſſum factum vocati & auditi querelas juſtificare tenentur.*

660. *Res inter alios orta, aliis non præjudicant.*

661. *Ignorantia non excuſat.*

662. *Reſponſa Juris ſunt intelligenda cæteris paribus & ſervatis ſervandis.*

663. *Collegia Juridica àddere ſolent clauſulam in reſponſis ſuis: ſi de delicto conſtet ex diligenti inquiſitione.*

664. *Clauſula adjici ſolita habetur pro adjecta, præſertim ſi leges & Jura idem requirant, num.665.*

666. *Cothmanni ad adductum Bodini locum reſponſio.*

667. *Veneficii crimen atrocius eſt, majoriq; pœnâ coercetur.*

668. *Facilior in veneficio eſt lapſus & error cum majori periculo conjunctus.*

669. *Conſtitut. Carolina proceſſum in hoc crimine ſervari ſeverè præcipit.*

670. *Ut cautè ejuſdem criminis in cognitione agatur exhortatio Godelmanni.*

671. *Ignorantia judicis eſt calamitas innocentis.*

672. *Carolinæ conſtitutionis art.83.inductio.*

673. *Confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus non habentur.*

674. *In criminalibus confeſſus pro judicato non eſt.*

Digitized by Google

675. *Ad damnationem ex confeſſione inferēdam præter certitudinem delicti, etiam de confeſſione rei certò ex concludenter conſtare debet.*

676. *Confeſſio unius alteri haut nocet.*

677. *Confeſſiones ſine praviis indiciis haud validant proceſſum nullum.*

678. *Nullum per ſe effectum non operatur.*

679. *Confeſſiones minorennis abſque curatore factæ ſunt nullæ.*

680. *Actus nullus & non factus parificantur.*

681. *Confeſſio invalida alteri non nocet, nec continetur ſub ſtatuto de confeſſione.*

682. *Confeſſiones reorum in criminalibus ad liquidationem facti, niſi de eo aliunde judici conſtet, haut ſufficiunt.*

683. *Iura, quæ volunt, in notoriis relaxari juris ordinem quomodo intelligenda.*

684. *Differunt, delictum eſſe notorium, ac de eo conſtare notoriè, & in quâ parte?*

785. *Iura de notorio, procedunt in notoriis ſubſtantiâ & qualitate.*

686. *Ordinem juris ad relaxandum omnes facti qualitates notorias eſſe oportet, ſicut ex his palam fit, reo defenſionem nullam competere.*

687. *Iura de notorio procedunt in notorio facti actu permanentis.*

688. *Confeſſio non eſt ſufficiens ad notorietatem delicti, quando contra illam quid opponi poteſt, ut exemplif.*

689. *Farinacius ſine juris ratione & textu haut ſequendus.*

690. *Ponzinibium à Farinacio in contrarium allegatum magis pro autore facere oſtenditur.*

691. *Regula, quoad de exceptione conſtet, ſtatur.*

692. *Regulam habens per ſe, intentionem fundatam habere dicitur.*

693. *Rei veneficii ex ſolâ confeſſone haut damnandi, ſed regulari juris diſpoſitioni relinquēdi.*

694. *Periculoſum eſt, ultimo ſupplicio affici Sagas ex ſola confeſſione.*

695. *In criminalibus non ſat eſt confuſa notitia, ſed diligens omnium circumſtantiarum requiritur inquiſitio.*

696. *Facti de qualitate præter factum conſtare (debet.*

697. *Intellectus l. quod Reipublicæ. 33. ff. de injur.*

698. *Verborum, ſecundum bonos mores, quæ, & quotuplex ſignificatio? & 699. n. 700.*

701. *Utilitatis publicæ & privatæ connexio ejuſque ſervanda principalis ratio & ſolertia.*

702. *Salus populi, ſuprema lex.*

703. *Iuſtitia non eſt, propter nocentes innocentem ſupprimere & diffamare.*

704. *Innocentes detrimentis affici non debent.*

705. *Magiſtratui injuriam facere non licet.*

706. *Iuſtificari impium, vel cōdemnari juſtum, abominabile eſt coram Deo.*

707. *Deus propter decem Iuſtos etiam multis injuſtorum parcit millibus.*

708. *Inducta ad ſalutem, in perniciem non detorquenda.*

709. *Iuſtum juſtè perſequendum.*

710. *Mala non facienda, ut eveniant bona.*

711. *Bonum faciendum, ſi ex eo majus ſequatur malum.*

712. *Omnia, quæ licent, non expediunt.*

713. *Licitum ita coarctari debet, ut evitetur illicitum.*

714. *Innocentem damnare majus malum quàm abſolvere nocentem.*

715. *Malum pati ſatius eſt quàm facere peccatū.*

716. *Injuriam quomodocunq; facere omni & vel naturali jure vetitum.*

717. *Iudices cum Dei & legum timore tribunal conſcendant.*

718. *Iudicum actus regulantur à iuſtitia poli & fori, adhitità curâ, ne dilectione proximi offenſa pro poteſtate tempeſtate utatur.*

719. *Princeps ſummus prætextu publicæ utilitatis ſubditos damnificare nequit, ſed quicquid agit, ſine injuria alterius eſſe debet.*

720. *In-*

Digitized by Google

710. *Inſaniat quis ex quam honeſtâ cauſa, nihil refert.*

711. *Utiliati publicæ & ſeveritati cum innocentium oppreſſione ſtudentes, quid agant.*

722. *Receſſus Diœceſanus civiliter intelligendus.*

723. *Injuriæ occaſio, unde jura oriuntur, naſci non debet.*

724. *Receſſus Diœceſani crudè intellecti ſequela.*

725. *Receſſus iſtius ſanior intellectus.*

726. *Pacta contra jus civile, conſtitutiones, vel bonos mores inita.*

727. *Princeps ceu juſtitiæ plenus velle præſumitur quod jura volunt.*

728. *Principis intentio talis cenſetur, qualis eſt legum candor & juris naturalis integritas.*

729. *Statuta interpretationem ſortiuntur ex jure communi.*

730. *Interpretatio capienda, quâ à jure communi minimè recedatur.*

731. *Etiam recedendo à verborum proprietate.*

732. *Statutum excludens interpretationem intelligitur de frivolâ.*

733. *Receſſus Diœceſanus ex jure divino, naturali communi ut intelligendus?*

734. *Rationis naturalis elogia.*

735. *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

736. *Dictum ſalvatoris: Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, &c.*

737. *Reipublicæ intereſt, cives & præſertim Nobiles integros ſine infamiæ macula conſervare.*

738. *Præſumptio mala oritur ex actu, qui nihil prodeſt facienti, alteri verò nocet.*

739. *Reſponſum ſine die & conſule ſuſpectum.*

740. *Conſilium petendum ante factum.*

741. *Proverb.* Zu geſchehenen Dingen das beſte reden.

742. *ICti ſolent reſpondere ſecundùm narrata.*

743. *Reſponſum Facultatis VVitebergenſis oppoſitum quomodo intelligendum?*

QUARTA QUÆSTIO.

744. *Actionibus pluribus ejuſdem rei nomine concurrentibus, unâ quis experiri debet.*

745. *Actori ex pluribus actionibus unam eligentī regreſſus ad aliam non datur.*

746. *Via, quam elegiſti, tibi pateat.*

747. *Remedia duo ordinaria electivè, non cumulativè concurrunt.*

748. *Actio tam injuriarum quàm ex l. diffamari ordinaria eſt, & quare?*

749. *Actionibus è pluribus ejuſdem facti nomine ad vindictam comparatis una intentata aliam tollit.*

750. *Regreſſus ad jura renunciata non datur.*

751. *Injuriarum actionem per intentatum remedium, l. diffamari non excludi verior & communior eſt ſententia, & quam ob rationem.*

752. *L. diffamari remedium modis, quibus de jure injuriarū actio tollitur, non annumeratur.*

753. *Obligatio non quovis ſed legibus conſtituto modo ut inducitur ſic etiam tollitur.*

754. *Actionibus duab. alicui competentibus, judicis eſt, illi, quod in alterâ plus eſt, adjudicare.*

755. *Reum conventum unius præſtatio ab altero non liberat etiam in pœnalibus.*

756. *Iniquum eſt, propter minus auferri uberius.*

757. *Actio injuriarum pinguior eſt remedio, l. diffamari.*

758. *Intellectus regulæ: Via, quam elegiſti, tibi pateat.*

759. *Remedium l. diffamari, extraordinarium eſſe plerique opinantur.*

760. *Remedia ordinaria cumulari poſſunt ſi alterum altero ſit pinguius & ſe compatiantur.*

761. *L. diffamari actio ad quam finē inſtituatur.*

762. *Non ſequitur: Titius petit ſibi decerni proceſſus ex l. diffamari: Ergo actioni renunciavit injuriarum.*

763. *Renunciatio non præſumitur ſed evidenter probanda eſt.* *(inducenda.*

764. *Renunciatio ne quidem ex actu pro...mo*

765. *Remiſſio juris ſui non pręſumitur, quando alia conjectura capi poteſt.*
766. *Remiſſio juris eſt quaſi donatio.*
767. *Jactare ſuum nemo præſumitur.*
768. *L. diffamari, remedium quaſi actionis injuriarum pręparatorium eſt.*

QUINTA QUÆSTIO.

769. *Injuriam facere quocunq; modo & naturali & civili jure vetitum.*
770. *Magiſtratus etiam vel judex ab injuriâ non excuſatur.*
771. *Etiamſi magiſtratus nõ eſſet ſingularis perſona, ſed univerſitas, collegium, capitulũ, &c.*
772. *Dolus, delictum & ſic etiam pœna in Univerſitatem cadit.*
773. *Delictum gravius æſtimatur ob dignitatem delinquentis.*
774. *Quanto quis eſt ſublimior, tanto ſit & perfectior.*
775. *Vitium tantò conſpectius, quantò major eſt, qui peccat.*
776. *Clerici vita integritate exemploq; aliis prælucere debent.*
777. *Cominęi dictum.*
778. *Magiſtratus quando cenſeatur alicui facere injuriam.*
779. *Injurioſum verbum vel factum quodvis animo injuriandi fieri præſumitur.*
780. *Injuriandi animo dicenti ſe non feciſſe incumbit probatio.*
781. *Occaſione ex prabitâ jure quis conveniri & puniri poteſt.*
782. *Rei illicitę operã dantis imputatur eventus.*
783. *Damni occaſionem dans damnum feciſſe videtur.*
784. *Occidat quis an mortis cauſam prabeat, nihil refert.*
785. *Imperitia culpę annumeratur.*
786. *Judex, qui damnavit innocentem etiã capite plecti poteſt, vel ſaltem deponi, ſi id per negligentiam faciat.*
787. *Injuriarum quis tenetur, etſi non nominârit eum, quem infamat.*
788. *Injurioſa verba impersonaliter prolata obligant actione injuriarum.*
789. *Dicere: Non putaram, prudentis non eſt.*
790. *Judex providere debet, quod viriſimiliter contingere poteſt.*
791. *Abortionis vel amatorio poculo occidens, de homicidio tenetur.*
792. *Vim inferens, de vi omnibus inde ſecutis damnis tenetur.*
793. *Judex non debet cum diſcrimine alienæ exiſtimationis iniquè vagari.*
794. *Culpa non excuſat, quę caſum pręceſſit.*
795. *Cauſa juſta inſtituti ubi reddi nequit, calumnia præſumitur.*
796. *Ratificatio etiam in delictis mandato æquiparatur.*
798. *Ratificatio vel tacita ſufficit.*
799. *Univerſitas per tacitam ratihabitionem delicti particeps redditur etſi communicato nullo conſilio patratum ſit.*
800. *Conſenſus capituli colligitur ex cõjecturis, ad hoc ut omnes teneantur & puniantur.*
801. *Capitulum dicitur collegium parvum.*
802. *Omnes de capitulo pręſumuntur habuiſſe notitiam actus, eumq; ratificaſſe.*
803. *Univerſitas vel capitulũ ut actione pœnali pulſetur, neceſſe eſt, communicato conſilio & habito tractatu factum illicitum inſecutum fuiſſe.*
804. *Bartolus dicitur Iuris noſtri ſpeculum & lucerna, item pater juris.*
805. *Univerſitas ex delicto quorundam conveniri nequit.*
806. *Licet illi ſint pręcipui & primores capituli.*
807. *Univerſitati delictum particularium perſonarum haut nocet.*
808. *Univerſitas factum ſingulorum ut præſtet, ſtatuto effici nequit.*
809. *Capitulum diverſum eſt à ſingulis in eo hominibus.*

810. *In-*

Digitized by Google

810. *Iudex ob proceſſum injuſtum injuriarum nõ tenetur, niſi evidenter appareat de militia & injuriandi animo.*

811. *Remedia ob inordinatum proceſſum quę competant.*

812. *Judex temerè & indebitè inquirens, tenetur in Syndicatu.*

813. *Eadem ſolennitas requiritur in ratificatione, quę in perfectione actus.*

814. *Ratificatio actus pręcedentis ex ſubſequenti, tunc demum pręſumitur, quando factum tale eſt, ut fieri non poſſit abſq; ratificatione.*

815. *Qualibet ratio & cauſa ſufficit ad excluſionem ratificationis.*

816. *Suſpecti de injuria tenentur ſe purgare Iuramento.*

817. *Injuria quid:*

818. *Deferens falſum crimen apud Iudicem, injuriarium tenetur.*

819. *Delatores tenentur probare crimina delata.*

820. *Injuſtè deferentes fuſtigatione puniri poſſunt, & n. 827.*

821. *Mendacia ſummam fraudem & dolum deliberatum arguunt.*

822. *Injuſta cauſa quando non excuſet à dolo, juncto n. 825. 826.*

823. *Credens facilè hominibus levibus & maximè fœminis, non excuſatur à dolo. Ubi nec rumor incertus & vagus, n. 824.*

828. *Atroces injurię quę? Et n. 829. uſq; ad 833.*

834. *Injuria quę dicatur in ſcriptis fieri.*

835. *Falſę delationes ad album Iudicis ſive Protocollum dictatę, pro ſcriptis habentur.*

836. *Actio ſuper injuriis in ſcriptis factis competens, non annalis ſed perpetua eſt.*

837. *Scriptum ſemper loquitur.*

838. *Deciſiones Camerę inſtar legis.*

839. *Et praferuntur communi Dd. opinioni.*

840. *Maximè controverſis exſtantibus Dd. opinionibus.*

841. *Injuriarum actio morte extinguitur, non heredibus datur. Quod tamen fallit in actione criminaliter intentanda, n. 842. maximè in injuriis ſcripto factis. n. 844.*

843. *Heres accuſat tanquam perſona conjuncta. Etiamſi defunctus injuriam remiſiſſet, num. 845.*

846. *Moriturus juſtè & piè, liberis & heredibus mandare poteſt injuriarũ ſibi illatarum vindicationem exemplo Davidis & Simei probatur.*

847. *Semel judicata ex eodem fonte & capite non reſuſcitantur.*

848. *Sententię & rei judicata auctoritas per Apologias & extra judicialia ſcripta non eligitur.*

849. *In propria ſua cauſa nemo ſibi jus dicit. Ne quidem ſummus princeps, n. 850.*

851. *Omnis via facti ſive armis ſive ſcriptis fiat in noviſſimis imperii cõſtitutionibus prohibita.*

852. *Beneficium L. diffamari datur etiam cõtra clericos & Pręlatos. Imò & Electores & Principes Eccleſiaſticos, n. 853.*

854. *Gravatus per proceſſum nulliter inſtitutũ, poteſt agere ad caſſationem.*

855. *In optione gravati eſt an coram eodem, an ſupperiore de nullitate agere velit.*

856. *Ea quę infamandi alicujus cauſa in monumenta publica relata ſunt, tollenda ſunt.*

857. *Judex potius debet admittere ſcandalum, quam veritatem relinquere.*

858. *Abutens juriſdictione ſua maxime in criminalibus privari ea poteſt.*

859. *Juriſdictio & univerſitati & collegio competens, propter abuſum quorundam non privatur.*

860. *Ad privationem juriſdictionis requiritur, ut prius moneatur à ſuperiore.*

861. *Propter exceſſum & abuſum juriſdict. poteſt agi etiam ad mulctam. Item ad damna & expenſas, n. 862.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX QUÆSTIONUM.

QUÆSTIO I.

De nocturnis Lamiarum & Dæmonum ſaltationibus, & num perſonaliter ſemper conveniant? &c. Pag. 2.

CAP II. QUÆST. I.

An videlicet Diabolus & Sagæ piorum & fidelium hominum ſuppellectilia, utpote cochlearia, cultellos, & ſimilia per artem Magicam ſurripere, iisq; in Diabolicis iſtis conventibus, commeſſationibus & choreis uti poſſint? Pag. 25.

QUÆSTIO. II.

Anne iſtius in actis nominata, à Diabolo deluſa puella minorennis aſſertiones ejus ſine ponderis & momenti, ut nobiliſſimæ & honeſtiſſimæ matronæ N. ejusq; filiæ bonam famam, honorem exiſtimationem lædere, & apud cordatos juris æquiq; amantes homines gravare poſſit? P. 28.

QUÆSTIO III.

An videlicet Domini Capitulares, qui tempore ordinati proceſſus præſentes fuêre, & proceſſum direxêre, tàm in inſtituto iſto proceſſu Sagarum, bey dem Hexen Proceß/ *Ius Commune, Canonicum & Civile, ac S. Imperii Romani Conſtitutiones, maximè verò Caroli V. Imperator. criminales ordinationes præ oculis habuerint, & ex earum præſcripto egerint, ita ut Deo & Cæſari, ſuæq; Majeſtatis Supremo Iudicio Camerali exactam rationem de eo agere poſſint?* Pag. 55.

QUARTA QUÆSTIO.

Cùm Nobiliſſima virgo N.N. ejusq; fratres & tota familia, defunctâ jam matre, contra quoſcunq; citationem ex l. diffamari emanari curârint, an adhuc impoſito ſilentio nihilominus actioni injuriarum locus eſſe poſſit. Pag. 114.

QUINTA QUÆSTIO.

In qua hoc proponitur, quod cùm Domini Conſulentes pro certo teneant, hanc diffamationem à quibusdam ex Dominis Capitularibus, qui huius proceſſus, nomine tamen Collegii totius, inſtituti Directores exſtitêre, vindictæ ſtudio ac eo animo factam, ut per eam ipſis piè defunctæ matri, ſorori, totiq; familiæ ignominia, & dedecus inferretur, Anne propterea, quòd tàm ficulneo & fragili fundamento inhærentes, huic diffamationi occaſionem præbuerint, recipiendo eas frivolas, falſas & varias delationes, easq; publicando pro veris & exploratis facinoribus, & quod eandem diffamationem non obſcurè in prætenſa ſua Apologia proſecuti ſint, actione injuriarum conveniri poſſint? Pag. 118.

IN SEXTA QUÆSTIONE QUÆRITUR

Anne Domini Conſulentes cœmentarium iſtum ejusq; uxorem, quòd de Domina vidua ejusque filia tàm gravia & atrocia crimina falsò detulerint, easque diffamârint, injuriarum actione convenire poſſint? Pag. 125.

SEPTIMO QUÆRUNT DOMINI CONSULENTES.

Annè injuria iſta proſcriptis & realibus potiùs, quàm verbalibus habenda, adeoq; etiam anno elapſo actio injuriarum ſalva ſit? Pag. 128.

SUCCEDIT JAM OCTAVA QUÆSTIO, IN QUA IN EVENTUM QUÆRITUR:

Anne hoc caſu, quo commodè adverſus Capitulum injuriarum actio inſtitui non poſſit, directò & in ſpecie contra id ipſum denuò citatio ex L. diffamari peti, & ex ea proceſſus formari poſſit, præſertim cùm contra jamdum agitatum & finitum judicium ex prædicta L. diffamari in genere contra quoſcunque diffamatores inſtitutum Apologiam quandam ediderint, & judiciaria tela terga obverterint? Pag. 131. & 132.

IN NONA QUÆSTIONE DUO PROPONUNTUR:

1. *Anne modò memoratis remediis deficientibus, vel propter difficultates circa ea incidentes, vel aliis emergentibus hoc caſu incommodis, Domini Conſulentes contra Dominos Capitulares, ad nullitatem proceſſus tutò agere, & apud ſuperiorem obtinere poſſint, ut iſte proceſſus ſuperioris auctoritate annulletur & caſſetur?* Pag. 135.

DEO

Digitized by Google

DEO DIRIGENTE NIHIL EST QUOD ARCEAT.

IN cujus Sacroſancto nomine (cui omnia quæ bene & dextrè expedimus, meritò accepta ferimus, † *Eſaiæ 26.v.12.*) propoſitam facti ſpeciem ei- 1
que annexas quęſtiones conſiderando non deſunt rationes, quæ nos in ardua hac & difficili cauſa ne reſponderemus, deterrere & retrahere poſſent, maximè verò quod Dn. Conſulentes præcipuas quæſtiones, concernentes quendam proceſſum Criminalem in facti ſpecie enarratum Reverendi Capituli N. propoſuerint, in quibus neceſſariò de ejuſdem Proceſſus Nullitatibus diſpiciendum, unde facilè malevolentia & odium conciliari poſſet. Verum enim verò cùm tam ex propoſita facti ſpecie, quàm inſerta eidem expreſsâ proteſtatione Dnn. Conſulentium mens & intentio ſatis appareat, † quod hoc ſuo 2
inſtituto, neque prædictum Reverend. Capitulum, nec quemcunque alium immeritum cujuſcunq; ſtatus & conditionis is ſit, perſtringere, diffamare, vel contra jus faſq; gravare velint, ſed potius matris ſuæ nobiliſſimæ & honeſtiſſimæ quondam matronæ, jam prædefunctæ, & ſororis virginis pudiciſſimæ adhuc viventis, injuſtè contra divina & humana jura occaſione prædicti Proceſſus diffamatarum innocentiam defendere, adeoq; toti familiæ Nobiliſſimæ quodammodò aſperſam maculam abluere, & per legitimos juris tramites, calumniantium iniquitates expellere, ſibimet imperarint, impetrare à nobis non potuimus, quin hoc, quod & noſtræ profeſſionis officium, veritas, juſtitia, & proximi charitas à nobis poſtulat, Dnn. Conſulentibus pro viribus & talento nobis concredito præſtaremus, noſtramq; ſententiam ex fide & religione aperiremus, idq; in nullius hominis favorem vel odium, ſed ſine omni affectu: Etſi enim mallemus negotium hoc arduum & difficile peritiori & magis exercitato commiſſum fuiſſe ad deducendum; cum tamen non incognitum nobis ſit, juriſperitos † qui ho- 3
nores ex jure adepti ſint, eo ipſo adſtrictos eſſe, ut de jure conſulti reſpondeant:

l.1.in princ.ff.de Iuſt.& jur. cap. ex tenore de for.compet. cap. nemo petitorium, 11.q.3.gl.in l.2.& ibi Bart. *C.de proxim.ſacror.ſcrin.* Felin.*cap.ſi pro debilitate extra de offic.deleg.* Dn.Hermann.Vult.*conſ.Marp.35.n.1.vol.3.* Tum etiam quod

4 veritatis & juſtitiæ favor †.rebus omnibus antiquior eſſe debeat.Syracid.*c.4.v.33.& ſeqq.l.cum ita legatum,ff.de condit.& demonſtrat.l.1.in fin. C. de Lat. libert. toll.* Johan.Dilect. Durant.*de art.teſtand.tit.11. caut.fin.n.fin.* Et præcipuum ſit in rebus humanis de veritate teſtimonium reddere.Thom.de Aquin. *li.4.de regim. princip.ca.7.quem ad hoc adducit,*Matth.de Afflict.*in præfat.ante Deciſ. Neapol. n.*7.Proditor enim veritatis eſt, qui vel non pronunciat, vel non liberè defendit eam.Chryſoſt.*cap.nolite timere,11.q.3.* Quia is prodeſſe non vult. Auguſtin. *in cap.quiſquis metu,11.d.q.3.*adeoq; pro aucupanda cujuſdam hominis,etiam ſummi Principis gratia non eſt negligenda veritatis atq; juſtitiæ majeſtas, ut ait Alexand.Imol.*conſil.9.li.*1.Nicol.Reuſner.*conſil.1.in proœm.lib.1.* Fac. *text. in d. cap. quiſquis metu.*Hæc enim vincit omnia & vivit in æternum.Roland.à Vall.*conſil.32.n.41.vol.*4.Idq; vel maximè ubi agitur de redimenda hominum innocuorum
5 fama † & exiſtimatione:cum cordati omnes in odore bonę famæ delectari debemus,*cap.licet in beato Petro extra de accuſat.*Ludolph.Schrad.*de feud.part. 9.ca.4.n.*105.præſertim Nobilium,quorum familiâs vetuſtas,ſine labe & macula conſervari,reipub.intereſt,*l.1.§,13.ff.de ventr.inſpic.l.9. C. de quæſt.* Valent.Forſter.
6 *de ſucceſſ.ab inteſtat lib.3.c.4.n.20.* Quod enim flores illibati in pratis, †. id nobilium familiæ ſplendidæ in republica,Obrect.*in diſput.de Regal.th.115.* Ideoque meritò omnes boni Nobilitati favemus *M. T. Cicerone teſte.* Quamobrem ſine ulteriori prologo, & circuitu, non conterendo tempus in multiloquio, quod prudentiſſimos ſtomachari ſolet,ut dicit Aretin.*conſil.11.*Hieron.Grachar.*conſil.de Syndicat.n.*1. propoſitas ordine quæſtiones aggrediemur.

QUÆSTIO I.

De Nocturnis Lamiarum & Dæmonum Saltationibus, & num Perſonaliter ſemper conveniant? &c.

PRIMAM quod attinet quæſtionem, illa duo continet capita. Prius eſt quid de nocturnis Lamiarum & Dæmonum ſaltationibus in genere, & in ſpecie, de confeſſione iſtius dementatæ ſeu obſeſſæ, in facti ſpecie denominatæ puellæ, aſſertione quoad iſtas Lamiarum ſeu Dæmonum ſaltationes ſentien-
7 dum. † Difficilis ſanè,intricata & propter varias Diaboli aſtutias, & difformes virorum Doctiſſimorum obſervationes,exempla, diverſaſque opiniones, hæc eſt quæſtio. Et cum etiam veneranda Facultas Theologica almæ hujus Academiæ Gieſſenſis deſuper ſit conſulta, illorum ſententia hac in re potiſſimum erit inſpicienda. Interim & noſtram brevibus explicabimus, ſalvo ſemper rectiori aliorum judicio.

Sunt & quidem non poſtremi Nominis Theologi, JCti, Politici,& Phy-
8 ſici, † qui multis rationibus, ipſaque experientiâ teſte, argutè defendere conantur

nantur, mulieres iſtas cum Diabolo pactum habentes, & ab eo dementatas, quas Lamias ſeu Strigas vulgò Zauberin / Hexen / Vnholdt vocamus, certis & ſtatis anni temporibus diebus & horis verè & corporaliter ad deſtinatum locum, à Diabolo, breviſſimo temporis ſpatio deferri, furcâ, baculo, vel ſcopis vehi, & ita revera convenire, commeſſari, choreis & ſaltationibus, aliisque jocis & ludis delectari, &c. idque I. probant ex innumeris ipſarum Lamiarum confeſſionibus, † tam ſponte quàm torturâ mediante factis. 9

Franciſc. Spin, *de Strigib. c. 2. in fin.* Joh. Bodin. *de Magor. Dæmonom. lib. 2. c. 4.* Petr. Binsfeld. *de Confeſſ. maleſ. membr. 2. concluſ.* 12. *& alii.* quibus omninò ſtandum videtur, cùm nullum certius dari poſſit teſtimonium, quàm proprii oris confeſſio, † *l. un. C. de confeſſ. tot. tit. ff. eod.* Menoch. *præſumpt. 61. n.* 8. Weſ. *conſ.* 10
72. n. 29. illudq; de quo conſtat per confeſſionem, dicitur ſciri pro certo *gl. in c. ſi ſacerdos extr. de offic. ordin.* & verè apparere. Immol. *in c. cum contingat extr. eod. tit.* Hyppolit. de Marſil. *ad rubr. n.* 81. *C. de probat.* Eſt enim confeſſio ad inſtar rei judicatæ, quæ habetur pro veritate, *l. 1. l. 3. l. 4. l. 6. ff. de confeſſ* Maſcard. *de probat. concl. 334. & 349.* Joh. Gœdd. *conſil, Marp. 28. n. 60. vol. 2.* rem faciens notoriam & manifeſtam. Menoch. *remed. 1. recuper. poſſeſſ. n. 218. & 222.* Weſenb. *conſil. 2. nu. 61. & ſeqq.* Johan. Meichſner. *Deciſ. Cameral 9 fol. 187. tom. 3.*

Secundò non parùm juvat hanc opinionem & præcedentem rationem, quod hoc non una vel altera lamia, ſed innumeræ, † diverſis ſeparatis ac remo- 11
tiſſimè diſtantibus locis ita examinatæ, concorditer & quaſi uno ore faſſæ ſint. Sicut autem deformitas & variatio confitentium rem facit dubiam & incertam, ita conformitas concorditer aſſerentium rem facit certam & indubiam.

l. qui ſententiam, ibi: aut certè omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conſpirante concordanteq; confeſſione convictus fuerit, *C. de pœn.* Cui adſtipulatur, quod non ſolum in principali negotio, ſed etiam in enarratione circumſtantiarum concordent, † in deſcriptione loci, in 12
confeſſione unguenti, in unctione, & ex ea ſecuta avolatione præmiſſis quibuſdam verbis: Obenauß vnd nirgend an / per caminos & foramina feneſtrarum & parietum Diaboli ope confeſtim facta, &c. Franc. Spin. *de Strig. d. c. 1. in fin.*

Tertiò adducunt experientiam, † quam rerum omnium magiſtram rectè 13
dixit Ariſtot. *lib. 1. Metaphyſ. Et notat. in cap. quàm ſit de Electión. fac. cap. cupientes eod. tit. in 6. cap ſtatutum. de reſcript.* eamq; in cognoſcendis criminibus non parum attendendam ſuadet Proſp. Farinac. *in practic. crimin. quæſt. 52. n. 154.* Jam verò multis ſic aſſerentibus: (quos infra ſuo loco nominabimus) ita fuit viſum, & per exempla plurima cognitum, ideoque ita credendum & pro vero habendum, per tradita Franciſc. Ponzin. *tract. de Lam. n. 39.* Exempla enim rem declarant, † *l. 1. §. quod vulgo, ff. de vi & vi arm. l. ut reſponſum, C. de tranſact. l. damni, §.* 14
fin. ff. de damn. infect. & quaſi digito oſtendunt, ac tractui ſubjiciunt. Bald. *conſil. 247. vol. 1.* Hyppolit. Riminald. *conſil. 602. n. 27. per l. 1. ff. de præſcript.* ideoq; legitimum

15 timum ab iis ſumitur argumentum † eorum, quæ in eodem genere & ad eundem
effectum longo retro tempore acciderunt & obſervata ſunt, *arg. cap. cauſam quæ*
1. ubi Felin. *extr. de Teſtib. l. acta, ff. de re judic. l. cum lite. ff. judicat. ſolv.* Bart. *ad l.*
nemo. 13. C. de ſent. & interloc. omn. jud.

Quartò accedit, non ſolùm ita fuiſſe à plurimis Judicibus habitâ diligenti
inquiſitione compertum, ſed iſti ſententiæ inhærendo etiam judicatum. Quæ
16 autem ſit rei judicatæ auctoritas, † omnibus conſtat, obtinet enim vim legis.
17 *l. nam Imperator noſter, 38. ff. de legib. l. 37. eod.* Et pro veritate habetur. † *l. in-*
genuum, ff. de his qui ſunt ſui vel al. jur. l. res judicata de reg. jur. imò tantæ eſt po-
18 tentiæ, ut falſum mutet in verum † *gl. in l. ſi non ſortem, §. hereditatis, ff. de condict.*
19 *indeb.* Johan. Vincent. Honded. *conſil. 61. n. 9. vol. 1.* album in nigrum † Cravett.
conſil. 79. n. 1. Jaſ. *in l.* Julianus, *2. ff. de condit. inſtit.* Johan. Meichſn. *deciſ. Camerar.*
20 *22. n 6. tom. 3.* Faciatq; de non ente ens, & de indebito debitum † *l. 1. de condict.*
indebit. Johan. Gœdd. *conſil. Marp. 26. n. 109. vol. 1.* inducatq; notorium, & præ-
21 ſumptionem juris & de jure, † quæ probationem in contrarium admittere nau-
ſeant, *c. veſtra, c. fin. de cohab. cleric.* Weſenbec. Meichſner. *d. deciſ. 22. n. 7.* An-
22 dreas Geil. *tractat. de pignorat. c. ult. n. 2.* adeoq; altera eſſe natura cenſetur, † quæ
det originem, perimat, tollat, augeat, extinguat, ut poſt *Bald.* & alios tradit Dn.
Herman. Vult. *conſil. Marp. 30. n. 103. vol. 2.* Hinc Imperator. Alexand. Præſidem
provinciæ jubet ea, quæ in eodem controverſiarum genere frequenter ſervata
23 ſunt, causâ cognita ſtatuere. † *l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. junct. l. fin. C. eod.*

Quintum argumentum deſumunt à poſſibili, videlicet poſſibile eſſe Dæ-
24 moni, homines corporaliter de loco ad locum transferre, † idque ſatis conſtare
ex aliis Magorum operationibus, qui palliis ſuis homines illæſos ad longinquos
locos per aërem transvexerint, item campſionibus ſeu permutationibus puero-
rum vulgò Wechſel-Kinder / idque quam plurimis exemplis ſpecialibus addu-
ctis probant Auctores mallei malefic. *Iacob. Sprenger.* & Henric. *Inſtitut. part. 2.*
25 *quæſt. 1. cap. 3.* imò Diabolus ipſum Dei filium creatorem ſuum aſſumpſit † & ſta-
tuit eum ſuprà pinnaculum templi: & rurſus ſuper montem transvexit, *Matth. 4.*
Ergò non debet ei, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere, *l. non de-*
bet. ff. de reg. jur. Accedit etiam, quod Dæmones in naturalibus non ſolùm pares
26 bonis Angelis, † ſed etiam quibuſdam longè ſuperiores exiſtant, quæ naturalia
per lapſum non ſunt imminuta, ſed tantùm gratioſa, ideò adhuc in eis remanent,
licet obfuſcata & ligata, Auctor. mallei malefic. *part. 2. q. 1. c. 3. verſ. nec & ſecundū*
Franciſc. Spin. *de ſtrigib. cap. 4.* Paul. Girland. *de ſortileg. q. 6. nu. 4.* juxta illud Do-
mini apud *Iobum cap. 41.* dicentis, non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat
27 comparari. Jam verò bonum Angelum † hominem poſſe per aërem tranſve-
here corporaliter, habemus *Daniel. 15.* de Angelo, qui capillo capitis apprehen-
ſum Prophetam Abacuc ex Judæa duxit in Babylonem, modico temporis ſpa-
tio, & itidem inde reduxit.

Sextum deſumunt à veriſimili : Cùm enim tanta ſit malitia Diaboli , ut ſe
adorari velit ceu Deum , † ſicut hac tentatione ipſum ſalvatorem aggreſſus eſt, 28
*d.c.4.Matth.*Ac ſagæ ſeu mulieres iſtæ dementatæ,in hoc etiam confeſſione ſuâ
concordant quod in ejuſmodi ludis nocturnis Diabolum in forma hirci ſaltan- 29
tem adorent , † veriſimile eſt Dæmonem non imaginariâ adoratione conten-
tum eſſe,ſed eas ad ipſum ludum verè & realiter apportare , ut etiam vere & rea-
liter adoretur,Argumentum autem à veriſimili in jure bonum eſt. † 30
l.ſi extraneus,ff.de condict.ob cauſ.l.Lucius, §. *Titio,ff.de liber.& poſthum.l.*
*fin.C.de hered.inſtit.*Quod enim veriſimile eſt,probabile eſt, & ſpeciem veri ha-
bet,† ſicut è converſo,quod non eſt veriſimile, ſpeciem habet falſi,ut dixit Bald. 31
*in l.1.C.de ſervis fugitiv.*Jaſ.*in l.ſi extraneus,n.8.C.de condict.ob turp.cauſ.*Erneſt.
Cothman.*conſil.15.n.124. vol.* 1. ideoq; qui arguit à veriſimili, † arguit à ratione 32
naturali,cùm veriſimilitudo ſit cognata naturæ, Bald.*conſil.*180.*nu.3.vol.3.* Vult.
*conſil.Marp.15.n.154.vol.1.*Et in dubio †veriſimile habetur pro verò,Anton.Fab. 33
*in Conſult.de Ducat.Montisferr.part.1.fol.32.in fin.*Cui adminiculatur,quòd Dia-
bolus ſit ſimia Dei,† & non ſolùm ipſum cultum divinum , ſed & modum ſimi- 34
lem colendi affectet,ut apparet ex *d.c.4.Matth.*ibi : hæc omnia tibi dabo,ſi pro-
ſtratus adoraveris me , idque multis adductis exemplis oſtendit & probat Wil-
helm.Zepper.*in l.Moſaic.lib.4.c.5.*

Septimò facit , quòd in omni actu realitas & veritas potiùs , quàm fictio
præſumatur,† cùm illa ſit ſecundùm,hæc præter naturam, *l.3.§.hæc verba.ff.de* 35
negot.geſt.l.filium quem pater , ibi : ne imagine naturæ adumbretur veritas ,ff.de
liber.& poſthum.junct.l.fideicom.miſſum,76.ff. de condit. & demonſtr. Valentin.
Forſter.*de ſucceſſ.ab inteſt.lib.6.c.24.* Quin imò hoc caſu duæ concurrerent fi- 36
ctiones, † una in imaginaria tranſlatione,altera in imaginaria adoratione, cùm
tamen juris ratio non patiatur duas fictiones concurrere in eadē perſona, & cir-
ca eandē rē,*gl.& Dd.in l.1.C.de dot.promiſſ.*Zaſ.*ad l.ſingularia,n.10 ff.de reb.cred.*

Octavò facit,quod plerunque Sagæ perſonaliter paciſcuntur cum Dæmo- 37
ne † & is verè adhibitis quibuſdam ſolennibus,iſtas abjurare facit venerandam
Trinitatem, & ſibi homagium præſtari,prout ex Sagarum confeſſionibus & ex-
emplis apparet.Atqui rem quamcunq; ſuâ metimur origine.
*l.qui id quod,ff.de donat.l.fin.ff.ſi ex noxal.cauſ.agat,*Regner.Sixtinus *conſil.* 38
Marp.18.n.35.vol.2.& ex primordio † negocii poſterior ſolet formari eventus.
l.potior,l.quia balneum,ff.qui potior,in pignor.l.un.in fin.Cod.de impon.lucr.de-
*ſcript.*Roland.à Valle *conſil.76.n.20.vol.3.*Cravett.*conſil.* 1000.*n.33.* neque pro-
greſſus præſumitur degenerare à ſuo principio Petrin. Bellus *de re milit.part.* 10.
*tit.2.n.34.*ideoque ſicut pactum ipſum & homagium verè & realiter fit,ita etiam
verè & realiter effectum & continuationem illius , videlicet adorationem, quæ
illi conſequens eſt , fieri cenſendum eſt. Quale enim principium , tale prin-
cipiatum.

Nonò hac præſuppoſita opinione illud tanquam conſequens & conſe-
39 ctarium infertur, quod cum Sagæ ſeu lamiæ realiter & corporaliter † ad ejuſmodi ludos & ſaltationes nocturnas conveniunt, eas, quæ in tali conventu conſpiciuntur, verè adeſſe, nec ullam ibi conſpici, quæ non verè & realiter adſit, & ipſi Diabolo tanquam Præſidi & Magiſtro iſtarum Chorearum & ludorum, homagium præſtiterit, & Magicis artibus conſtricta ſit, ideoque ſatis certum eſſe indicium, perſonas ita realiter in ejuſmodi ludis præſenter conſpectas & indicatas, Diabolo & magicis artibus addictas, & de iis non ſolùm ſuſpectas, ſed quodammodò convictas eſſe.

Uti refert Petr. Binsfeld. *de confeſſion. malefic. membr. 2. concluſ. dubio* 2. aliâs hoc ſequeretur abſurdum, non ſolùm ipſas lamias, ſed etiam honeſtas & pias fœminas ad iſtos ludos deferri, iiſque intereſſe poſſe. Argumentum autem à vitando abſurdo in jure noſtro validum & frequens eſt, *l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. l. obſervare, §. fin. ff. de offic. Pro. Conſ. gloſſ. in l. efflitus, ff. de legat. 3.* Hartmannus Piſtor. *lib. 2. q. 29. n. 41. & q. 13. n.* 30. Bruckman. *in § venatio, c. 4. n. 25.*

40 Hanc ſententiam de corporali, reali & vera Lamiarum avolatione, † & præſentia in ludis, ex enumeratis modò & aliis fundamentis quamplurimi tuentur Theologi, maximè inquiſitores hereticæ pravitatis, nec non etiam JCti & Politici non poſtremi nominis.

Jacob. Sprenger. & Henric. *Inſtit. in malleo malefic. part. 2. q. 1. c. 3.* Barthol. Spine. *de ſtrigib. c. 2. & ſeqq.* Paul. Ghrilland. *de ſortileg. quæſt. 7. nu. 8. & ſeq.* Petr. Greg. Tholoſan. *de republ, lib. 13. c. 28.* Joachim. Camerar. *in proœm.* Plutarchus *de defect. Oracul. fol.* 332. Johan. Bodin. *de magor. Dæmonomon. li. 2. c. 4.* ubi quamplurima ſuæ ſententiæ adducit exempla, non per ſomnia, ut ipſe ait, ſed per judicia contradictoria; confeſſiones, condemnationes, &c. obſervata, Petrus Binsfeld. *de confeſſion. malefic. poſt prælud. conch. 12. & paſſim.*

Verùm quamvis hæc ſpecioſè multiſque probabilibus argumentis, exemplis, & auctoritatibus prædicti auctores, & alii qui eos ſequuntur, ita diſputent & defendere conentur: major tamen & ſanior pars Theologorum, JCtorum, Politicorum, & Phyſicorum, firmioribus & ſolidioribus fundamentis in eam
41 propendent ſententiam, † iſtos Lamiarum conventus, ludos, choreas, comeſſationes, apparitiones plerumque eſſe illuſiones & ludificationes Dæmonum, & ut plurimùm præſtigias & ſpectra tantùm fœminarum in ludis & choreis iſtiuſmodi ſpectari, non autem vera corpora, quæ & nobis ſemper verior viſa fuit.

Et quidem hæc ſententia nititur auctoritate Concilii Anquirenſis, vel ut alii volunt, Ancirenſis, cujus decretum canonizatur in *cap. Epiſcop. 26. quæſt.* 5. ubi ex Decreto prædicti concilii ita ſtatuitur: Ipſe Satanas qui transfigurat ſe in Angelum lucis, ut ſcriptura 2. *ad Corinth. c.* 11. cùm mentem cujuſcunque mulieris cœperit, & eam per infidelitatem ſibi ſubjugaverit, illicò transformat ſe in diverſarum ſpecies perſonarum atque ſimilitudines, & mentem quam capti-

vam

Digitized by Google

vam tenet,in ſomniis deludens; modò læta, modò triſtia,modò cognitas modò incognitas perſonas oſtendens, per de via quæque deducit, & cum ſolus ſpiritus hoc patitur,infidelis mens hoc non in animo, ſed in corpore evenire opinatur,&c.Huic concordat *text.in c.nec mirum,d.cauſ.26.q.eadem.* Joh.Köpp.*obſ. 130.n.7.* ubi dicit ad prædictum canonem Epiſcopi ſolidum hactenus ſe non vidiſſe reſponſum.Eandemq; ſententiam ſequi Auguſtin. *in lib. de Spirit. & lit. c. 28.ibid. teſtat.* atque in dubio opiuionum procellis † ſecurus navigat, qui cum 24
textu navigat,inquit Udalr.Zaſ.*ad l.properandum,§.& ſiquidem,n. 8. C. de judic.* habet enim ut pedem figat, *ut loquitur Bald.*

Et cum hic textus ſectatoribus contrariæ opinionis oculorum aciem valde perſtringat,prænominati ſupra auctores mallei malefic,aliique inquiſitores, quique eos propter auctoritatem vel gratiam ſequantur, allegatum c. Epiſcopi 43
vrriè torquent, † & perſpicuam illius diſpoſitionis literam variis interpretationibus evertere conantur, communiter inferentes, in iſto capit.non agi de hac ſecta modernarum Lamiarum,ſeu ſtrigarum,ſed aliâ longè diverſa.

Barthol.Spin.*de Strig.cap.25.* Alfonſ.à Caſtr.*lib.1.de Juſt. hæret. punit. cap. 16.* Paul.Ghrilland, *de Sortileg. q. 7.* Idque multis perſequitur Petr.Binsfeld. *de Conf.malef.circ.fin. in reſolut. argumentorum.*

Verùm iſthac tergiverſatione & ſimilibus commentis, textus allegati auctoritatem non infringunt. Quamvis enim iſte loquatur de ejuſmodi ſecta ſa- 44
garum ſeu à Diabolo deceptarum fœminarum, † quæ credebant, quod equitarent cum Diana Dea paganorum & Herodiade, & innumerâ multitudine mulierum ſuper quaſdam beſtias, &c.Item quæ putârint aliquid Numinis & divinitatis eſſe præter Deum; quâ ignorantia modernæ lamiæ non laborant, cum ſimilibus diverſitatis circumſtantiis: attamen certum eſt, in realitate & fundamento iſthæc convenire, quamvis in modo & circumſtantiis varient. Conveniunt enim I.in hoc, quod ſicuti noſtri temporis Sagæ & dementatæ mulierculæ,à Deo,ad Satanam ſe convertunt: ita & relatæ in illo capit. mulieres, ſceleratæ & ad Satanam converſæ, & Dæmonum illuſionibus ſeductæ, illius præſtigiis credere dicuntur. II. Sicuti relatæ in d.cap. mulieres putârunt ſe equitare ſuper quaſdam beſtias,& multarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire,& Diabolo,comparenti in forma Dianæ, velut Dominæ, obedire, eique ſervire: ita & modernæ Lamiæ confitentur ejuſmodi delationes, conventicula, & quod in illis ut plurimum Diabolo in forma hirci apparenti ſerviant & obediant.

Habet enim multos & infinitos fallendi homines modos Diabolus,† qui 45
tamen ſemper eſt ſui ſimilis, & per diverſas fallacias, actus, & fraudes ad eandem metam collimat, ut artibus ſuis,& præſtigiis, homines à veri Dei invocatione ad ſui cultum perducat,& in æternæ damnationis barathrum præcipitet. Quod enim olim Diabolus in formæ Dianæ & Herodiadis [tunc temporis

enim

enim ita incommodum id fuit, propter recens deſertum, & adhuc in memoria & opinione multorum ad Chriſti fidem converſorum, reſidentem Ethniciſmum, in quo Diana pro Dea colebatur) verſutus hoſtis practicavit, comitando Sagas, & ad conventicula deducendo, id hodie in forma hirci vel equitis, aut alius phantaſmatis efficit. Nam ex ipſarum Lamiarum confeſſionibus, aſſerentium ſe hircis, ſcopis & beſtiis inſidere & equitare, idem apparet: Quòd & modernæ
46 Lamiæ aliquid divinitatis Diabolo tribuant, † id ex eo ſatis apparet, quod divinos honores eidem deferant, cultu adorationis & venerationis Eandem itaq; & tunc egit, & hodie adhuc Diabolus agit fabulam, ſivè tragœdiam, & ad eundem effectum, quamvis modo alio atque alio. Cùm itaq; ratio deciſionis illius cap. ſit generalis (prout ſemper lege ipsâ generalior debet eſſe ratio) ita ut in fundamento tam noſtri temporis Lamiis, à Diabolo deceptis, quàm ibi, ab eodem demantatis convenire poſſit, ipſa etiam lex in noſtri temporis Lamiis locum ha-
47 bebit. Ubi enim eadem ratio, † ubi idem jus dominetur oportet.

l. generali, ff. de fidejuſſ. Cravett. *conſil.* 187. *num.* 2. idq; obtinet, etiamſi lex
48 † in hypotheſi certarum perſonarum vel circumſtantiarum intuitu diſponat ſpecialiter, ratione tamen additâ generali, nihilominùs generaliter accipitur, *text. in l. regula, circ. fin. ibi:* & licet municipum mentio fiat in hac epiſtola, tamen etiam in quamlibet perſona idem obſervabitur, *ff. de jur. & fact. ignor.* Bart. *ibid.* Hie-
49 ronym. Schurff. *conſil.* 18. *n.* 4. *cent.* 1. Caſus enim ſimilis † expreſſo, ex indentitate rationis habetur pro expreſſo, *arg. l. fin. ubi* Bart. *C. de inſtit. & ſubſt.* Bald. *in l. diverſas, n.* 3. *C. mand.* Paul. Pariſ. *conſil.* 66. *n.* 59. Cravett. *conſil.* 62. *n.* 14. *& conſ.* 130. *n.* 7. Tiber. Decian. *reſponſ.* 28. *n.* 23. *lib.* 2. ideoq; interpretatio quæ fit ex rationis
50 in lege expreſſæ generalitate † non eſt extenſiva, vel comprehenſiva.

Surd. *conſil.* 25. *n.* 38. *&* 39. *vol.* 1. Gylmann. *in ſymphorem. ſupplic. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 3. *n.* 7. *in fin. fol.* 187. Proſp. Farinac. *conſil.* 30. *num.* 77. *lib.* 1. Dauth. *in expoſit. l. fin. n.* 87. *C. de pact.*

51 Sicut namq; genus † complectitur omnes ſpecies (inter ſe licet diverſas & contrarias) ita ratio in lege expreſſa omnes caſus expreſſis ſimiles, Bald. *in l. de quibus. ff. de legib.* Dec. *in l. demo,* 11. *n.* 5. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Forſter. *in tractat. de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 14. Johan. Meichſner. *deciſ. Cameral.* 9. *n.* 206. *tom.* 3. etiamſi in una atque altera circumſtantia varient, cùm ſimile non ſit idem. Quamobrem cùm diſpoſitio & ratio dicti noſtri textus ſit clara & perſpicua, lo-
52 cum habet regula tradita à Verallo *Deciſ. Rom.* 28. *n.* 3. quod in claris † ſtare debeamus textui expreſſo, *per tex. in l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat.* 3. *l. continuus, §. cum ita ff. de verb. oblig.* Decian. *conſil.* 503. *n.* 3. nec adherere gloſſis, Bald
53 *conſil.* 342. *col.* 2. *vol.* 1. Nam interpretatio † in caſu claro redolet calumniã, ut poſt Curt. ſcribit Meichſner. *deciſ. Cam.* 30. *n.* 3. *tom.* 3. Herm. Vult. *conſil. Marp.* 29. *n.* 5. *vol.* 2. *addens ex* Baldo *ad l. certo generi, ff. de ſervit. ruſt. &* Burſat. *conſ.* 360. *n.* 24.
54 *vol.* 4. ubi dicit infirmitatẽ intellectus † eſſe, quærere conjecturas cùm habemus

verba

Digitized by Google

verba clara: & eo caſu nimiùm ſubtilizare † nihil aliud eſt, quam perniciosè er- 55
rare, ut dixit Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 48. *n.* 2. ideoq; aliâ viâ textus noſtri
auctoritatem conantur evertere, Johann. Bodinus, *d. ſupr. loco.* & Petr. Gregori-
us Tholoſan. *de republ. d. cap.* 28. *n.* 16. ubi refert hoc cap. inter paleas, † quæ non 56
habent juris auctoritatem.

Deinde dicit concilium illud Ancyrenſe, † ex cujus decretis hoc cap. legi- 57
tur deſumptum, eſſe ſuſpectum, cùm neſciatur, quo anno, & ſub quo Pontifice
illud ſit celebratum.

Breviter reſpondemus negando, quod illud capit. referatur inter paleas, † 58
quia iſtis capitulis, quæ inter paleas referuntur, illud verbum, PALEA, expreſsè
ſemper legimus ſuper inſcriptum, uti apparet ex inſcriptione capit. Conſtanti-
nus diſtinct. 96. & ſimilium.

Præterea conſtat ex Hiſtoricis concilium illud Acyrenſe, † ſeu ut quidam 59
illud denominant, Acyranum, celebratum fuiſſe circa An. Chriſti 357.

Ut apparet ex Chronolog. D. Chriſtophori Helvici, inſignis Hiſtorici,
Chronologi, ac Theologi quondam in Illuſtri Gieſſ. Academ. Profeſſ. ſub. rubr.
de Conciliis. Et ſcribit Gabriel. Prateol. *in narrat. de Concil. Eccleſ. Chriſt. n.* 3. in
hæc verba: Concilium Ancyranum fuit quidem provinciale, ab Ancyra Galatiæ
civitate dictum, ſed tamen receptum in 6. Synodo generali Conſtantinopoli, ut
patet ex Canone 6. Synod. Et expreſsè canonizatur in *c. quoniam ſancta diſtinct.*
16. junct. c. prima adnotatio, diſtinct. ead. Et in c. de libell. diſtinct. 20.

Neque ad rem facit, quod non referatur, ſub quo Pontifice illud conci-
lium ſit celebratum, quia circa id tempus generalis iſte Pontificis Romani pri- 60
matus † nondum fuit in eſſe, quem primus Bonifac. 3. Papa à Phoca Imperatore
anno circiter 607. ſibi redemit.

Onurph Panuin. *in vit. Bonifac.* 3. Cario *in Chronolog. ſub rubr. Imperatores*
Conſtantinopolitani de imper. Phoc. Alciat. *ad l. omni innovatione, C. de Sacroſanct.*
Eccleſ. C. Mentzer. *in diſp. Anti-Piſtor. ult. theſ.* 18. Bronchorſt. *in miſcellan. aſ-*
ſert. 80. *cent.* 2.

Et cum hoc negare non poſſit Petr. Binsfeld. *alleg. ſupr. loc.* aliter reſpondet,
videlicet † Conſilium illud non fuiſſe generale, ſed Provinciale, ideoq; non po-
tuiſſe ſtatuere ita contra ſacras literas. Verùm neq; hoc elidit auctoritatem no-
ſtri textus, cùm certum ſit juris Canonici capitula auctoritatem habere à Pon-
tifice, † undecunque illa & ex quibiſcunque ſcrip tis ſeu conciliis deſumpta ſint.
Sic capitula illa quæ ex Divi *Auguſtini, Hieronymi, Cypriani, Chryſoſtomi*, alio-
rumque Patrum ſcriptis deſumpta ſunt, juris authoritatem obtinent, & ad cau-
ſarum deciſionem allegantur, non quatenus ſunt *Auguſtini, Hieron. &c.* ſed qua-
tenus à Pontifice, uſurpante juris condendi poteſtatem, comprobata & inter
Canones relata ſunt. Thom. *12. q.* 104. *artic.* 3. Imol. *in c. cum tanto, nu.* 7. *&* 8. *de*
conſuet. Raviſ. *conſil.* 68. *nu.* 106. *lib.* 4. *quos in ſimili allegat, & decidendo ſequitur.*

Digitized by Google

Proſp.Farinac.*deciſ.*Rot.Rom.74.*n.*5.ubi refert, Dominos de Rota cenſuiſſe, quod Pontifex ceu Legiſlator præceptum veteris teſtamenti judiciale mortuum, poſſit, vivificare illud, deſuper diſponendo: ſimiliter & concilii cujuſcunq; decreta pro jure aſſumere, & ejus auctoritatem tribuere poterit, quod tamen in dubium vocare videtur, Mart.Delt.*Diſquiſit. Magic. lib.5.ſect.*16. Qui tamen confutatur in tractatu *anonym.* de proceſſu adverſus crimen veneficii, *Colon. Agrippin. An.*1629.*ſumptibus Conſtantini Minch.edito, p.* 63. *& ſeq.ubi ita ſcribit.*

„ Exiſtimo, huic decreto Eccleſiaſtici Canonis authoritatem derogari non „ poſſe: Quod his rationibus probatur.

„ I. Quia Canon hic corpori Juris Canonici, & jam olim ab antiquo & „ noviſſimè à Gregorio XIII. recognito & approbato, ita inſertus eſt, ut nullo „ verbo aut ſigno, quod in aliis ſuppoſitiis fieri ſolet, ei Canonis Eccleſiaſtici au„ thoritas abrogetur.

„ II. Quia Gloſſa aliiſque Canoniſtis & interpretibus *ibidem* ita receptus „ eſt, ut nec unus, quod ſciam Canoniſta eum repudiet, quem ita etiam, ut dixi„ mus, recipiunt Burchardus, Navarrus locis citatis: Nec Theologi hactenus eum „ repudiarunt; ſed defendit recens etiam Suaretz *tom.*1.*de relig. li.*2.*de ſuperſt.*.*c.*16. „ *n.*26. Nec dubitant Vaſq. *ad* 1.*p.*5.*Thom diſp.*184. *c.*2. & Valentia *diſp.*4.*q.*2.*pun.*2.

„ Durum eſt autem in materia propriè Canonica concernente, à communi „ Canoniſtarum omnium, cæterorumq; Doctorum ſententia recedere.

„ III. Idem Canon prima etiam origine ſua maximæ & vetuſtiſſimæ au„ ctoritatis eſſe comprobatur: cum ſit vel ipſius concilii Ancyrani I. Ut Gratia„ nus, & communiter Canoniſtæ, & Doctores in decreto ibidem notarunt; non „ quidem unus ex ordinariis ejus concilii canonibus, ſed ex quodam appendice ſeu „ generali decreto ab eodem Concilio edito, ut referunt Binius *tom.*1.*conciliorum* „ (ubi etiam concilium illud Ancyranum refertur approbatum à Concilio Nicæ„ no) & Caranza in ſumma concilior. Sub finem Concilii Ancyrani, ubi refert id „ approbatum à Synodo Trullana cap.2. Vel certè ſit Damaſi Papæ, è quodam „ Concilio Romano, ut ſentiunt Baronius, *An. Chriſti* 314. & Binius *loc. cit.*

„ Quandoquidem prorſus ſimilia leguntur in vita Damaſi Papæ, quæ extat „ Romæ, *in pervetuſto de vitis Sanctorum Codice S. Mariæ Majoris*; ubi poſtquam „ reliqua relata eſſent ex Synodo Romana, in quo Damaſus Macedonium & A„ pollinarem damnavit, adjungitur, *anathematizatos in ea ſynodo eſſe, maleficiis, ſu„ perſtitionibus & incantationibus ſervientes.* Ac ſimul, ne quis aliò hoc trahat, ex„ preſſa ſit mentio earum mulierum, quæ putabant, *ſe nocturno ſilentio, cum Hero„ diade & univerſa multitudine mulierum ſuper beſtias equitare, & multa terrarũ „ ſpatia peragere*, ut refert recens quædã annotatio Gregorianæ editionis Decreti.

„ Et fieri etiam poteſt, ut Canon ille à Concilio Acyrano dudum editus, „ denuò quaſi renovatus, & ad praxin revocatus fuerit Decreto Damaſi, & benè „ Suaretz *loc. citat.*

IV. Acce-

Digitized by Google

IV. Accedit, quod de mulieribus illis eadem habentur *tom. 3. Auguſtini libr. de ſpirit. & lit. cap.* 28. Qui etſi non ſit Auguſtini, ſed authoris non paulò recentioris, *eſt tamen liber doctus & pius*, ut recenſet Bellarminus, *lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Auguſtino*: Et multò veriſimilius eſt, hunc auctorem ex illo decreto partem deſcripſiſſe, quàm contrà.

V. Deniq; nullum eſt firmum argumentum, quò probetur, canonem illum ſuppoſitum eſſe, imò nullum ferè aliud, quam quòd à materiæ in eo deciſæ & aſſertæ inconvenientia noviter à nonnullis deſumptum eſt; quod argumentationis genus ad convellendam antiquorum ſcriptorum, & antiquitus receptorum authoritatem, & per ſe odioſum & ſæpè fallax, & hoc loco importunum infirmumque eſt; cùm ſine ullo abſurdo illius doctrina rectè explicari & defendi poſſit, ut mox dicetur.

Neque admittere aut credere poſſumus, quod ſine ſufficienti probatione aſſerit, an ſuſpicatur Delrius *lib. 5. ſect. 6.* quædam, quæ ſcilicet minùs probantur, à Burchardo, vel aliis inſerta; cùm ea dudum ante Burchardum, ſive in decretis ipſius conſilii Ancyrani, ſive in vita Damaſi, legantur; ut taceam auctorem libri *de ſpirit. & lit. cit. locis*. Ex quibus omnibus concludimus, hunc canonem, ſecundùm id, quod in eo per ſe & principaliter intentum ac definitum eſt, planè habere vim Eccleſiaſticæ regulæ. Et hoc eſt primum pronunciatum, quòd de hac re ſtatuimus.

Quicquid itaque ſit de illo Concilio, ſatis eſt, quod hoc capit. à Pontifice inter canones relatum, & juris indubitati auctoritate donatum ſit. Verùm dices, quid Pontificis & juris ab eo conſtituti auctoritas ad nos, qui in terris Imperii vivimus, eumq; ſuperiorem non agnoſcimus? Paucis reſpondemus, juris canonici auctoritatem paſſim in terris receptam † maximè in cauſis concernentibus 63
conſcientiam & res ſpirituales.

Mynſing. *obſ. 6. cent. 4.* Johan. Dauth. *de teſtam. n. 8.* Hermann. Vult. *in prolegom. Iuriſprud.* Modeſtin. Piſtor. *conſil. 16. num. 6. vol.* 1. non quidem in gratiam Pontificiæ † auctoritatis, & velut ab eo profectum, ſed tanquam jus noſtrum, 64
ſpontaneo ac liberrimo Principum ac Procerum Imperii conſenſu receptum.

Regner. Sixtin. *de regalib. lib. 1. c. 4. n.* 118. *in fin.* Johann. Goedd. *de contrah. ſtip. cap. 6. concluſ. 7. nu.* 109. neq; ſimpliciter & in totum, † ſed quatenus res in iis 65
propoſitæ juris naturalis & divini veſtigia imitantur, *juxta text. in c fin. in notat. diſtinct. 9.* Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 3 part. 1. c. 3. n. 23.*

Et quoad Auguſtanæ Confeſſionis addictos Status & cives Imperii ita expreſsè conſulendo determinavit, † poſt Modeſt. piſt. *alleg modo conſil. Celeberri-* 66
mus Germaniæ IC. Erneſt. Cothm. *conſil. 28. n. 70. vol. 1.* ubi in hæc verba ſcribit: Auguſtanam Confeſſionem profitentes jura iſta Canonica omninò obligare, quatenus nominatim non ſunt abrogata, neque etiam juri divino repugnant, jam verò textus capituli noſtri neque juri divino repugnat, neque abrogatus eſt

Digitized by Google

lege aliqua civili, tantò minus naturali rationi repugnat, ut ei magis quàm contraria congruat ſententia, ut ex ſeqq. apparebit.

67 Non tamen eorum comprobamus ſententiam, † qui contra literam & ſenſum hujus capituli illud extruere volunt, omnes lamiarum cum Diabolo negotiationes, actiones, veneficiorum præparationes, & hominibus ac brutis præparatorum applicationes eſſe merè imaginarias, & nuda phantaſmata, adeoq; in eas non ita ſeverè animadvertendum, quod expreſsè pugnaret cum ſacris literis & legibus noſtris, quæ illas occidere jubent, *Exod. 22. verſ.* 18. quod præcipuè Paul. Ghrilland. *de Sortil. q. 3. n. 9.* & alii ex diſſentientibus impugnant.

Neque hoc, quaſi nunquam Diaboli potentiâ effici poſſit, ut Lamiæ corporaliter ad locum conventiculi deferantur, contra quos potiſſimum allegati ſupra auctores & inquiſitores diſputant, ſed juxta verum ſenſum illius capituli, ut
68 plurimùm congregationes & ſaltationes iſtas nocturnas † fieri illuſoriè & phantaſticè. Ita etiam declarat Johann. Scultet. *in tract* von Zauberey/ vnd Zauberern/ *c. 7.* Confer etiam quæ noviſſimè ſcripſit Fridericus Balduinus, *de Caſib. conſcient. lib. 3. c. 5. caſ.* 7. ubi dedicat negari non poſſe Diabolum *interdum* corpora ſuorum mancipiorum aliò transferre & ab hac ſententia non alienus eſt Martin. Delr. *Diſquiſ. Magicas, lib. 2. quaſt. 16. fol.* 169. ubi dicitur illam ſe putare opinionem veriſſimam: NONNUNQUAM verè Sagas transferri à Dæmone de loco ad locum, hirco vel alteri animali, vel arundini veræ, ſcoparumvè baculo etiam vero, ſed acto & ſublevato à Dæmone inequitantes, corporaliter conventui nefario intereſſe. *Hactenus ille.*

Uti juris auctoritate hæc nititur ſententia, ita ſecundò rationi naturali magis congruit; Siquidem ex plurimis Lamiarum confeſſionibus, † quæ ab utriuſq; opinionis defenſoribus adferuntur, conſtat, eas credere & aſſerere, quod poſt-
69 quam ſe oleo Diaboli arte ad id confecto inunxerint, per caminum, exiguas feneſtrarum vel parietum rimas, aliaq; anguſtiora loca, ſcopis inſidẽtes evolare, & per aerem ad locum deſtinatum deferri poſſint. Hoc autẽ cum naturæ pugnat principiis, † ut corpus majus penetret per ſpacium improportionatum, per fora-
70 mina videlicet feneſtrarum & parietis, quod per Dæmonem non magis fieri poſſet, quàm ut Camelus tranſiret per foramen acus, quod ab ipſo Salvatore habetur pro impoſſibili, *Matth. 19. v. 24.* & eruditè deducit Johan. Wier. *de præſtig. Dæmon. li 5. c. 13.* & poſt eum Johan. Gœdelman. *in tract. ſuo de Lam. l. 2. c. 4. n. 40.* Ubi addit hanc rationem, quod Corpus, & quicquid in loco circumſcribitur, ſeu omne locatum debeat eſſe ſuo loco proportionatum, alioquin dandam eſſe corporum penetrationem, quod contra naturam & omne Phyſicũ eſt principium. Indeq; & noſtri dicunt, quod experimenta † verorum ſermonum debẽt
71 concordare cum rebus ſenſatis, *ut not.* Bald. *in tract. Schiſmat. quem poſuit ſub rubr. C. ſi quis aliquem teſt. prohib. Et in l. fin. C. de edict.* Div. Hadr. *toll. & in l. teſtium C de teſtib.*

72 Et præſupponendus eſt † aptitudinis actus in quolibet corpore naturali,

ut eſt Philoſophorum regula, quam noſtri ita inferunt, ſemper in quovis actu præſupponendos eſſe terminos habiles, *l. adigere 6. §. quamvis. ff. de Iur. patronat.* Anton. Fab. *in Cret. in* Sabaud. *judic. lib. 5. tit. 17. defin.* 1.

Accedit & hoc, quod ex ipſarum Lamiarum plurimis confeſſionibus conſtet, † quod putent & aſſerant, quaſdam ex numero illarum, non rarò à Diabolo 73
verè tranſmutari in feles, aliasq; beſtias; quæ eſſentiarum in creaturis mutatio verè & realiter fieri omninò non poteſt, † cùm eſſentiæ rerum ſint immutabiles, 74
Scalig. *lib. 2. de Cauſ. ling. lat. pag.* 202. *& p.* 131. ubi dicit, eſſentiam rerum mutari, qui dixerit, ſcuticâ caſtigandum eſſe.

Virtutem † iſtam transformandi unam creaturam in aliam, neq; Diabolo 75
propriam eſſe, neq; à Deo ei permiſſam, ſed ſoli ſuæ divinæ Potentiæ reſervatam, æq; ac vim producendi creaturas ex nihilo, qua etiam à Dæmoniis gentium diſtinguitur, *Ierem.* 10. noviſſimè multis deducit Frider. Balduin. *de Caſib. conſcient. lib. 3. c. 5. caſ.* 8. ubi etiam adducit Auguſt. †. *lib. 18. de Civit. Dei, c.* 17. in 76
hęc verba ſcribentem: Nec ſanè Dæmones naturas creant, ſed ſpecietenus, quæ à verò Deo ſunt creata commutant, ut videantur eſſe, quod non ſunt. Non itaque ſolum animum, ſed nec corpus quidem ulla ratione crediderim dæmonum arte vel poteſtate, in membra vel lineamenta beſtialia veraciter poſſe converti: Sed phantaſticum hominis qui etiam cogitando vel ſomniando per rerum innumerabilia genera variatur, & cum corpus non ſit, corporum tamen ſimiles mira celeritate formas capit, ſopitis aut oppreſſis corporeis hominum ſenſibus, &c. Quinimò hæreticum eſſe iſtam vim transformandi Diabolo tribuere ſcribit Decian. *in tractat. Crimin. lib* 5. *cap.* 17. *verſ.* 38. *uti eum ad hoc allegat* Farinaci *de Hæreſi. quæſt.* 181. *n.* 18.

Ideoq; verius & naturali rationi ejuſq; principiis convenientius eſt, poſt junctionem Diabolicâ ſuperſtitione factam, Lamias plerumq; in profundum ſomnum incidere, & à Diabolo forti quadam imaginatione, phantaſiis † & præ- 77
ſtigiis in apparentia variarum ſpecierum occupari & ſic illis illudi, maximè cum & Medici unctionibus quibuſdam quandoque naturaliter ſomnum vehementiſſimum inducant, injunctis temporibus ægroti, ut experimento adducto Barthol. Spine. *in tract. ſuo de Strigib. cap.* 2. *probat*: vel etiam potionibus adhibitis, quas ipſi ſoporifera vocant, quæ ita profundum ſomnum inducunt, ut etiam exquiſitiſſimis corpori illatis cruciatibus non expergiſcantur, prout fieri audivimus in abſciſſione membrorum infectorum.

De ejuſmodi unguento † quod ſingularem efficaciam habet, ut per illud 78
variæ conſpiciantur rerum ſpecies ſcribit Cardan. *li.* 18. *Subtil.* differentem refert Wier. *d. lib.* 3. *c.* 17. & ſcribit Keckerm. *in diſp. ſuis extraord. diſp. de fulmin prob.* 2.

In Lamiis multa à Satana effici phantaſtica † ſomniorum ludibria & mentis illuſiones: cùm etiam naturaliter nonnullis ſæpiſſimè tam expreſſa rerum ſimulachra objiciantur in ſomniis, ex Phyſicis quibuſdam mirabilibus conſtare 79

exemplis, ut non ſomniantes, ſed vigilantes ea externis ſenſibus apprehendiſſe aut externo opere executos ſeſe fuiſſe jurare auſint, ideoq; non difficile eſſe Diabolo, cooperante ſpirituali & occultâ faſcinatione, ita Lamiis illudere.

Nec deſunt pro Tertiò exempla ſingulariter obſervata, quòd eo ipſo
80 tempore, † quo Sagæ confeſſæ & conſpectæ ſunt fuiſſe in ludis & choreis, apud maritos in lecto, vel alio loco revera fuerint. Hujus rei experimenta recenſet Alciatus, ſe à magnæ fidei hominibus cognoviſſe. Et refert notabile exemplum Paul. Ghrilland. *de ſortileg. c.* 10. Quod maritus quidam in oppido agri Sabinenſis uxorem de hoc crimine ſuſpectam habens, decreverit, (cùm ex rumore eam ſæpiùs ejuſmodi choreis interfuiſſe cognoſceret] ipſam obſervare, cœperitq; plurimis noctibus diligenter vigilare, noctesq; circiter duodecim egerit inſomnes, ſtudiosè attendens, num illa ad ludos iſtos nocturnos evagaretur: Hic nihil unquam fraudis comperit, ſed manibus eam ſemper in lecto contrectavit. Paulò poſt illa accuſata & quæſtionibus ſubjecta, confeſſa eo ipſo tempore & horâ, quâ maritus eam in lecto manibus contrectatam tenuit interfuiſſe choreis, quòd & aliæ ejuſdem criminis accuſatæ faſſæ ſunt. Maritus verò in conjugis patrocinium præſtito juramento graviſſimo affirmavit, iſtam illâ nocte, maximè illâ horâ ſecum decubiiſſe in lecto.

Aliud exemplum non minùs notabile adducit Johann. Godelmann. *dict. ſupr. loc. n.* 29. quod in Ducatu Megapolitano acciderit, de famulâ quadam, Domino ſuſpecta, ex qua ipſe confeſſionem extorſerat, quod certo & deſignato tempore, ipſi migrandum ſit in montem Bructerorum. Dominus ille adjunctis ſibi paſtore & domeſticis famulam diligenter in conclavi cuſtodit, & obſervat, quòd poſtquam illa unguentis corpus ſuum illevit, in profundum ſomnum inciderit, ut excitari non potuerit. Altero autem mane interrogata reſpondit, ſe in monte Bructerorum cum aliis mulierculis revera fuiſſe, nec aliud ſibi perſuaderi paſſa eſt. Alia paſſim ab aliis obſervata recenſentur exempla. Neque eſt, quòd hic aliquis regerat, Diabolum potiùs aſſumptâ ita uxoris & famulæ dormientis formâ, marito & Domino illuſiſſe; Nam ad hoc tersè reſpondet Alciaciatus *d. mod. loc.* Cur non, inquit, potiùs Cacodæmonem cum ſuis Dæmonibus, uxorem verò cum ſuo marito fuiſſe præſumis? cur verum corpus in ficto luſu, phantaſticum in verò lecto fuiſſe potiùs credes?

Idque quartò tantò magis in præſenti facti ſpecie, inſpectâ puellæ iſtius
18 ſtolidæ Margaretæ N. de qua in actis memoratur, confeſſione, † quæ circumſtantias & apparitiones tales enarravit, quas vel ipſi adverſæ partis ſectatores non niſi pro meris Diaboli illuſionibus, imaginationibus, & phantaſiis haberent, utpote quod Lamiæ ex poſte vinum prompſerint, wie in der alten N. Hauß/ etliche Hexen conventus und Geſabbath gehalten/ hetten ſie den Wein auß dem Stender gezapffet/ Item in dem Conventu zu Bremen/ in der N. Kuſt-Hauſſe/ weren die frembden Zauberſchen/ ſo hernacher Nahmhafft gemacht/

nach

nach gehaltener Gaſterey auß dem Fenſter geflogen / vnd ſich als Kräen ins Fenſter geſetzet/*ut apparet ex Protocoll. de 23. & 24. Ianuar.* Item/daß ſie ſich im tantzen können Vnſichtbar machen ſonſten nicht / rc *Protocoll. de 27 Ian. ad 13. art.* Item/das ein angegebene Hexe die N ſich in geſtalt einer Fliegen/ſo dan einer Katzen verwandele/auch von J. F. Gn. deß Herrn Biſchoffs zu N. Tiſche/ zu vnd auß S. F. G. Schüſſel waß ſie wol an Speiſe durch Zauberey erlangen könne. *Protocoll. de 13. Februar.*

Item reali & corporali Lamiarum præſentiæ in choreis maximè repugnat, quod nominata modò puella viros & fœminas jam dudum defunctas in allegatis à ſe choreis præſentes quaſi vidiſſe afferat, quod inevitabile argumentum eſt illuſionum Dæmonicarum, excludendæ regularis & perpetuæ corporalis præſentiæ Lamiarum in nocturnis vel diurnis conventibus, † Certum enim 82
eſt ſemel mortuos homines Diabolum non poſſe reſuſcitare & corporaliter ſiſtere in iſtis conventiculis, cùm reſuſcitare mortuos ſolius divinæ ſit opus potentiæ, *per tradita* Farinac. *in Pract. crimin. q. 20. n. 79. ubi dicit*: hæreticum eſſe id Diabolo tribuere, adeò ut is omnibus ſuis viribus ne pulicem mortuum ſuſcitare poſſit, ut ſcribit Petr. Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib. 13. c. 28. n. 10.*

Huic tamen obſtare videtur, † quod mulier Pythoniſſa Diaboli, & magi- 83
cis artibus Samuelem ad petitionem Saulis à mortuis reduxerit, quem verum fuiſſe Samuelem vel ex eo apparet, quod & futura, & vera prædixerit, quæ in Diabolum non cadunt, quia is neque futura prædicere poteſt, neque vera narrare ſolet, 1. *Samuel. cap. 28.*

Reſpondetur † *ex cap. nec mirum 26. quæſt. 5.* Quod indignum ſit ſecun- 84
dum verba hiſtoriæ commodare aſſenſum. Fieri enim non potuit, ut arte magicâ attraheretur vir & nativitatate ſanctus & vitæ operibus juſtus. Aut enim invitus adductus eſt, & nullum ſuffragium habet Dei gratia, & ſcriptura quæ teſtatur, quod animæ juſtorum in manu Dei ſint, & tormentum non tangat eos, *Sap. 3. v. 1.* neque ulla moleſtia, *Apoc. 14. v. 13.* Aut voluntarius, & amiſit bonum ſpirituale, quod poſitus in carne quæſierat, quod abſurdum eſt; quia qui hinc juſtus recedit, permanet juſtus, & coronam juſtitiæ ſibi à ſalvatore applicatam det, *Apoc. c. 2. v. 10.*

Hoc enim eſt præſtigium Satanæ, ut habet textus in d. c. nec mirum quo ut plurimos fallat, etiam bonos in poteſtate ſe habere confingit, ideoque ut errorem faceret, in quo glorificaretur, in habitu viri juſti ſe ſubornavit. Præterea Hiſtoricè hæc ita in d. cap. 28. deſcribuntur, mens videlicet Saulis, habitus Samuelis, non expreſſo, vera an falſa ſint. Quinimò ſi verus Samuel apparuiſſet, utique is ut vir juſtus non paſſus fuiſſet ſe adorari, qui prædicaverat ſolum Deum adorandum, ſed potius reſtitiſſet ceu An gelus ille fecit, *Apocal. 19* qui Johanni adorationis cultum ipſi deferenti reſpondit; Noli hoc facere, conſervus tuus ſum, &c

Cui

Cui accedit quod iſte Samuel dixit ad Saul: Cras eris mecum. Jam verò Saul fuit reprobatus, Samuel verò juſtificatus, quomodo ergò potuit verus ille eſſe Samuel? Cùm inter fidelium & infidelium animas Chaos magnum ſit confirmatum, ut nec hi ad illos neque illi ad hos venire poſſint: *Lucæ 16. v. 26.*

85 Eamque † ſententiam ſancti Patres tuentur. Auguſtin. *lib. 2. de Mirabili-*
,, *bus S. ſcript. cap. 11. ita ſcribit.* Qualiter Samuel à Pythoniſſa ſuſcitatus dicitur,
,, dum illa dæmoniacis incantationibus & præſtigiis, ut videtur? Et quomodo Saul
,, qui in viventibus Dei prophetis reſponſum non invenit reſuſcitatum morte Pro-
,, phetam audire meruit. Unde non hunc eſſe Samuelem illum prophetam,
,, per factum facilius intelligitur: Sed Diabolus qui ſe transfert in An-
,, gelum lucis, in Phantaſia Samuelis conſideretur. *Et in lib. 2. ad Simplician. q 3. ità*
,, *concludit*; Ut non verè ſpiritum Samuelis excitatum à requie ſua credamus, ſed
,, aliquod phantaſma & imaginariam illuſionem, Diaboli machinationibus fa-
,, ctam, quam propterea ſcriptura nomine Samuelis appellat, quia ſolent imagines,
,, earum rerum nominibus appellari, quarum imagines ſunt, idem etiam ſentit,
Juſtinus Martyr. *Reſponſione ad quæſt. 52 uti eum allegat.* Oſiand. *in gloſ. ad cap. 28.* Samuel. Chemnit. *in 3. parte Exam concil. Trident.* Et teſtatur hiſtoria, ſive parabola de Divite, & Lazaro quod ille, cum in tormentis eſſet, rogans Abraham, ut ex mortuis aliquis ad convertendos fratres ſuos iret & ad pœnitentiam eos hortaretur, repulſam omninò tulerit, *Lucæ 16. v. 29 & ſeqq.* Et de hac quæſtione remiſſivè agit Farinac. *in tract. de Hereſ. q. 181. n. 58.*

86 Neque adverſatur, quod ibi Sauli † inſtans ipſius exitium & mortem prædixerit, quia hoc non difficile fuit Diabolo ex apparatu hoſtium Saulis, aliiſque circumſtantiis, ſignis & conjecturis, maximè cùm à Saule tunc Dei protectio & gratia receſſerat, & is extremis deſperationis laqueis involutus erat, imminentem prope mortem prædicere.

Neque obſtat, quod vera dixerit, quia & hoc Diabolum ſæpius feciſſe apparet, modò finem ſuum conſequatur. Quinimò ſingulari Dei permiſſione Diabolum vera prædicere poſſe dubium non eſt. Et notat Paul. Ghrilland. *de Sortileg. quæſt. 6. n. 7.* quod Diabolus, ut facilius hominem decipiat, de futuris
87 interrogatus reſpondeat † implicitè & verbis dubiis, quæ in utrumque eventum ab ipſo deinde torqueri poſſunt, juxta illud quod Græcis prænunciâſſe legitur iſto verſiculo: Ajo, te Ajacidem Romanos vincere poſſe. Simile illud Peruſino cuidam conſulenti Diabolum datum reſponſum: Ibis, redibis, non morieris in bello. Sic & hoc caſu non explicitè & implicitè Sathanas reſpondit Sauli, dicendo: cras eris mecum, quæ utique verba, ſi aliter res cecidiſſet, ſatis artificiosè potuiſſet in alium ſenſum vertere.

88 Sed adhuc unicum videtur adverſari, † quod legitur *Syrac. 46. verſ. fin.* ubi iſte Samuel tanquam verus Samuel & Propheta deſcribitur: Huic tamen
89 *Reſp.* I. librum iſtum † non eſſe Canonicum, ſed Apocryphum, II. Syracides ibi

Digitized by Google

ibi narrat tantùm hiſtoriam, prout illa in libris Samuelis deſcribitur, nihil autem
deſuper diſponit aut aſſeverat de vero vel ficto Samuele, uti reſpondet Ludovi-
cus Lavater *in tract.* von Geſpenſten/ꝛc. *part. 2. cap. 8.* Et in jure noſtro habemus
quòd verba narrativa nihil diſponant, *l. verba ubi.* Bald. & Salycet. *C. de teſtam.*
milit. Bart. *in l. ex hac ſcriptura de donat.* Weſenbec. *conſil. 37. n. 7.*

His itaque fundamentis & rationibus licet numero paucioribus, pondere
tamen multò ſolidioribus veritas poſterioris ſententiæ de nocturnis illis Lamia-
rum conventiculis, videlicet plerumque illuſiones & phantaſmata & non vera
corpora in iſtiusmodi conventibus apparere, ſatis emergit. Nam veritas paucis 90
& modicis, † efficacibus tamen rationibus contenta eſt, *arg. l. ita vulneratus, ff.*
ad L. Aquil. Udalr. Zaſius *conſil. 13. n. 16. in fin. vol. 2.* Anton. Quett. *conſil. 75. n. 1.* &
tribus verbis, ut dicit Beſold. *in tract. de reformat. & pac. Religion. diſſert. 1. n. 8.* &
ratio una fortior, vincit plures minùs fortes Zaſ. *conſil. 15. n. 42. vol. 1.*

Sicuti unus Neſtor apud Græcos olim pluris erat, quàm mille Therſites,
dicente Horatio: Therſites numerum, non vires auxit Achivis. Neq; hæc no-
ſtra ſententia, † quam hîc tuemur, ſingularis, ſed à Patribus ſuprà citatis & pluri- 91
mis tàm Theologis, quàm JCtis, Politicis, & Phyſicis communiter approbata
eſt: Nam primò poſt textus allegatos eam approbat *gloſſa, ad d. c. Epiſcopi. 26. q.*
5. cujus auctoritas † alias antecellit, ſecundùm Bart. *in l. ut vim ff. de juſt. & jur.* 92
Abb. *in c. 1. de conſtitut.* Zaſ. *conſil 3. n. 63. lib. 2.* Regner. Sixtin. *conſil. Marp. 11. nu.*
66. vol. 3. Nevizan. *in ſylv. Nupt. tit. quomodo judicandum, n. 25.* & in dubio ob
contrarias Dd. opiniones gloſſæ opinio præfertur Johan. Vincent. Honded.
conſil. 60. n. 28. vol. 2. ideóq; ab ea † tanquam communi in judicando & conſu- 93
lendo recedendum non eſſe ſcribit Bald. *in l. cum hereditas, C. depoſit.* Salycet. *in l.*
traditionibus, C. de pact. Matth. de Afflict. *deciſ. 384. n. 3.* Guid. Pap. *deciſ. 277. n. 2.*
idq; maximè quando cum textu navigat Henning Goden. *conſil. 109. n. 13.* Erneſt.
Cothman. *conſil. 45. n. 34. vol. 5.* Regner. Sixtin. *conſil. Marp. 11. n. 66. vol. 3.* Idem
ſentire B. Auguſtinum, † ſuprà relatum eſt, *in lib. de ſpirit. & Anim. c. 28. habetur* 94
in notat. ad d. c. Epiſcopi. Et de Civit. Dei. lib. 18. c. 18.

In eam ſententiam deſcendit † beatus Lutherus, ut teſtatur Johann. Go- 95
delman. *de Lam. lib. 2. c. 4. n. 28.* ubi refert, quod cùm aliquando ipſius conjux ei
narraſſet, à Diabolo puerperam ſublatam fuiſſe reſpondit in hæc verba: Es hat
der Frawen alſo gedaucht/ alß führe ſie der Teuffel in die Lufft / dann er machet
Leute ſchlaffend / welches er auch leichtlich thun kan/ vnd machet Gauckelwerck
jhnen vor den Augen/ damit ſie ſpielen/ ſo lang biß ſie erwachen.

Philipp. Melancht. *in libell. ſuo de anima*, ubi dicit, quartum genus † So- 96
mniorum eſſe Diabolicum, ut cum veneficæ videntur ſibi intereſſe conviviis ac
ludis, cum ſæpè compertum ſit eas nuſquam abiiſſe, ſed dormientes geſtu &
clamore ſomnia conviviorum & ſaltationum ſignificaſſe. Johannes Geyer /
Theolog. D. & Paſtor quondam Cathedr. Eccleſiæ Argentoratenſis, eandem

 ſenten-

ſententiam in multis concionibus legitur comprobaſſe, ut apparet ex extractis quarundam concionum Wieri tractatui *de præſtig.* annexo, Et inter alia, in concione quam habuit die Mercurii poſt Reminiſcere An. 1508. ita legitur effatus.

97 Nun fragſtu/ † was ſageſtu aber vns von den Weibern die zu Nacht fahren/vnd ſo ſie zuſammen kommen/du frageſt/ob etwas daran ſey / wann ſie fahren in Fraw Venus Berg/fahren ſie / oder bleiben ſie/oder iſt es ein Geſpenſt? Ich gebe die antwort zum erſten: daß ſie hin vnnd her fahren / vnd bleiben doch an einer Stadt/aber ſie meinen daß ſie fahren / dann der Teuffel kan jhn einen Schein alſo in den Kopff machen/vnd alſo eine Phantaſey / daß ſie nicht anders meinen/dann ſie fahren allenthalben / vnd meinen ſie geben beyeinander / vnd bey andern Frawen/vnd tantzen/ vnd ſpringen / idque rationibus, & exemplo notabili obſervatæ mulierculæ, quæ poſtquam ſed ad effectum evolationis inunxerat, deinceps in profundum ſomnum inciderit, & in ſomniis eluſa ita geſticulata ſit, ut ſcamno decidens caput læſerit, firmat. Et ita etiam ſentiunt.

Franciſc. Ponzinib. J C. Placentin. *in tract. ſuo de Lam. n. 44. & ſeqq.* Alciat. *lib. 8 Parerg c. 22. ubi dicit hanc eſſe communem noſtrat. Interpret.* Godelman. *de Lamiis, d. c. 4. n. 15.* ubi pariter teſtatur de communi Martin. Arles. *in tractat. de ſuperſtit.* Sigiſmund. Scacc. JCtus Romanus Celeberrimus *de Iudic. l. 1. c 82. n. 10.* Johan. Fichard. *conſil.* 111. *n.* 2. *& ibi*: daß ich aber ſo viel auff daß Nachtfahren/ vnd Tantzen nicht gibe/darzu beweget mich/ ꝛc. Ulric. Molitor *in Dialog. tr. de Veneſic. & Lam.* ubi notabile exemplum adducit, quem allegat & ſequitur Erneſt. Cothman. *conſil. 12. n. 229. vol. 1.* Henric. Bocer. JC. & Profeſſor. Acad. Tübing. *in tractat. de quæſtion. c. 3. ſub n. 98. verſ. verum enim vero.* Et Johann. Harprecht. ejuſdem Academ. Tübingenſ. Profeſſor. *ad § item lex Cornelia. n 258. & ſeq inſt. de publ. judic.* Matth. Stephani Profeſſor Academ. Gripswaldenſis *cent. 4. q. 96. lit. b.* Johan. Köppen. *obſerv. 130. n 7.* Johan. Schult. *in tractat* von Zauberey oder Zauberern/ *c.* 7. ubi poſt multas & ſolidas rationes hiſce concludit verbis: Iſt derohalben Fabelwerck / alles waß man ſaget von jhrem Schimerfahren in gemein: Ita à Johanne Georgio Principe Comite Palatino Rheni conſultus Franciſc. Jacob. Ziegler. Advocatus Cameræ Spirenſis de jure reſpondit 27. Febr. Anno 1580. in quo conſilio dicit ita concludere, præjudiciis & ſuperſtitionibus non occupatos Theologos, JCtos & alios, quod conſilium extat inter additiones ad Johan. Wier. *tract. de Præſtig.* ubi etiam alia ejuſdem ſententiæ Doctorum virorum reſponſa referuntur.

Auguſtin. Lercheim in ſeinem Bedencken von Zauberey/ *ſub rubr.* reiten vnd fahren die Hexen auff Böcken/ Beſem Gabeln / ꝛc. zum Wolleben vnnd Tantz/ ubi rationes, exempla, Lutheri aliorumque auctoritatem pro hac citat ſententia, Wier. *de præſtig. Dæmon. l. 3. c. 12. 13. & ſeqq. & lib. de Lam. c. 5.* Keckerm. *in diſputat. extraordin. diſp. de fulm. problem.* 2. Cardan. *li. 18. unguent. Lam. de ſubtilit. & lib. 15. c. 8. de variet. rer.*

Reſpon-

Reſpondetur ad argumenta contraria.

REſtat nunc ut ad argumenta pro contraria ſententia adducta reſpondea-
mus. Et quidem ad I. Reſpondemus, † rem non accipere veritatem à con- 98
feſſione Lamiarum, ſed à propria entitate & exiſtentia, *l. Publia in fin. ibiq.* Bart.
*nu.2. & not. ejus ff. depoſit l. in contractibus, §. 1. C. de non numer. pecun, l. pecunia C.
de ſolut.* Cravett. *conſil. 1. pro gener. n. 466.*

Quid enim ſi aliquis confiteatur & affirmet ſe Chymeram eſſe, ideò tamen,
quia ignarus vel illuſus id opinatur, Chymera non eſt. Hinc etiam eſt, † ut in cri- 99
minalibus ſpontanea delicti confeſſio non ſufficiat niſi aliter de ipſo delicto con-
ſtet, *l. 1. §. item illud & l. neceſſarios §. non alias, ubi* Bart. *ff. ad SC. Syllejan. l. 1. §.* Divus
Severus, *junct. §. 4 ff. de quæſtion.* Anton. Fab *in C. rer. in* Sabaud. *judicat. li. 9. tit.* 12.
definit. 2. n. 8. Mynſ. *3. obſ. 41.* Geil. *1. de Pac. publ. cap.* 15 *n. 8.* Clar. *§. fin. 55. n. 10.*

Deinde cùm iſte confeſſiones † proficiſcantur à talibus perſonis, quæ 100
ſunt dementatæ & illuſæ à Diabolo, erroneæ ſunt, ideoque non admittendæ, *l.
error. & l. cum poſt. C. de Iur. & fact. ignor. notat in l. de ætate, §. fin. ff. de interrog.*

Deſtructio enim conſequenti, † in quo ſtat ratio antecedentis, deſtruitur 101
etiam antecedens, *l. apud antiquos C. de furt. l. ſi partem. ff. de publ. jud.* Bald. *in l.
Conventicula C. de epiſcop. &* Cleric. Franciſc. Ponzinib. *de Lam. n. 52.*

Sunt enim actiones † ſeu paſſiones Lamiarum ſimiles furioſis, idem de il- 102
lis, earumq; confeſſionibus, quò ad hoc negotium, quod de furioſis eorum que
aſſertionibus ſtatuendum eſt *per text. d. c. Epiſcopi.* Godelman. *d. cap. 4. n. 24.*

Error † autem confeſſionis probatur eo ipſo, quo probatur ſe rem aliter 103
habere, Angel. *de Malefic. in verb. comparuerunt. & in term. defenſ. produxerunt.
n. 1.* Claud. *in addition. ad* Berthazol. *conſil. 103. lit. L.* Vincent. Honded. *conſil. 66.
n. 69. & conſil. 101. n. 44. li. 2.* Proſp. Farin. *conſil. 106. n. 11. in fin. & nu. 13 & conſil.
170. n. 12. li. 2.* non ſolùm in totum, ſed etiam pro parte. Alciat. *de Præſumpt. reg. 3.
præſumpt. 21.* Maſcard. *de Probat. lib. 1. concl. 384. n. 2.* Imò in criminalibus † error 104
cenſetur probatus etiam per præſumptiones & veriſimiles conjecturas. Bald. *in
l. 2. n. 4. C. de cuſtod. reor.* Salycet. *ad l. fin. n. 2. C. de probat.* Berthazol, *conſil. 152. n. 9.*

Atqui ex ſupra relatis decidendi rationibus, experientia & exemplis non
ſolùm præſumptivè, ſed concludenter ſatis probatum eſt, ejuſmodi Lamias
iſthæc confitentes errare in jure & Diaboli præſtigiis plerumque faſcinari & il-
ludi in facto, ideoq; ejuſmodi confeſſionibus erroneis & faſcinatis parum fi-
dendum. Et hinc eſt quod noſtri dicunt contra errantem in jure ex hoc ſolùm
non poſſe criminaliter procedi, Plot. *de in lit. jur. §. 6. nu. 32. quem poſt alios ad hoc
allegat.* Proſp. Farinac. *d. conſil. 106. n. 3.*

Quod itaque dictum eſt confeſſionem eſſe inſtar rei judicatæ, † haberi 105
pro veritate, & facere rem verè apparere & notoriam, procedit, ſi confeſſio
non dependeat ex fundamento juris auctoritate ipſisque rerum documentis

pro erroneo, incerto, fluxo & fragili aliquoties comperto, ſed ſit veriſimilis, fide digna, juri congrua, habens conformationem ſive adæquationem rei & principiorum, in ordine ad intellectum, quod non eſt in confeſſionibus iſtis Lamiarum ſupra relatis.

Neque etiam ſecundum argumentum multùm ſtringit, quod videlicet Lamiæ in circumſtantiis conveniant, & quam plurimæ quaſi uno ore rem geri
106 confiteantur, † ſiquidem cum omnes Lamiæ eadem Diaboli arte captiva teneantur, & eodem ferè modo faſcinentur & eludantur, nihil mirum ſi & eandem cantent cantilenam: maximè cum conſtet Diabolum etiam ſtudere, ut ſemper ſui ſimilis exiſtat Johan. Bodin. *de Magor Dæmonum. li. 2. c. 4. pag. 212.* ne regnum ejus in ſe diviſum deſoletur, ut teſtatur Salvator noſter. *Luc. c. 11.*

Ideoque etiamſi mille mulierculæ eundem errent errorem, nihil obeſt ve-
107 ritati † cùm multitudo errantium non faciat errori patrocinium, per vulgata.

Hinc ipſe Jehova ſupremus Legiſlator, in judicio, inquit, plurimorum non acquieſces ſententiæ, ut à vero devies, *Exod. c. 23. v. 2. 3.* Et conſtat quod Dia-
108 bolus † ſpiritus ſit mendax, non in uno vel altero tantùm, ſed etiam, quam plurimis, juxta illud: Egrediar & ero ſpiritus mendax, in ore *omnium* Prophetarum Achab. 3. *Reg. 22.*

Ad III. Reſpondetur cum à contrariæ opinionis ſectatoribus allegatæ
109 experientia † majori ex parte fragili confeſſionum Lamiarum fundamento nitatur, parùm ei fidendum. Neq; exemplis ita variis, ſingularibus, contrariis & incertis, certa reſultare & oriri poteſt experientia. Nam datâ vel unâ inſtantia cor-
110 ruit † argumentum vel maximè ab experientia deductum. *arg. §. pavonum, inſtit. de rer. diviſ. l. is qui §. ego & deniq; §. quæſitum. ff. quod vi aut clam.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. convent lib. 13. tit. 6. n. 43.* Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 7. n. 4. ubi dicit*: Ad tollendam conſequentiam ſufficere unam dare inſtantiam. Atqui plurima ex hiſtoriis indubiis obſervata ſunt exempla, quod ſpectra tantùm fœminarum, dæmonis illuſione & præſtigiis in Sagarum ludis ſæpe viſa fuerint: ipſæ autem fœminæ eodem tempore corporibus ſuis Phyſicis vel maritorum ſuorum lateri junctæ, vel coram aliis viris honeſtis domi menſæ adſederint, uti ex auctoribus ſuprà allegatis paſſim videre eſt. Ideoque non exemplis ſed legibus judicandum eſſe compertum habemus, *l. nemo & ibi Dd. C. de ſentent. & interlocut. judic.*

111 Et quamvis ad juris conſtituti † exiſtentiam inferendam & arguendam exempla rectè adducantur, jus tamen non faciunt. Pro noſtra autem ſententia habemus juris conſtituti auctoritatem, exempla multò certiora & rationes ve-
112 riſimiliores naturæ magis congruentes. quo etiam caſu quando deficit lex, † ratio concludit ſine alia auctoritate. Sigiſmund. Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 2. n. 706.* maximè ſi ex naturæ deſumpta ſit principiis & ſenſu communi, cujus facultas omnem aliam cognitionem facile antecellit, teſte Phil. Comin. *lib. 3 Comment.*

Nam

Nam ſtultus eſt, qui quærit aliam rationem, quàm naturam vel ſenſum, dicit Bald. *in l.1. C. de ſerv. fugitiv. allegans. ad hoc Averroem.* ideoq; in jure noſtro, ubi deficit lex, videmus allegari rationem naturalem, *l. ſcire oportet. §. ſuffi. ff. de excuſ.*

Et Bald. rationem † naturalem dicit clypeum ſub quo tegatur jus noſtrum, 113 Et eſt *text. in l. un. C. de caduc. toll. fac. l. cum ratio ff. de bon. damnator* ubi JC. rationem naturalem, legem quandam tacitam, appellat. Jam verò, ut in decidendi rationibus deduximus, veriſimilius, & naturæ ac ſenſui communi convenientius eſt, iſtas Lamiarum evolationes per caminum, vel exiguam feneſtram & parietis rimam, equitationes ſuper ſcopis, baculo &c. conventus, comeſſationes, ſaltationes, illuſoriè potius, quàm verè fieri, ne penetrationes quandoq; & eſſentiarum mutationes admittantur. Ideoq; meritò ei ſtandum.

Pariter ad IV. Reſpondetur, non obſtare nobis quod multi inhærendo priori ſententiæ ita pronunciarint, quia, ut Poculus reſpondit, non tam ſpectandum eſt quid Romæ factum, quàm quid fieri debeat, *text. in l. ſed licet. 12. ff. de offic. Præſid.*

Non enim judici † fas eſt exempla ſequendo contra jus conſtitutum procedere, *princip. Inſtit. de offic. judic. Novell. 82. c. 2. & 13. Novell. 18. c. 5. c. judicet.* ibi: Bonus judex nihil ex arbitrio ſuo facit: ſed juxta leges & jura pronunciat. *Ordin. Cameral. part. 1. tit. 13.* 114

Et ſententia † ſuper expreſſo juris & facti errore lata ipſo jure nulla eſt, 115 *l. 2. ubi gl. &* Bart. *C. quand. provoc. non eſt neceſſ. l. 1 §. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. ut. reſcind. cap. cum inter circ. fin. verſ. quamvis & ibi gloſſ. de re judic.* Speculat. *tit. de ſententia §. juxta verſ.* uti & ratione manifeſtæ iniquitatis, Anton. Gabriel. *tit. de Sentent. libr. 2. concl 7.* Sebaſtian. Vant. *de Nullitat. tit. ex defect. proceſſ. nu. 122. & ſeq.* Dn. Referens apud Meichſ. *deciſ. Camer. 20. n. 42. tom. 3.*

Sententia † autem nulliter & contra juris ordinem procedendo lata nunquam tranſit in rem judicatam, *l. 1. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* Bart. *in l. 1. C. ſenten. reſcind. non poſſ.* Innoc. *in cap. fraternitatis, de frigid. & maleficiat.* Surd. *conſil. 99. n. 20.* Berthazol. *conſil. crim. 79. n. 2. & 3. li. 2.* 116

Nam paria ſunt † non eſſe judicatum, vel nulliter eſſe judicatum, *d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* Andr. de Iſern. *in cap. 1. §. præterea quæſit prim. cauſ. benef. amitt.* quod eleganter & pluribus rationibus firmat Matth. de Afflict. *Deciſ. 182. num. 4.* Hinc Papa in Clement. Paſtoralis de re judic. inquit, ſententia, quæ juris caret effectu † auctoritate, & nomine careat rei judicatæ, ut nec in opinione communi aut vulgi labiis nomen habere ſententiæ mereatur; In jure autem & facto errare contrariæ ſententiæ aſſertores ſupra deduximus. Ceſſant itaque quæ de auctoritate rei judicatæ adducta ſunt. Deinde quod dicitur rem † judicatam mutare verum in falſum, & album in nigrum, non ita crudè, ſed civiliter, & cum grano Salis accipiendum eſt, videlicet quod falſum mutet in verum non eſſentialiter, ſed quoad effectum, ut rectè declarat Bald. *in c. præſentia de re-* 117 118 119

Digitized by Google

nunciat. Cravett. *conſil. 79. n. 1.* Meichſner. *d. deciſ. 2. 3. n. 6. tom. 3.* Caroc. *de Remed. contra ſentent. iniqu. except. 24.*

120 Nam eſſentia † veritatis mutari non poteſt, eſt enim res ſolidiſſima & murus inexpugnabilis, Eldr. *cap. 4. lib. 2.* Bald. *in c. ſicut de probat.* Matth. de Affl &t. *deciſ. 253. n. 7.* Hinc Ulpianus, veritas, inquit, rerum geſtarum erroribus non vitiatur; *l. illicitas. 6. §. veritas, ff. de offic. præſid.* Neq; propter procedendi ineptitudinem tollitur, *l. ait.* Prætor. *§. 2. ff. de minor.* Zaſ. 1. *conſil. 6. num. 9.* Hæc enim vincit omnia, & vivit in æternum, ut ſuprà monuimus ex Rolando à Valle, *conſil. 32. n.*
121 *34. vol. 4.* ei enim † tanquam matri juſtitiæ omnia cedunt, Bald. *in l. Libertum, ff. de ſtat. homin.* Syrac. *c. 4. v. 33. & ſeq.* Et dixit Dominus, ego ſum veritas. Quamob-
122 rem † plus uno verum eſſe non poteſt, Nicol. Reuſner. *conſil. 1. in princ. lib. 1.* idq; per noſtrum affirmare vel negare non immutatur, *l. cum falſa, Cod. de jur. & fact. ignor.* Herman. Vult. *conſil. Marp. 30. n. 74. vol 3.* & licet res judicata quoad effectum juris inducat præſumptionem juris & de jure, quæ probationem in
123 contrarium admittere nauſeat, attamen ſi quis etiam poſt rem judicatam † admiſſus (quamvis de jure admittendus non eſſet) veritatem & ſententiæ iniquitatem probet, ſententia retractanda eſt, ut ſcribit Innocent *in c. cum* Bertold *de re judic.* Jaſ. *in l. patre furioſo, col. 3. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* Dec. *in l. edita, n. 82. C. de edendo,* Jacob. Menoch. *remed. 4 adipiſcend. poſſeſſ. n. 608.*

124 Secundò reſpondemus, † rem judicatam etiam plurimis in locis, non facere jus univerſale, & inter omnes: ſed tantùm in illis caſibus, & inter illas perſonas, inter quas judicatum eſt in eorum perſona & cauſa terminari, nec ad alios extendi tanquam rem inter alios actam, *l. ſi fundus, 16. §. ſi pluris, ff de pignor. l. 13. § pen. de Iurejur.* Weſenb. *in Paratit. n. 3. ff. de Iuſt & Iur.* Zaſius *in l. ſæpè n. 11. ff. de re jud.* Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. Iudic. lib. 2. tit. 9. defin. n* 8 *in notat.* Matth. de Afflict. *deciſ. 396. n. 3. 4. Et deciſ. 402. n. 5.* Cach. *deciſ. 65. n. 3.* Et inter eaſdē tantùm perſonas notoriū inducit. *cap. fin. de cohabit. Cleric.* Geil. *de Pignor. c. 24. n. 2.*

Neq; etiam adverſatur *l. 1. cum ſimilibus, C. quæ ſit long. conſuetud.* quia illa jura non loquantur de exemplis, quaſi ſecundum ea judicare debeat judex, quod jure prohibitum, *d. l. nemo. C. de ſentent.*

Sed de conſuetudine recepta & introducta. Rerum autem judicatarum
125 auctoritas † probat quidem aliquando, non tamen inducit conſuetudinem, ut eruditè more ſuo ſcribit Anton. Fab. *ad l. 35. ff. de ll. arg. l. 38. eod. tit.* ubi JC. conſuetudinem à rerum judicatarum auctoritate, per particulam disjunctivam *Aut*, ſeparat. Nec minus tersè Jacob. Cujac. *lib. 20. obſ.* 1. addens, quod non res judi-
126 cata † conſuetudinem faciat, ſed tacitus illiteratusque populi conſenſus. Johan. Meichſner. *deciſ. Camer. 14. 178. tom. 3.*

Ad V. Reſpondetur, nos non negare Diabolum eſſe ejus potentiæ & vi-
127 rium † ut poſſit Dei permiſſione homines ſibi animo & corpore devotos in altum tollere, & per aëra ducere ad loca etiam remota, uti experientia & multa

exempla

exempla docent, videlicet Simonis Magi. Fauſti & aliorum ac plurimarum ſaga-
rum. hoc enim non eſt in quæſtione. Neq; enim ſtatim à poſſe ad eſſe rectè &
conſequenter concluditur: maximè cùm & aliæ concurrant circumſtantiæ, ex
quibus vel penetratio corporum naturalium, vel mutatio eſſentiarum, & alia et-
jam ipſi Diabolo impoſſibilia conſequerentur. Nihil itaq; ad rem exemplum à
Salvatoris aſſumptione adductum. Item de bonorum & malorum Angelorum
comparatione. Qua de re latè agit Joh. Scultet. *im tract* von Zauberey/*c.*7.

Neque etiam negamus † aliquando, cæteris tamen paribus, Lamiam vel 128
alium, qui ſuperſtitiosè Diabolicis præſtigiis fidit, corporaliter deferri poſſe ad
locum remotum, ubi Diabolus ejuſmodi illuſoria comitia, ſaltationes & feſti-
vitates celebrat, ſpectantiq; certarum perſonarum notas & ignotas ſpecies alia-
que ludiera exhibere poſſe, quò pertinent exempla adducta à Bodin. *de Dæmo-
nomon lib.*2.*c.*1.*pag.*204.*& ſeqq.* ubi inter alia † de marito quodam narrat, qui ex 129
ſuggeſtione uxoris ſuæ Lamiæ, ſimul cum ea ſe oleo inunxerat, quem Diabolus
pronunciatis aliquot vocibus, Lochiis in arenarias Burdegallenſes, quæ à Loch-
iis minimum quindecim dierum itinere abſint, exportavit. Hunc in ignota illa
multitudine dicere cœpiſſe Deus mi, ubi ſumus? Ecco dicto ſtatim cœtum
diſparuiſſe, illum verò nudum & ſolum manſiſſe & oberâſſe in agris. Et hoc qui-
dem exemplo illud apparet, maritum iſtum propter ſuperſtitionem unctionis,
ex Dei permiſſu localiter eò translatum fuiſſe: minimè tamen ipſius uxorem,
& alias quas ibi viſus ſibi fuit cernere perſonas & Lamias, ibi revera & corpora- 130
liter adfuiſſe inde conſequitur, quia tunc illæ diſparere non potuiſſent. Nam †
verum corpus nullo modo diſparere & evaneſcere poteſt, licet à Diabolo loco
moveri poſſit, Alciat. *d.c.*2 *lib.*8 *Parerg.* 131

Ad VI. Reſpondemus Diabolum affectare † à ſuis fidelibus cultum ado-
rationis, ſed eo quo poteſt, & ſibi magis commodum eſt, modo. Commodum
autem non videtur ejuſmodi conventus perſonales inſtituere, cùm ex tali con-
gregatione facilius explorari poſſent Sagæ. Eſt enim princeps tenebrarum, &
odit lucem. Et ſatis eſt ei quod mentes & corda hominum captivas & ad ſui ado-
rationem & cultum promptas in obſequio teneat. Imò conſtat ex confeſſioni-
bus Sagarum, Diabolum privatim intra parietes domeſticos ab illis adorari. Joh.
Bodin. *de Dæmonomon.d.lib.*2.*c.*4.*pag.*211. 132

Dicitur quidem † Diabolus Simia Dei, non tamen effectu, ſed affectu.
Nam juſtus eſt Jehova Deus noſter, & viæ ejus veritas & juſtitia, *Pſalm.*119.

Diabolus verò injuſtus deceptor & mendax ab initio. Concidunt itaque
argumenta à veroſimili adducta, cùm magis veriſimilia pro hac ſententia ſupe-
rius adducta meritò vincant minus veriſimilia.

Ad VII. Reſpondetur, realitatem potius quàm fictionem præſumi, cæteris
tamen paribus. Nã Diabolũ fictionibus hominibus potius illudere, ex ſacris no- 133
tius eſt, quàm ut ullâ probatione indigeat. Eſt enim † deceptor & mẽdax, qui mil-
le no-

ſe nocendi modos habet, *ut in cap. nec mirum, 26. quæſt. 5. text. in cap. viſus, 26. quæſt. 2.*

Sic illuſit Sauli fictum Samuelem producens pro vero. Quid enim frequentiùs fictionibus diabolicis in perſonis Lamiarum? Multas ejus generis deceptiones & illuſiones hæc noſtra, de qua agimus, puella confeſſa eſt, quod videlicet ipſi Diabolus dederit gemmas, aurum, pecunias, quæ tamen omnia poſteà evanuerint, vel in ſtramenta, oſſa & alias res nihili mutata ſint, ut apparet ex
134 Actis. Præterea † ubi habemus præſumptionem Juris & de Jure, hoc eſt, diſpoſitionem Legis ſive Canonis, *ut hic in d. cap. Epiſcopi, 26. q. 5.* ei meritò faſces ſubmittere, omnes alias conjecturas oportet. Menoch. *de Præſumpt. lib. 1. q. 3. 4. 5. 6.*

Neque obeſt, quod de duabus fictionibus circa eandem rem non concurrentibus allatum eſt; Quia id procedit in fictionibus Juris, ad evitandas plures ſpecialitates circa eandem rem: Hic autem agimus de figmentis & illuſionibus Diaboli, qui eſt pater mendacii & fictiones fictionibus cumulat.

Ad VIII. Reſpondemus, illud argumentum deſumi è ſeparatis ideoque
135 nihil certi concludere. Licet enim † Diabolus aliquando in ſpectro apparens, perſonaliter paciſcatur, quod tamen rationibus quibuſdam adductis omninò pernegare, contendit Wier. *de Præſtig. lib. 3. cap. 2. & 3.* & ſibi homagium, abjurato Chriſto præſtari faciat à Lamiis: illud tamen non ſemper fieri expeditum
136 eſt. Unde orta diſtinctio † inter tacitam & expreſſam profeſſionem Diabolo factam. Hæc eſt quæ immediatè ipſi fit Diabolo: Illa verò, quam quis facit alteri Diaboli miniſtro, ſeu Lamiæ, nomine Dæmonis recipienti, cum promiſſione, quod ei velit obſequi, Paul Ghrilland. *de Sortileg. quæſt. 3. n. 1. & ſeqq.* Proſp. Farin: *in pract. Crimin. q. 20. n. 77. & ſeqq.* Damhouder. *in Prax. Crimin. c. 61. n. 100. & ſeqq.* Itaq; non probat adeſſe, quod contingit abeſſe, *l. non hoc C. unde cognati. l. natales C. de probat.*

Non itaque ſequitur, aliquando Diabolus facit ſibi præſtari homagium realiter à ſagis: Ergò eas etiam ſemper realiter transfert ad choreas, ut ibi eum adorent. Quamobrem neque pactum eſt uniforme, neque ea quæ ſequuntur. Ex hiſce non difficile erit reſpondere ad IX. argumentum, quod tanquam conſectarium ex præcedentibus deductum fuit.

Nam collapſa ruunt ſubtractis columnis.

Et deſtructo præſuppoſito & radice infectâ, deſtruitur etiam id quod inde infertur. *l. fin. ff. de aquir. poſſeſ.* Tiber. Decian. *Reſp. 98. n. 16.* Johan. Oldendorp. *conſil. Marp. 5. n. 54. vol. 3.* Geil. *2. obſ. 4. n. 10.*

Cum itaque ex iis quæ pro contra deducta ſunt, liqueat conventus iſtos, & quæ in iis peraguntur, ut plurimùm eſſe figmenta & illuſiones diaboli, quibus mentes Lamiarum faſcinat, illicò transformans ſe in diverſarum perſonarum ſpecies, atque ſimilitudines, modò læta, modò triſtia, modò cognitas,
137 modò incognitas perſonas oſtendens: prono quaſi fluit alveo, † nihil eſſe fi-

dendum

-dendum nudis Lamiarum aſſertionibus hoc fundamento nitentibus, quod tales vel tales perſonas conſpexerint in choreis & ſaltationibus. Si enim Diabolus ſe poteſt transfigurare in Angelum lucis, *2. Corinth.* 11. Et in Samuelis prophetæ ac viri Juſti jam defuncti ficta forma Sauli regi apparere & ſe adorandum exhibere potuit *1. Samuel. cap.* 28. Quidni etiam in forma & ſpecie honeſtæ matronæ ſtolidis & à ſe dementatis mulierculis illudere poterit, ut iis perſuadeat, ſe etiam honeſtas perſonas in ſua poteſtate habere, ut eò magis iſtis ſuis artibus tribuant, *cap. nec mirum*, 26. *quaſt.* 5.

Et de hoc argumento & præſertim hujus noſtræ puellæ confeſſione quoad circumſtantias particulares in 2. & 3. Quæſtione plurius agemus.

Caput II. Quæstionis I.

Supereſt ſecundum Caput I. Quæſtionis: *An videlicet Diabolus & Sagæ piorum & fidelium hominum ſuppellectilia, utpote cochlearia, cultellos, & ſimilia per artem Magicam ſurripere iiſque in Diabolicis iſtis conventibus, commeſſationibus & choreis uti poſſint?*

Et quidem primâ fronte illud tam ex rationibus, quàm rerum documentis & experimentis affirmandum videtur.

Conſtat enim I. Ex Scriptura S. † quod omnia quæ ſub cœlo ſint, ejus 138 ſint *Iob.* 41. *verſ.* 2. Unde Salvatorem noſtrum tentans, oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum dixit: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me, *Matth.* 4, *v.* 8. 9.

Neque in hoc legimus Salvatorem eidem contradixiſſe: Si itaque omnia quæ ſub cœlo ſunt, Diaboli ſunt: Utique is erit rerum ſuarum moderator & arbiter *l. in re mandat, C. mandat.* hoc eſt, poterit eas pro libitu à quocunq; vel immediatè vel mediatè, per Lamias & ſuos fideles jure dominii auferre, & ad ſuos ſuorumque ludos & uſus transferre.

Secundò, expreſsè Diabolus in Scripturis appellatur † princeps mundi, 139 *Iohan.* 12. *verſ.* 31. & *cap.* 14. *v.* 30. & *cap.* 16. *v.* 11. Ergò & jure principis omnia ſua aſſerit, *1. Samuel. cap.* 8.

Tertiò, apparet eum hoc jure uſum eſſe † in Jobi viri ſancti rebus & poſ- 140 ſeſſionibus *Iob cap.* 1. ubi legimus, eum privatum à Sathana omnibus bonis ſuis; Quare & hodiè creſcente adhuc cominus malitiâ in rebus & ſuppellectilibus piorum idem jus eum habere poſſe dubitandum non erit.

Quartò, in terminis & ad præſentem facti ſpeciem facit exemplum † 141 quod refert Camerar. *in proœm.* & c. Plutarch. *de defect. oracul.* Johan. Godelman. *de Lam. lib.* 2, *cap.* 4. *n.* 12.

Digitized by Google

Compertum eſſe quendam Lanium nocte iter facientem per nemus quoddam, audiiſſe inter arbuſta colloquia laſciviæ plena, cum riſu & Jocis: Ille conſtitit, deinde acceſſit propius atque introſpexit, tandem etiam introivit. Tum verò ſubitò evanuiſſe conſpectas ab ipſo humanas ſpecies virorum & mulierum, relictis menſis exſtructis, cum poculis & cæteris vaſis epulorum & vini, in quibus & Scyphi argentei viſerentur, quorum duobus ſublatis abiit. Hic mane ad Magiſtratum rem omnem defert exhibitis Scyphis, quos Magiſtratus ex ſignis impreſſis agnovit, & iis quorum ſigna iſta erant accerſitis, Scyphos ad agnoſcendum exhibet: qui ſuos agnoſcunt. Jubet Magiſtratus eos domum ire, & videre nunquid ſuos fortè, apud ſe reperiant. Eunt non inveniunt. Unde uxoribus ipſorum in ſuſpicionem venientibus, comprehenſæ illæ & indicato ſodalitio mirificæ res detectæ & facinora cognita. Ex quo exemplo apparet, Diabolum ejuſmodi ſupellectilia ſurripere & in nocturnis ſuorum conventibus iiſdem uti.

142 Præterea licet ſola Dei benedictio ditet, conſtat tamen & † diabolum ſuis quoque conjuratis pecunias & divitias tribuere, prout etiam conſtat ex hujus noſtræ puellæ confeſſione (ſive ratione) aſſerentis, Diabolum ſibi pecunias dediſſe, quas Chyrurgo pro curatione brachii Hamburgi dederit. Ideoque
143 ſine dubio illas aliis ſurripit & his confert. Notabile refert exemplum † Keckerman. *in Syſtem. ſuo Phyſ. lib. 6. cap. 4.* quod accidit *Anno* 1603. in loco quodam zur Uhr dicto non procul à Dantiſco, ubi lodices, quæ dealbandi gratiâ ſoli erant expoſitæ poſt meridiem à Dracone, qui utique fuit Diabolus, qui vocatur Draco magnus & Serpens antiquus *Apocal. cap 12. v. 3.* ſint ſublatæ.

Verum hiſce non obſtantibus verius eſſe credimus, Diabolum regulariter
144 † res & facultates, maximè autem ſupellectilia piorum, quibus quotidie in pietate & vera Dei agnitione legitimè utuntur, reverâ ſurripere & in Diabolicis ſuis conventibus, comeſſationibus & choreis uſurpare non poſſe, niſi ex ſpeciali & ſingulari Dei diſpenſatione, ex certa ſibique ſoli nota cauſa id permittente.
145 Ideoque non niſi rariſſima hujus rei extant exempla. Deus † enim ideo diſtincta voluit eſſe rerum dominia, ut cuique ſuum ſartum tectumque maneret, ideoq; Diabolus hanc poteſtatem pro libitu piorum res eripiendi non habet, niſi ex ſpeciali diſpenſatione, aliâs ille omnia turbaret & dominia rerum incerta efficeret, unde tandem Rerumpublicarum & Politiarum deſtructio, aliaque infinita ſequerentur inconvenientia.

Et ſi fortè quis regerat, Diabolum nihil ſine Dei permiſſione efficere poſſe. Ergo hoc non eſſe ſingulare in rebus & ſupellectilibus piorum auferendis? Fatemur quidem id verum eſſe, interim hanc putamus declarationem
146 addendam, & diſtinguendum † inter opera Diaboli, quæ ex generali permiſſione Dei efficit, utpote, quando obambulat inter homines velut Leo rugiens, quærens quem devoret, *1. Petr. c. 5. v. 8.* Item quando offert occaſionem peccandi, quando

quando tentat homines, & præcipuè mulierculas, ut eas ad artem inducat magicam, inductas eludat: Et inter opera ejus, quæ non niſi ex ſpeciali Dei permiſſione facit, utpote quando in perſona, vel facultatibus piorum, quid facit, ut in perſona & rebus Jobi aliorumq; piorum aliquando accidit. Neque aliud ex dictis ſcripturæ, & exemplis in contrarium adductis elicitur.

Nam ad I. Reſpondetur: † Verba illa *Jobi cap.* 41. Quamvis à quibuſdam 147
ſcriptoribus referantur ad diabolum, Dei tamen eſſe, ex præcedentibus illis: Quis ante dedit, &c. Colligitur, & pertinent ad omniſufficientiam Dei, teſte *Jobi c.*35. *v.* 7. Et Pauli *Rom.c.* 11. *v.*34. Præterea quando diabolus ad ſalvatorem dixit, ſe ei omnia daturum, palàm pro more ſuo, mentitus eſt: Quia ſcriptum
eſt: † Domini eſt terra & plenitudo ejus: orbis terrarum & univerſi, qui habi- 148
tant in eo, *Pſal.*24.*v.*1. *Exodi* 19.*v.*5. 1.*Cor.*10.*v.*26. Idq; tam jure creationis, quia ipſe omnia creavit, quàm jure conſervationis, gubernationis & diſpenſationis.

Ad II. Reſpondetur: Quod † Satanas dicitur princeps mundi, non re- 149
ſpectu terræ & plenitudinis ejus, ſed reſpectu impiorum in mundo accipiendum eſt. Eſt enim potens in filiis infidelitatis, quorum ipſe eſt caput juſto Dei judicio. Interim Deus rerum mundanarum dominium Satanæ neutiquam cedit, tametſi eo quantum ad impios, pro apparitore & miniſtro utatur, David Pareus *in Comment. Epiſt. c.*10. *v.*26. Hinc *Cyrill. lib.* 8. *in Ioh.*16. *inquit*: Abſit, ut Diabo-
lum † principem mundi ita dictum exiſtimemus, ut eum cœlo & terræ domina- 150
ri poſſe credamus. Non enim ipſe eſt author & gubernator mundi, quemadmodum nonnulli falsò exiſtimant; ſed mundus ſic ſumitur pro pravis hominibus, qui ſecularia ſectantur deſideria, & ſuis indulgent cupiditatibus. Horum princeps Satanas eſt; quia eis pro ſuo arbitratu principatur, præcipitesq́ue ad nutum in gravia ſcelera impellit atq; detrudit.

Ad III. Reſpondemus, Singulari & expreſſa Dei permiſſione † Dia- 51
bolum illam facultatem conſecutum fuiſſe in bona & facultates Jobi. Cùm enim Diabolus pietatem & fidelitatem Jobi, ex rerum humanarum felicitate æſtimaret & affluentia, quod videlicet non fruſtrà timeret Deum, ſed quòd vallaverit domum ejus, univerſamq́; ſubſtantiam, quòd operibus manuum ejus benedixerit, &c. Quibus ſi privaretur, in faciem benediceret Deo. Quamobrem ut heroicum conſtantiæ & in rebus adverſis patientiæ exemplar omnibus piis exhiberet, & Satanæ calumnias refelleret, dixit ad eum: ecce univerſa quæ habet, in manu tua ſunt. *Iob. c.*1. *& ſeqq.* Cùm itaq, hoc ex ſingulari Dei permiſſione & cauſa factum ſit, non eſt extra eam extendendum. Aliâs enim conſtat,
quòd citra Dei permiſſionem, † Diaboli & Sagæ ne quidem pediculos educe- 152
re queant, *Exod.* 8. *v.*18. Et ne quidem in † porcos poteſtatem habeant, *Matth.* 8. 152
*verſ.*31. Unde Tertull. *lib. de fug in perſecut. c.*2. *ait*: Nec in porcorum gregem diaboli legio poteſtatem habuit, niſi eam de Deo impetraſſet: tantùm abeſt, ut in oves Dei habeat. Poſſum dicere, porcorum quoq; ſetas tunc apud Deum fuiſſe

Digitized by Google

numeratas, nedum capillos Sanctorum, *Matth.*10.*v.*30. *Actor.*27.*v.*35. Et ſcribit Auguſtin. *in Pſal.*86. Si poſſet aliquid Diabolus, nullus noſtrum maneret: Tantùm facit, quantùm ei permittitur.

154 IV. Quantùm ad exempla † adducta attinet, & quidem primum Reſpondemus, quòd ſcyphi iſti procul dubio cum conſenſu iſtarum Lamiarum in nemus illud tranſlati & deportati fuerint. Volenti autem & conſentienti, ut noſtri dicunt, non fit injuria, *l.* 1. *in fin. de injur. l. cum donationis,* 34. *Cod. de tranſact.* Ideoq; illud exemplum non quadrat ad præſentem facti ſpeciem, ubi de hone-
155 ſtorum & piorum hominum quæritur ſupellectilibus. Et licet † Diabolus ſuis aliquando conjuratis, divitias tribuat Dei permiſſu, vel falſas & doloſas, quod fit plerumq; , vel etiam veras quod fit rariſſimè. [ſunt enim divitiæ hominum in manu Dei, Geneſ. 31. *v.* 9, *Proverb.* 21. *verſ.* 2.] Idq; etiam firmat Martin, Delr. *Diſquiſit. Magic. lib.* 2. *quaſt.* 12. *ſub n.* 10. Ubi in eandem ſcribens ſententiam dicit: Diabolum poſſe quidem ditare ſuos, ſi Deus permitteret, & ille vellet. Rarò tamen id Deum permittere, & plerumq; Diabolum ludificari ſuos, & licet paucis aliquod paucas & veras largiatur pecunias, tamen ut plurimùm decipere inani ſpe & ſpecie: quod multis exemplis firmat Remig. *teſt. oculat. lib.* 1. *dæmonolatr. cap.* 4. Hactenus Delr. non tamen inde ſequitur, quòd illas piis ſurripiat, poteſt
156 enim aliunde habere. † Sunt enim varii ab hominibus in terram defoſſi theſauri, item ingens auri, argenti, gemmarumque vis naufragiis in mare ſubmerſa, quam Dei permiſſu uſurpare poteſt, Keckerman. *d. lib.* 5. *Syſtem. phyſic. c.* 4. Cæteroquin Diabolus per ſe pauperrimus & avariſſimus ſpiritus, falſis plerumque divitiarum ſpeciebus, conjuratis ſuis illudit, quod multis exemplis probat Georgius Remigius *lib.* 1. *Dæmonolatr. c.* 4.

Et huc faciunt hujus noſtræ puellæ confeſſæ illuſiones, quibus Diabolus ei illuſit ſub ſpecie gemmarum, &c. Ut ſuprà monuimus. Et apparet ex *Protocoll. de* 23. *&* 24. *die Ianuarii, ibi*: Ihr Bul bring jhr Perlen vnd Gold/ wann ſie es weg lege/ ſeye es ein Knoche oder Strohalm. Exemplum allatum à Keckermanno
157 eſt ſingulare: † Sine dubio autem illud juſto & nobis incognito Dei Judicio ita permiſſum. Sunt enim Judicia Dei multa occulta, nulla tamen injuſta. Et tantùm de duobus primæ quæſtionis capitibus.

QUÆSTIO II.

In ſecunda Quæſtione quæritur: *Anne iſtius in actis nominatæ, à Diabolo deluſæ puellæ minorennis aſſertiones, ejus ſint ponderis & momenti, ut Nobiliſſimæ & honeſtiſſimæ matronæ N. ejuſque filiæ bonam famam, honorem & exiſtimationem lædere & apud cordatos juris æquiq; amantes homines gravare poſſit?*

Et qui

ET quidem prima fronte ita ſtatuendum videtur. Nam conſtat † famam 158 ſive exiſtimationem eſſe illæſæ dignitatis ſtatum, moribus ſeu legibus comprobatum; Ut inquit Calliſtratus *in l. cognitionum, §.1. & ibi* Bart. *& Dd. ff. de extraord. cognit.*

Quando verò † ſtatus ille dignitatis læditur, tum fama alicujus gravatur 159 & oritur infamia, quæ eſt macula exiſtimationis, damnum famæ, ſeu diffamia Jacob. Cujac. *in Paratul. C. ex quibus cauſ. alic. infam. irrog.*

Læditur autem vel ſaltem minuitur, † quoties quis inter malos connumeratur & bonus eſſe deſinit. Marquard. Freher. *de Exiſtimat. lib. 3. cap. 4. nu. 1.* Hug. Donell. *lib. 18. Commentar. cap. 6.* 160

Tales maximè † cenſendi ſunt, qui ſe lamiarum & maleficarum conſortio 161 ſociant, Deum creatorem ſuum abjurant, & humani generis inimici exiſtunt, *l. 7. l. ulti. C. de malefic. & Mathematic.*

Ideoque totum hoc † genus infame ipſo jure & profeſſione, ſua eſſe, du- 162 bitandum non eſt, *l. 5. C. de malefic. cap. conſtituimus, 3. quæſt. 5. cap. infames. 6. q. 1.* Freher. *d. lib. 3. de Exiſtimat. cap. 19. n. 3.*

Si enim hi, qui artis † ludicræ causâ in ſcenam prodibant edicto perpetuo 163 notabantur, *l. 1. ff. de his qui not. infam.* Donell. *d. lib. 18. c. 7. & ibid.* Hill. *§. in notat*

Quantò magis id obtinebit in illis hominibus, qui divini & humani fœderis oblati cum diabolo paciſcuntur, & ſtatis ac certis temporibus in ludicram & nefandam ejus ſcenam prodeunt, & cum conjuratis peſſimo exemplo congregantur: Ducto argumento à minori ad majus, quod in jure validum & firmum. *Auth. multò magis C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Conſtat autem † ex puellæ iſtius memoratæ delatione & confeſſione, 164 quod Diabolus & vetula quædam in actis nominata illi dixerint prædictam Dominam viduam N. ejusque filiam, maleficorum conſortio addictas eſſe. *Protocoll. de 31. Ianuarii ſub tit. E. ibi*: Es hette der Teuffel vnd die N. auch andere ſie berichtet / daß die N. N. N. vnd die N. vnd jhre Dochter auch in die compagnia gehöreten. Ideoque id non parum illarum exiſtimationem & famam aggravat. Nam licet † teſtis de auditu alieno non faciat plenam probationem, facit præ- 165 ſumptionem: Bald. *conſil. 219. incipit, teſtes & atteſtationes ſub n. 3. verſ. præterea ſaltem. lib. 4.* Proſp. Farinac. *tract. de Teſtib. quæſt. 69. n. 32. per text. in cap. hoc videtur. 22. q. 5.* Maximè ſi nominet auctorem, à quo audiverit (prout hîc puella noſtra Diabolum ſimul & vetulam auctores nominavit.) *cap. licet ex quadam extra de teſtib.* Joh. Meichſner. *decif. Camer. 1. n. 35. verſ. quia reſpondetur Tom. 3.*

Quinimò † in delictis occultis & exceptis, quæve ſunt difficilis probatio- 166 nis, quale eſt veneficii crimen, teſtimonium de auditu fidem facere ſcripſerunt Hoſtiens. *in cap. præterea col. 3. num. 4. in fin. Et ibid.* Johan. Andr. *poſt. num.* 10. Ancharan. *num. 4. verſ. & in delictis quæ occultò fiunt, extra de teſtib.*

Et licet † Diabolus futura exactè ſcire non poſſit, præteritorum tamen, 167

Digitized by Google

etiam hominibus occultorum, optimè recordatur, cum ratione eorum quæ facta ſunt in ipſum nulla cadat oblivio, nec ignorantia, quia cuncta notiſſima tenet ante oculos Thom. de Aquin. *in tract. qq. quæſt. 16. art. 6.* Et plus de occultis & ſecretis præteritorum eſt inſtructus ſolus quam omnes homines de mundo ſimul, *Vt poſt D. Auguſt. Thom. & alios ſcribit* Paul. Ghrilland. *de Sortileg. q. 6. n. 2. & n. 5.* Ubi dicit, quod Diabolus cognoſcat & videat omnia furta, etiam latentiſſima, & alia hujuſmodi crimina licet occultiſſima.

II. Prædicta puella non ſolum de auditu alieno ſed etiam de viſu proprio teſtatur, quod ipſa Dominam viduam viderit in nocturnis conventibus & choreis cum aliis denominatis Lamiis & ſtrigibus, & quod auxiliata ſit iiſdem, cum res quaſdam Diabolica arte confectas ſtraverint in via, per quam tranſiturus erat Reverendiſſimus, N. ex quo etiam magnum fuerit datum damnum Celſitudini ſuæ ejuſdemque ſorori. *Protocoll. de* 13. *Februar. Anno* 1617.

198 Jam † verò plena notitia habetur per viſum & auditum; quia ſenſus non decipitur circa proprium objectum, *l. ſolam & ibi* Bald. *in princ. C. de teſtib.* Joh. Meichſner. *de Camer. 3. n. 8. tom. 3 idq; tit. quando aliquis dicit rem in conſpectu ſuo agitatam eſſe.* Batt. *in l. jubemus n. 9. C. de reg. milit. annon lib.* 12.

169 Quod enim † oculus videt, nemo ſanus negat. Hieronym. Montan. *in tract. de finib. reg. cap. 30. n. 3.* Weſ. *conſil. 58. n. 14.* Hippol. Riminald. *conſil. 415. n. 2.*

170 Et in ſpecie ac noſtris terminis, quod Lamiæ † aſſerenti ſe vidiſſe hanc vel illam fœminam in curſu & ludis diabolicis fides habenda ſit non ſolùm ad effectum inquirendi, ſed etiam torquendi, multis conatur defendere Petrus Binsfeld. *de Probat. malefic. poſt concluſ. 6. dub. 2. pag. mihi. 333. & aliquot ſeqq.* Joh. Bod. *de Magor. Dæmonom. lib. 4. c. 2.*

III. Huc pertinent, quæ ſcribunt auctores Mallei maleficorum *part. 2. q.* 171 *1. c. 11.* † Dæmonem non poſſe per ſe honeſtas matronas infamare, apparendo in earum effigie ad maleficandum, ut inde tanquam maleficæ reputarentur & ſuſpectæ redderentur, adeoq; famam noſtram non eſſe in Diaboli poteſtate.

172 IV. Facit, quod non ſemel † ſed ſæpius prædictam viduam in ejuſmodi ludis viderit: Item quod arte Magica cochlear aureum Reverendiſſ. ſorori Principiſſæ ſuſtulerit, aliquoties illud in ludis uſurpaverit, & poſtea unà cùm denominata quadam vetula 40. thaleris vendiderit: *Protocoll. de 13. Febr. An. 1617.* Cui etiam res ipſa reſpondit, cum aureum cochlear cum aliis rebus prædictæ Celſiſſ. Principiſſæ revera ſublatum fuerit.

173 V. Non parum † præcedentibus adminiculatur, quod hæc puella non ſolùm metu proprio de Domina vidua ſæpè memorata confeſſa ſit, ſed etiam formidine torturæ & monſtrato ſibi carnifice cum inſtrumentis, eandem confeſſionem repetierit, & in ea perſeveraverit.

174 Confeſſiones † autem ſpontaneæ contra tertium, ſi mediante tortura repetantur, vim habent probationis, *per ea quæ tradit* Clar. *li. 5. ſentent. §. fin. q. 25. n. 1.*

Illæ

Digitized by Google

Illæ autem † confeſſiones quæ eliciuntur per terrorem tormentorum 175
præſente carnifice & inſtrumentis, comparantur iis quæ torturâ inſecutâ factæ ſunt, *l. 2. ibi* Formidine tormentorum. *C. quos appell. non recip.* Henricus Bocerus *de Quæſt. cap. 5. n. 27.*

VI. Veritas iſtius aſſertionis & confeſſionis, non parum exinde etiam videtur apparere, quòd puella iſta ſæpiùs iſtam confeſſionem reiteravit, ut apparet
ex *Protocoll.* Atqui geminatio † errorem excludit, & magnam animi arguit firmi- 176
tatem, Marſill. *in l. 1. §. quæſtioni, ff. de quæſtion. & conſil. 113. n. 2.* Felin. *in c. ſi cautio, extr. de fide inſtrum. n. 39.* Dec. *conſil. 185. n. 10.* Hippolyt. Riminald. *conſil. 480.*
n. 10. 12. & 13. Ubi addit, quòd † geminatio multoq; magis triplicatio vel quadru- 177
plicatio confeſſionis omninò inducat veritatis præſumptionem, Johannes
Gœdd. *in reſpon. Iur. de Baron. Vallend. n. 348.* Idq; in † confeſſionibus Lamiarum 178
maximopere attendendum ſcribit Petr. Binsfeld *d. tract. de probat. malef. c. concl. 6.*

Cui VII. Accedit puellæ aſſeveratio, quòd in iſta confeſſione velit perſeverare in vita & morte: Sie wolle bey jhrer Auſſage leben vnd ſterben. *Protocoll.*
de 14. Februar. Atq; etiam ita non ſolùm in judicio, ſeu ut loquuntur † ad ban- 179
chum Juris eam iteraverit, ſed in illa uſq; ad extremum vitæ halitum perſeveravit, Peinlich Halßgerichts Ordnung / *artic. 31. verſ.* zum fünfften / Bocerus *de*
quæſtion. c. 3. ſub n. 46. in fin. vide ibid. reſp. Confeſſiones autem reorum † morte 180
confirmatæ non exiguam probandi fidem habent, cum nemo immemor æternæ ſalutis decedere velle præſumatur, *c. ſancimus, verſ. & licet, 1. q. 7. l. ult. verſ. & licet, C. ad Leg. Iul. repetund.* Bald. *conſil. 476. li. 5. ubi dicit,* quòd nemo præſumatur, velle mori cum mendacio & peccato, Cravett. *conſil. 287. n. 7. verſ. tertio reſpondeo.*

IIX. Non parum videtur gravare famam & exiſtimationem prædictæ Dominæ viduæ & ejus filiæ, quòd Judex loci haſce confeſſiones tanquam veroſimiles probationes in Protocollum ſuum receperit, & poſteà publice in loco judicii criminalis, tanquam res veras recitari fecerit, ſuppreſſis quidem, ab ipſa
tamen puella ſæpiùs proclamatis nominibus. Cenſetur enim † probatio ſuffici- 181
ens, quæ inducit Judicem ad credulitatem, & ad judicandum, talem eſſe veritatem ſuo Judicio, cùm ad aliud probatio non tendat, Socin. Jun. *conſil. 90. num. 18.* Menoch. *2. arbitrar. quæſt. cent. 1. caſ. 90. n. 2.* Andr. Geil. *2. obſerv. 94. num. 10. per text. in l. ad fidem, ff. de teſtib. l. quinquaginta, in fin. ff. de probat.* Meichſner. *deciſ. Cameral. 14. n. 182. Tom. 3.*

Cùm itaque iſtæ denunciationes Judicem eò induxerint, ut eas veras crederet, [cum utique ſi falſas putaſſet, minimè in Judicio publicè recitari, ne quidem ſuppreſſis nominibus paſſus eſſet,] ſequitur quòd exinde orta diffamatio Dominæ viduæ & ejus filiæ, famam & exiſtimationem non parum denigret.
Nam in † diffamatione plerunq; ſpectatur, undè illa ortum habeat, ut ſi à fide 182
dignis, talis etiam meritò habenda eſt, Bart. *in l. de minore, §. plurimum. n. 23. ff. de quæſtion.* Fulgoſ. *conſil. 77. 3.* Deciſ. *conſil. 56. n. 4.* Hippol Riminald. *conſil. 88. n. 9.*

Chilian

Digitized by Google

Chilian. Johan. Vincent. Honded. 1. *conſil.102.n.73.* Konig. *in proceſſ.c.2.nn.1.2.* *Paul.* Matth. Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Berüchtigung, *pag.65.* Marquard. Freher. *de fam.lib.3.c.2.n.10.*

183 Judicem verò † virum bonum cenſeri leges & Jura noſtra diſponunt, *l. continuus, 137. §. 2. ff. de verb. oblig.* Quamobrem diffamia iſthæc orta à Judice ejusq; proceſſu & ſententia honorem & exiſtimationem ſi non juris, ſaltem facti infamia gravabit, *per ea quæ tradit* Weſenbec. *in paratitl. n.2. ff. de his qui not. infam.* Et huc facit, quod propertius in Cynthiam ſcribit:

Crede mihi quamvis contemnas murmura famæ
Hic tibi rubori, Cynthia, verſus erit.

Hiſce IX. Accedit, quod Domini Judices 2. *&* 3. *de Iulii, An.17.* præſentes tunc temporis teſtari rogati, quid de Domina vidua, ejusq; liberis ſentirent, & quid diffamationi iſti tribuerent, directò reſpondere detrectaverint, & teſtimonium honeſtatis & integræ vitæ non obſcurè denegârint, uti ex actis tranſmiſſis conſtat.

Verum enim verò, hæ quæ modò adductæ ſunt rationes re penitiùs inſpectâ, & ad juris & rectæ rationis trutinam ſuſpenſæ, non ſunt ejus ponderis & momenti, ut vel hilum prædictæ Nobiliſſ. Dominæ viduæ piè defunctæ, ejusq; filiæ, virginis pudiciſſimæ exiſtimationi ac bonæ famæ apud cordatos juſti honeſtiq; amantes viros & fæminas, detrahere & ullo modo gravare poſſint.

184 Idq; I. Quod non † ex falſo rumore à quocunq; tandem ſparſo, ſed ſolo delicto & crimine fama denigretur & amittatur. *l. cognitionum, §. exiſtimatio, ff. de extraord. cognit.* Ubi JC. Calliſtratus dicit, exiſtimationis & dignitatis illæſæ ſtatum ex delicto noſtro authoritate legum minui, *l. qui accuſare,* 8 *ibi, alii propter delictum proprium, ut infames, ff. de accuſat. l. milites, 13. ff. miſſionum, ibi: cum quis propter delictum, ff. de re milit.* Cauſa itaq; infamiæ aliunde eſſe non poteſt, quam ex proprio cujusq; crimine, dolo & malitia: Per injurias verò calumnias, contumelias ab alio quocunq; illatas, famam ſuam nemini auferri, ſummè tenendum eſt, *inquit* Marquard. Freher *de exiſtimat. li.2.c.10.n.6.* Ubi addit, quòd ſi ſecus eſſet, infames forent tot Philoſophi, tot boni & ſapientes viri, qui injurias flocci penderunt; & in deterrimi improbiſſimiq; cujuſq; poteſtate eſſet, famam bonis eripere, quod minimè gentium eſt admittendum. Bocer. *ad l. un. Cod. de famoſ. libell. c.4.* Hilliger. *in Donell. enucleat. lib.18.c.6. lit. H.* Sed Domina vidua ejusq; filia de nullo crimine, cordatis unquam fuit ſuſpecta tantò minùs convicta ut ex ſequentibus apparebit. Ergò.

185 II. Cum delicta † maximè atrociora ad contemptum Dei, & ad perniciem humani generis tendentia, quale hoc eſt veneficii, *l. 6. C. de malefic.* contra naturam ſint, adeoq; de nomine praſumi debent; *l.2. l.3. ff. de Iuſtit. & Iure, l. filius 15. ff. de condition. juſtit.*

186 Sed potiùs quilibet integer † & bonus cenſendus, donec contrarium proba-

probationibus luce meridiana clarioribus demonſtretur, *l.fin. C.de probat.text. in cap.fin.de præſumpt.cap.eſtote de reg.jur.cap.1. de ſcrutin. in ordin.faciend.cap. ſancimus.* Zaſ. 2.*conſil.q.5.p. 2.nu.19.fac.text.in l.cum frater §.rogo ff. de legat.2.* Cravett.*conſil.60.num.7.*Menoch.5.*Præſumpt.1.*

Et hæc † integritatis præſumptio à natura eſt, *ſecund.conſil. in l.fin.C.quod met.cauſ.*Alciat.*de Præſumpt.reg.3.præſumpt. 2.in princ.*Roland.à Valla *conſil.69. n.10.vol.* 2. Hinc Divus Gregor.*in cap.in cunctis.11. q.3.ſcribit.* Majora † mala cum forſitan dicuntur, niſi probata, credi non debent. Natura enim hominis per ſe ad bonum directa, & qualia ſunt principia, talia præſumuntur principiata.*d. cap.fin. & ibi gl.in verb.præſumatur.*Andr. Geil 2.*obſ.*110.*n.6.* 187 188

Idque tantò magis in perſonis Nobilibus vel honeſta ſtirpe deſcendentibus, † pro quibus major quàm pro plebejis militat præſumptio virtutis & honeſtatis.*arg.l.ſi à bonæ fidei.ff.de rei vindic.*Joh.Cirier.*de Primogen.lib. 2.q.4.art.2. n.4.*Alciat.*de Præſumpt.reg.1.præſumpt.48.in princip* Tyraquell.*de Nobilit.c.20. n.20.1.*Proſper.Farinac.*2.conſil.crimin.*151.*n.13.* Herman.Vult.*conſil.Marp.*18. *n.170.vol.3.* 189

Quia naturæ † conſentaneum eſt ex melioribus ortos meliores eſſe, *inquit.*Ariſt.*lib.3.Politic.cap.8.*Tiber.Decian.*Reſponſ.18.n.22.vol.1.* Unde Poëta: 190

Fortes creantur fortibus & bonis;
Eſt in juvencis eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Hinc etiam fit ut Nobilibus † atteſtantibus major fides habeatur, quàm plebejis,*tradit.*Bald.*in l.teſtiũ col.fin.C.de teſtib.*Cravett.*conſil.6.n.28.& fac.l.3.in pr.ff.de teſt.l.ob carmen.§.fin.ff.eod.l.majorẽ.§.ff.de pact.cap.multa extr.de præbẽd.* Joh.Meichſner.*deciſ.Camer.9.n.71.* Ubi in præcedentibus dixit, quoad pro Nobilibus † multum præſumatur: Indeque, ut procedatur contra Nobilem, fortiora indicia haberi debent, quàm contra plebejum,*teſte* Clar.§.*fin.q.* 28.*ſub n.2.* 191 192

III. Id multo magis procedit in noſtra facti ſpecie cum Domina vidua, non ſolum avorum ſuorum nobilitate, & mariti Reverendi ac Nobiliſſimi radiis coruſcarit, ſed etiam ſingulari pietate & morum honeſtate aliis præluxerit, liberos ſuos in timore Dei ad virtutis & literarum ſtudia quo decet & par eſt Zelo inſtrui fecerit.

Ejus rei I. † teſtimonium ei perhibente Reverendiſſ. ac Illuſtriſſimo illius loci Epiſcopo, tanquam ſuperiore ſuo Magiſtratu, uti apparet ex inſtrumento publico *de 3.Iulii Anno 1617.ibi*: Reverendiſſ.& Illuſtriſſ. hielte die Fraw N. in dieſer bezüchtigung vor vnſchuldig / könte oder wölte derſelbigen keinen glauben beymeſſen / es ſey jhr dann anders vberwieſen / ꝛc. Principi † autem & ſuperiori Magiſtratui integritatis & honeſtatis teſtimonium alicui perhibenti tantò magis creditur, quantò clariori ille lumine præfulget.*l. inter claras C. de* 193 194

E *ſumm.*

ſumm. Trinit. text. & gloſſ. in Clement. un. de probat. Cacheran. *Deciſ. 122. n. 4. & ſ.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 1227.* Johan. Meichſner. *Deciſ. 14. num. 6. Tom. 3.* Treutler. *conſil. 109. num. 2. & ſeqq.*

Secundò. Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Epiſcopi teſtimonio accedit Reverendus Dn. Superintendens aliique Eccleſiæ & Scholæ illius loci miniſtri, qui omnes & ſinguli per Notarium & teſtes requiſiti, concorditer de Dominæ viduæ honeſtate, integritate & pia liberorum educatione, uno quaſi ore atteſtantur, & quod etiam ab aliis honeſtis audiverint, eam pro tali haberi, uti inter alia ex prædicti Domini Superintendentis aſſertione in publicum Inſtrumentum redacta conſtat: Es ſey jhm dieſe diffamatio Hertzlich leidt. Sey aber zu N. nicht lang in Dienſte geweſen/ hette ſonſten von allen ſeinen confratribus nicht allein/ ſondern auch von allen Ehrlichen Leudten anders nicht gehöret / als daß die Fraw N. vnd jhre Kinder ein ehrliches Gottfürchtiges Leben geführet hetten / wolte auch darauff jhr vnd jhren Kindern / vnter des Gantzen miniſterii Pitſchafft ein Gutt gezeugnüß mittheilen/ da man es begehren werde.

Ex quibus omnib. honeſta Dominæ viduæ fama, pietas & vitæ inculpatæ
195 integritas, plenè & luculenter probatur, † quæ omnem aliam famam & ſiniſtram præſumptionem, ſi ulla appareret, (qualis in præſenti facti ſpecie nulla legitima contra Dominam viduam exiſtit, ut ſuo loco probabimus,) expurgant & tollunt, *Vt dicit* Bald. *in C. fin. col. 7. ff. de fer. per text. in l. non omnis § à barbaris ff. de re milit. & in l. fin. col. ult. C. de probat. cum aliis allegatis per* Felin. *in cap. cum contingat col. 2. de reſcript.* Paul. Pariſ. *conſil. 163. nu. 16. vol. 4.* Vinc. Honded. *conſil. 100. num. 20. vol. 1.* Nicol. Boer. *Deciſ. 165. in fin.* Berthazol. *conſil. crimin. 101. n. 9. li. 7. ubi dicit:* Quod merita præcedentis vitæ ſuſpicionem mali excludant. Aym.
196 Cravett. *conſil. 99. n. 11. vol. 1.* adeò ut ſtante bona fama † indicia quantumvis urgentia (quæ tamen in præſenti facti ſpecie nulla, nedum urgentia, contra Dominam viduam ejuſque filiam ex actis appareat,) contra diffamatum vel inquiſitum tollantur & expurgentur. Raph. Cuman. *conſil. 135. col. 2.* Pariſ. *d. conſil. 163. n. 17.* ubi dicit, hanc eſſe communem omnium Dd. ſententiam. Berthazol. *conſil. 284. n. 7. lib. 2.* Ubi pariter dicit, commune eſſe dictum. Nicol. Boer. *d. Deciſ. 165. in fin.* ubi aſſerit per curiam Burdegalenſem pluries ſic fuiſſe judicatum: Aym. Cravett. *conſil. 244. n. 6.* ubi ex Jaſon. dicit, hoc ſingulariter eſſe notandum. Vincent. Honded. *conſil. 102. n. 53. lib. 1.* ubi ex Laurent. occa. itidem de communi atteſtatur.

Hiſce accedit quod ſæpè memorata vidua non ſolùm quoad vitam actam, pietatis & honeſtatis, [cum quibus crimen ſortilegii, apoſtaſiæ & veneficii nullo modo conſiſtere poteſt,] apud omnes cordatos, maximè verò apud ſupremum ſuum magiſtratum Reverendiſſ. & Illuſtriſſimum loci Epiſcopum, atque Eccleſiæ miniſtros luculentum teſtimonium habuerit: Sed etiam in vera Dei & Salvatoris agnitione & profeſſione, uſque ad extremum vitæ halitum perſeveraverit,

atque

Digitized by Google

atque piè naturæ debitum perſolverit, uti in concione funebri publicè habita & typis divulgata atteſtatur prædictus Dominus, Superintendens. N. ita, ut ipſe ejus pietatem, ex verbo Dei conſolationem & fidei conſtantiam admiratus ſit: referendo nos ad prædictam concionem. Quod utique impiis, ſagis & veneficis rarò contingere ſolet, ſed in iis plerumque, ut dicit Poëta:

Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Hic Galli in proverbio:

Bien nourir, fait bien dormir.
Et bien viure, bien mourir.

Hoc eſt: lautum alimentum, bonus ſomnus: † probatam vitam, pia mors 197
inſequitur. Et noſtri dicunt: Wol gelebt / wol geſtorben/ Juxta ſcripturam: † 198
Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur, *Syracid.cap.1.v.13.& Pſalm.41.v.3.& 4.* Et quamvis † de noſtra tantum ſa- 199
lute ex canone fidei, de proximi tamen piè defuncti ſalute ex canone charitatis, tanquam ex fructibus de arbore, rectè judicamus, *Matth.12.v.33.* Non enim de ſpinis ficus, neque de rubo colligimus uvas, inquit ſalvator *Luca 6.v.44.* Bonus homo de bono cordis theſauro, profert bona, malus homo de malo theſauro profert mala *Matth.cap.12.v.35.* Admodum rarò accidit, † ut qui in tota vita im- 200
piè vixit, maximè in crimine veneficii, in agone ut convertatur.

Unde Auguſtinus de Latrone in cruce: totam, inquit, legi & perlegi ſcripturam, & nullum in extremis præter hunc unum converſum inveni. Et faciunt huc tradita ejuſdem Auguſt. *in c. nullus expectet. 33. q. 3. de Pœnitent. diſtinct. 7. ubi dicit*: Vix, vel rarò juſtam accidere in fine converſionem.

IV. Juris aperti & indubitati eſt, quod † diffamatio ad hoc, ut bonam ali- 201
cujus famam & exiſtimationem apud honeſtos gravet, vel judici ad inquirendum viam aperiat, non ab hominibus levibus, malevolis, improbis & malevolis, improbis & maledicis, ſed ab honeſtis, providis & fide dignis ortum habere debet, *text. in cap. qualiter & quando, 24. extr. de accuſat. cap. cum oporteat, & ibi* Innocent. Butz. *nu. 18. extr. cod* P. H. O. *Carol V. art. 25. §.* Erſtlich *in fin. ibi*: Doch ſoll ſolcher Leumuth nicht von leichtfertigen Leuten/ꝛc. Ancharan. *conſil. 263.* Incipit in quæſtione presbyteri, *col. 2. Deci. conſil. 575. col. 2. Aym. Gravett. conſil. 41. n. 1. Zaſ. conſil. 6. n. 18. li. 2.* Proſp. Farinac. *conſil. 158. in fin. li. 2.* Hieronym. Schurff. *conſil. 90. n. 1. se. u. 2* Erneſt. Cothman. *conſil. 12. nu. 174 & 182. vol. 1.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in ſaband. Iudic. lib. 9 tit. 21. defin. 20. n. 2. in not.* Marquard. Freher. *de* 202
fam. & infam. lib. 3. c. 2. n. 10. Ubi dicit, † perditorum atque infimæ claſſis hominum vocem, qui plerumque bonos oderunt, bonorum famam non lædere, cui concordans monita *Syracid. cap. 19. v. 13. & ſeqq.*

Atqui puella iſta in actis nominata, à cujus aſſertione, ex Diaboli ut ipſa narravit ore procedente, hæc orta diffamatio.

203
Fuit I. puella adeoque fœmineæ complexionis. † hoc eſt, fragilis, varia,

Digitized by Google

fallax, loquax, corruptibilis, uti tam antiqui quam moderni humanarum & legalium literarum interpretes undique exclamant, *Vt poſt* Tyraquell. *de ll. connub. lib. 9. nu. 49.* ſcribit Proſper. Farinac. *de Teſtib. quæſt. 59. nu. 4.* Maſcard. *de Probat. concluſ. 762. n. 3. & ſeqq.* Nevitan. *in ſylv. nupt. lib. 4. ſub. n. 204.*

204 Quamobrem de Jure Canonico † in criminalibus fœmina regulariter veri fidem non facit, *text. in C. mulierem, ibi: nec teſtis eſſe, ubi & gl. 33. q. 5. c. forus, ibi: ſi viri non fœmina, de V. S.* Vincent. Honded. *conſil. 100. nu. 24. lib. 1.* Clar. *§. fin. q. 24. verſ. de Iure Canonico.* Villalob. *de comm. opinion. lit. M. n. 143.* Et hanc ſententiam communem, & jure expeditam eſſe multis confirmat. Farinac. *de quæſt. 59. n. 1. 3. & ſeqq. & quibus concordat* Fürſtl. Würtenb. Landtr. *part. 1. p. 96. §. Item* die Frawen/ *quod adducit* Bocer. *tract. de Quæſtion. c. 3. n. 149.*

205 II. Malè & perditè educata narratur: † Ideoque non niſi malum & perditum fructum, ab eâ, expectare licuit, *per ea, quæ tradit* Bodin. *lib. 5. de Republ. pag. mihi* 811.

III. Adhuc minorennis, 17. nimirum annorum, cujus ætatis inter omnes conſtat fragile & infirmum eſſe conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumq; inſidiis expoſitum. *Inquit.* Ulpian. *JC. in l. 1. in pr. ff. de minor.* Ideo-
206 que expreſſa juris auctoritate † minor viginti annis, in criminali & publico judicio in teſtimonium citari non debet, nec in eo teſtis idoneus eſt. *inquit* JC. Venulej. *in l. in teſtimonium, 20. ff. de teſtibus gloſſ. in l. inviti. ff. eod.* Proſp. Farinac. *in tract. de Teſtibus, q. 58. n. 21.* Ubi dicit id eſſe veriſſimum & magis communiter receptum: Atq; ita annis præteritis in facti ſpecie Roſtochio ad facultatem Juridicam Academ. Gieſſ. eandem reſpondiſſe teſtatur Henricus Rebelſtrà *Deciſ. 19. per tot.* Et in noſtris terminis ita conſuluit Dn. Erneſt. Cothmann. *conſil. 4. n.*
207 *68. vol. 3.* Indeque † minori etiam de proprio facto in criminali judicio facta confeſſio ſine curatore non ita præjudicat, quin contra eam in integrum reſtitui poſſit, *per ea quæ tradit.* Matth. de Afflict. *Deciſ.* 208. Henricus Bocer. *de Quæſtionibus, d. cap. 3. n. 26.*

208 IV. Cum itaque † aſſertio ejus, qui inhabilis eſt ad teſtificandum perinde habetur ac ſi facta non fuiſſent. *Nov. de teſtibus, 90. c. 9.* Bocer. *d. c. 3. ſub n. 153.* Et hujus noſtræ puellæ aſſertiones, & inde ortæ diffamationes, juris auctoritate perinde habendæ, ac ſi nunquam factæ fuiſſent, cum illa multis modis ad teſtificandum inhabilis fuerit.

209 V. Non parum in præſenti facti ſpecie attendendum, quòd † puella iſta pro corporaliter à Diabolo obſeſſa habita fuerit, & is ſæpiſſimè ex ea locutus ſit mirabilia & varia, uti pro notorio illius loci in facti ſpecie præſupponitur, & atteſtatur haut obſcurè Superintendens & Miniſtri Eccleſiæ N. in documento publico, adjecto Apologiæ nomine Reverendi Capituli N. typis divulgatæ, daß nemblich dieß Mägdlein Margaretha N. genand / zuvor mit Worten vnd Geberden ſich alſo angeſtellet/ alß ſeye ſie vom Teuffel leibhafftig beſeſſen/ dahero die Predi-

Prediger / zu etlichen vnderſchiedenen Zeiten das beſeſſene Mägdlein wie ſie es damahls vermeinet/für den Altar geſtellet/mit jhm in Gegenwart des Volcks gebetet / die Litaney vnd andere Pſalmen geſungen/worauff es ſich anſehen laſſen / wie auch das Mägdlein bekand/alß wehre der Teuffel von jhr gewichen / ꝛc. Welches auch ſie/die Prediger verhoffet/ ꝛc. Es hatte aber doch kurtz hernach der argliſtige Sathan ſich wiederumb bey jhr finden laſſen / viel wunderbahrliche Sachen durch ſie geredet/ [quòd omeinò notandum. Non enim Sagarum hoc proprium eſt , ut per os earum corporaliter loquatur Sathan. ſed obſeſſorum] vnd zuvernehmen geben/daß ſie ſich mit dem Teuffel hette verbunden/der ſie ohnlengſt von dannen Leibhafftig in die Welt geführet/vnd für wenig Tagen wieder dahin kommen laſſen/ꝛc. Da dann jhr Bekandnüß/ſo ſie für der Obrigkeit deponirt/(NB. conditionalem aſſertionem.) für Warhafftig befunden wird/ hielten ſie die Prediger/es nach jhrer Einfalt vnd Meynung vor ein Zauberwerck.

Et quamvis Dominus Superintendens & Miniſtri prædictæ Eccleſiæ N. videantur in hoc ipſorum reſponſo id aſſerere , quod antea iſtam puellam pro obſeſſa habuerint , tempore verò inſtituti proceſſus eò inclinârint , ſi vera durante proceſſu narrârit, aſſertionis iſtas habendas pro negotiis magicis ; tamen hîc probè notandum , primò , quòd venerandum miniſterium N. puellam noſtram, antequam corporaliter à Diabolo illuc transferretur , ex verbis & geſtibus , aliisq; ſignis apparentibus habuerit pro obſeſſa. Et narratur in facti ſpecie, das wie ein Ehrwürdig miniſterium zu N. ſich bemühet / das Mägdlein vom vnſaubern Geiſt zu liberiren/derſelbe auß jhr geredet/vnd vnter andern begehret/ jhm zuerlauben / in einen damals gegenwertig geweſenen Hund zufahren / alsdann wolte er weichen/quod obſeſſorum eſſe indicium † vel Evangelica paſſim 210
teſtatur hiſtoria, *Matth* 8. *v.* 31. Secundò obſeſſio Diabolica non obſcurè etiam inde apparet , quod poſtquam Eccleſiæ miniſtri putârant , & ipſa etiam puella faſſa erat, ſe liberatam ab obſeſſione , Diabolus denuò eam invaſerit, & corporaliter aliò tranſtulerit, quod utiq; regulariter in perſonis Sagarum & Veneficarum accidere non ſolet, ut à Diabolo ita palàm per aërem , & quidem per longum tempus vehantur , lacerentur & concutiantur. Ideoq; magis in dubietate iſta pro obſeſſione (cum obſeſſos homines eo modo divexare ſoleat Satan) quàm pro magia , (cùm in perſonis illi addictis , rariſſimè id accidat) præſumendum eſt. Nam in dubio † præſumptiones ſecundùm communiter acciden- 211
tia formandæ ſunt, & inde arguendum, *gloſſ. in l. neq; natales, Cod. de probat.* Baldus *conſil.* 70. *col.* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 351. *circ. fin. lib.* 1. *ubi dicit* , quòd † ex frequentia 212
& generalitate præſumatur veritas, hoc eſt, pro vero haberi id, quod frequenter & communiter accidit, Agm. Cravett. *conſil.* 40. *n.* 1.

Indeque † argumentum à ſolitis ductum in jure validum & uſitatum eſt, 123
arg. l. ſi quis donaturus, & ibid. gl. ff. de uſufr. Bart. *in l. cert. condictio, §. nummos, ff. de reb. credend. l. quòd ſi nolit, §. quod aſſidua & ibi* Baldus *ff. de ædilit. edict.* Proſper

 Fari-

Digitized by Google

Farinacius *conſil.172.n.5.lib.2.* Nicol. Everh. *in loco à ſolit. & conſuet.41.n.35.* Ub
dicit, hoc argumentum eſſe validiſſimum. Herman. Vult. *conſil. Marp.15.n.264*
& ſeqq. Ubi dicit, hoc argumentum neceſſariò & concludenter à communiter
accidentibus probare. Hinc JCtus Paulus in obſcuris, inquit, inſpici ſolet quod
veriſimilius eſt, aut quod plerunq; fieri ſolet, *L. in obſcuris, 114 ff. de reg. juris.*

214 Tertiò, quòd † obſeſſio iſta puellæ, eo tempore, quò abſens fuit, durave-
rit, apparet ex variis circumſtantiis, ut videre eſt ex *Protocoll. de 23. Ianuar. Anno*
1617. ubi narravit puella, daß ſie der böſe Feind zu N. vffgenommen / durch die
Lufft hinweg geführet / ꝛc. Item / der Teuffel hette ſie vber die Elbe vnd vber die
See in Spanien geführet / da ſie Pomerantzen-Äpffel von den Bäumen geſſen /
da ſie der Teuffel einſmahls vom Baum herunter geſtoſſen / daß jhr der Arm auß
dem Glied kommen. Gleicher Geſtalt hette er ſie zu Hamburg tractiret / da jhr
der Büttel den Arm wieder geheilet / ꝛc. Item der Teuffel hette jhr alle Haar auß
dem Kopff geriſſen. Maximè verò ex verbis Dantiſci poſt ſumptam ibidem S.
Cœnam coram Sacerdote effuſis, wie ſie zu Dantzig zum Tiſch des Herren gan-
gen / vnd doch nicht zur Beicht geweſen / welches deß Orths nicht Breüchlich / we-
re der Paſtor gewahr worden / daß ſie ein frembde Perſon / hette ſie hernacher zu
Rede geſtellet / vnd wie er jhre Beſchaffenheit (verſtehe / daß ſie beſeſſen: aliâs
enim eam non ſecum in ædes ſuas adduxiſſet, & cibum præbuiſſet) erfahren / mit
in ſein Hauß genommen / vnd gefraget / wie ſie dazu kommen / daß ſie zu Gottes
Tiſch gangen / weil es mit jhr alſo bewand / hette ſie auff deß Teuffels angeben
215 geantwortet. NB. Ob nicht ein Böſer könte vnter der Brücken ſitzen / vnd laſſen
einen frommen Mann vberweg reiten oder gehen / ꝛc. Hanc autem loquelam,
obſeſſam, non veneficam arguere, teſtantur Auctores mallei maleficarum, Ja-
cob. Spreng. & Henric. *inſtit. part. 2. q. 1. cap. 10.* Ubi referunt hiſtoriam de ob-
ſeſſo quodam ſacerdote: Ex quo Diabolus interrogatus, ubinam fuerit, quando
Sacerdos iſte Sacramentum ſumpſiſſet: reſpondit ſub lingua. Ulterius requiſi-
tus, qua temeritate ad præſentiam creatoris non aufugerit? Tunc Dæmon:
nunquid ſub ponte ſe unquam quis occultare poteſt, donec deſuper ſanctus vel
bonus vir pertranſeat. Idem iiſdem ferè formalibus de obſeſſis recenſet. Johan.
Bodin. *de Magor. Dæmonomam. lib.3.c.6.*

Cùm itaque iſthæc verba obſeſſis magis conveniant, & per eos hiſce for-
malibus Diabolum longo retrò tempore locutum eſſe conſtet, utique & talem
puellam noſtram fuiſſe, videlicet obſeſſam cenſendum eſt, cùm ita per os ejus
Dantiſci locutus fuit Diabolus. Sicut per os aliorum obſeſſorum: Cui adſtipu-
latur actus ille, qui accidit, cum in reditu hæc puella apud Paſtoris cujuſdam in
pago Newkirchen ancillam pernoctaſſet, da hette ſie ſich in der Nacht alſo ver-
halten / daß die Magd bey jhr auff dem Bette nit hette bleiben können / wehre der
Paſtor auffgeſtanden / mit den Kindern gebetet / da wehre es beſſer worden / quæ
omnia puellam magis obſeſſam, quàm Sagam fuiſſe arguunt.

Cùm

Cùm itaque ex hiſce tanquam certis & indubitatis indiciis conſtet, puel-
lam fuiſſe à Dæmone obſeſſam, cumque teſtibus prædictis miniſtris N. in ſuo
documento per os puellæ fuiſſe varia & mirabilia locutum, neq; quicquam certi
deliberatione & ex actis apparet, illa utique non præſumitur; Quia facti eſt: Quæ
autem † facti ſunt, non præſumuntur; niſi probentur, *l. adverſario, C. de non num.* 216
pec. l. ſive, C. de probat. l. in bello, §. facta, ff. de capt. & poſtlim. reverſ. c. quoniam
contra de probat. ca. tenor de re jud. Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 4. n. 18. cum*
ſeq. Menoch. *3. præſumpt. 10. n. 10.* Weſ. *conſil. 7. ſub n. 7.* Tantò minus † mutatio & 217
alteratio qualitatis, affectus & ſtatus præſumitur, *l. ſancimus, C. de teſtam.* Alciat. *de*
præſumpt. reg. 2. præſumpt. & præſumpt. 20. & 25. Weſ. *conſil. 34. n. 41.* Nam † mu- 218
tatio eſt accidens, & accidentia non præſumuntur, *gl. in l. ſi verò. §. qui pro rei qua-*
litate, & ibi Im. ff. qui ſatiſd. cog. Jacob. Menoch. *conſil. 1. n. 121.*

Indeque de † præteritis in præſens jura noſtra præſumunt, hoc eſt, talem 219
quenquam hodiè videri, qualis fuit tempore præterito, *l. ſive poſſidetis, & ibi Dd.*
C. de probat. Bald. *in l. in perſona, in 2. not. C. eod.* Johan. Sichard. *ad l. 4. n. 2. C. de re-*
ſtit. minor. Everh. *in loc. legatib. loc. à tempore ad tempus, n. 4.* Quæ juris præſum-
ptiones inſtar probationis & documenti † ſunt, donec contrarium evidentiſſi- 220
mè probetur, *l. licet imperator, 74. de legat. 1. l. 1. C. de apoch. l. fin. in princ. quod met.*
cauſ. Andreas Geil. *2. obſerv. 97. ſub nu. 6.* Matth. de Afflict. *deciſ. 13. n. 24.* Weſen-
Bec. *in paratitl. ſub n. 19. ff. de probat. & præſumpt.*

Quin imò etiam † in dubiis & ambiguis, qualia tamen obſeſſionis diabo- 221
licæ ſuprà adducta indicia dici vix poſſunt, perpetuam habemus regulam: Beni-
gniora ſemper præferenda eſſe, teſte JCto Gajo, *in l. ſemper in dubiis de reg. juris.*
maximè in pœnalibus, teſte JCto Paulo, *in l. factum, 155. §. fin. & in l. rapienda,*
168 ff. eod. Quibus adſtipulatur J.C. Marcellus, *in l. ea quæ §. 1. d. tit. ubi dicit* in re
dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minùs juſtiùs eſt, quàm tutiùs.
Atqui illa interpretatio, quæ ſuadet præſumere, † puellam iſtam fuiſſe obſeſ- 222
ſam propter adducta urgentia illa obſeſſionis indicia & atteſtationem mini-
ſterii, benignior & favorabilior eſt, quàm altera ſortilegii magiæ ſeu veneficii:
Ideoque eam juſtiùs accipimus & tutiùs ſequimur: tum quia magis favet animæ
ſaluti, Nam † obſeſſio tàm his qui fideles & in gratia, quàm extra gratiam con- 223
ſtituti ſunt, juſto Dei Judicio accidere poteſt, *ut notant auctores mallei maleficar.*
part. 2. q. 1. cap. 10. verſ. poteſt etiam, ubi ſcribunt: Ideò & in gratia extra gratiam
exiſtentes, ſecundùm altitudinem incomprehenſibilium judiciorum Dei in-
habitari ſubſtantialiter poſſunt, idque magis pertinere ad malum pœnæ, quàm
culpæ. Et ita etiam noviſſimè pluribus oſtendit Frider. Balduin. *de caſib. conſcient.*
lib. 3. cap. 3. caſ. 4. addens ibid. pios, fidem & bonam conſcientiam, etiam tempore
obſeſſionis retinere, *junct. caſ. 7.* Magia autem & ſortilegium non poteſt cade-
re in actu credentes, & in gratia conſtitutos, cum ſit plerumque conjuncta cum
apoſtaſia & abjuratione Salvatoris, implicando pactum cum Diabolo: Tum
etiam

Digitized by Google

224 etiam quia † obſeſſio poteſt eſſe delicti, in foro ſoli, excluſiva: Hæc autem ſem-
per delicti, & quidem publici & criminalis eſt incluſiva. Certa autem eſt Juris
225 Maxima, quod † præſumptiones delicti excluſivæ, ex eodem facto deſcendentes
præponderent & prævaleant præſumptionibus delictum includentibus, Bart. *in*
l.non ſolum, §. ſed ſi cum poſſet, ff. de nov. oper. nunc Felin. *in cap. cum ex officii, n.31.*
verſ. dixit etiam, extr. de præſcript. Udalric. Zaſ. *2. conſil. 2. nu. 21.* Erneſt. Coth-
mannus 2. *conſil.* 70. *n.* 22. Godd. 2. *conſil. Marp.* 28. *ſub n.* 108. Petr. Ancharan.
libr. 3. quæſt. 72. n. 26. Johan. Harprecht. *ad §. injuria autem, n. 195. inſtit. de injur.*
226 Ideoq́, † quando capi poteſt conjectura delicti & non delicti, ſemper ca-
pere debemus eum ſenſum, per quem quis non cadit in delictum, Alciat. *de præ-*
ſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. n. 1. & ſeqq. Burſat. *conſil. 271. n. 1. & ſeqq.* Grammat. *deciſ.*
18. *n.* 5. Gilhauſ. *in arbor. crimin. cap. 6. §. 32. n. 29. & 30.* Proſper. Farinac. 2. *conſil.*
227 138. *n. 26. & in practic. crimin. q. 4. 7. n.* 248. Unde † & teſtibus delictum exclu-
dentibus magis creditur, quàm pro delicto deponentibus, per tradita Honded.
1. conſil. 102. n. 39. & ſeqq. Farinac. 2 *conſil. 138. n. 2.*

Et quamvis prædicti miniſtri Eccleſiæ N. tempore inſtituti proceſſus va-
rias iſtius puellæ aſſertiones pro negociis magicis habuerint: Tamen I. con-
ſtat ex eorum atteſtatione, ipſos hæſitanter reſpondiſſe, tanquam ſuper caſu non
ita certo. II. Non expreſsè atteſtatos eſſe, quòd puella iſta fuerit Lamia ſeu
Venefica ein Zäuberin; ſed quòd ipſius aſſertiones habuerint pro negociis ma-
gicis, hieltens für ein Zauberwerck. Idq́; III. Non purè, ſed conditionaliter,
ſi videlicet veræ eſſent iſtius puellæ aſſertiones, da das Bekandnüß jetzgedach-
ten Mägdleins/ſo ſie vor der Oberkeit deponirt/für Warhafftig befunden wirdt/
achten wirs/ꝛc. Sed luce meridiana clariùs jam conſtat, multa ficta & falſiſſima,
necnon varia & contraria, cum quibus veritas ſtare non poteſt, Diabolum per
illam puellam locutum fuiſſe, neq; Magiſtrum loci in facti inquiſitione, eam,
quam debebat vigore Jurium & Carolinarum conſtitutionum criminalium,
diligentiam & curam adhibuiſſe, uti in ſubſequenti quæſtione ex Protocollo &
aliis actis nobis tranſmiſſis, hæc omnia ad oculum demonſtrabimus. Ideoq́; du-
bia iſta, & conditionalis atteſtatio miniſterii N. parum opitulatur Apologiæ
Dominorum Capitularium; maximè deficiente conditione, veritate videlicet,
in plurimis ab iſta puella aſſertis articulis. Certi autem & indubitati Juris eſt,
228 conditionalem † actum vel atteſtationem non niſi exiſtente conditione perfici,
l. hæc venditio, 7. in princ. ff. de contrah. empt. l. cedere diem, verſ. ubi ſub conditione,
229 *ff. de V. S. l. proinde, ff. de reb. cred.* Quia † conditio nihil ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub*
conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. cum ſimilibus, Bart. *& alii, in l. 1. ff. de condit.*
& demonſtr. Valent. Forſt. *conſil. Marpurg. 8. n. 13. vol. 1.*
230 Ideoque cum hæc conditio † ſi videlicet veræ eſſent aſſertiones puellæ, in
multis notoriè defecerit, in plurimis propter varietatem & contrarietatem
aſſertionum ſubſiſtere non potuit, perinde habenda eſt iſta atteſtatio prædicti
mini-

Digitized by Google

miniſterii, ac ſi facta nunquam fuiſſet, *l. Mavius*, *l. qui heredem, ff. de condit. & demonſtr. l. pecuniam, ubi* Alex. *n.* 4. *ff. ſi cert. pet.* Pariſ. *conſil.* 31. *n.* 7. *vol.* 4. Caccheran. *deciſ. pedemont.* 50 *n.* 12. Rol. à Vall. *conſil.* 59. *n.* 7. *vol.* 3. Vincent. Honded, *conſil.* 63. *n.* 102. Herman. Vult. *conſil. Marp.* 15. *n.* 282. *vol.* 1.

Siquidem † aſſentiens vel atteſtans ſub conditione expreſsâ, vel præſum- 251
pta, ſi ea deficiat, aſſenſus etiam ſeu atteſtatio iſthæc planè evaneſcit, per ea, quæ tradit Ferdinand. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 18. *n.* 69. Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judicat. lib.* 2. *tit* 3. *defin.* 1. *n.* 11. *in notat.* Nam conditio † atteſtationi adje- 252
cta habetur pro cauſa & fundamento, Tyraquell. *in tractat. c. ſtante cauſ. part.* 1. *limit.* 1. *n.* 56. 60. 61. Weſenbec. *conſil.* 16. *n.* 9. Matth. de Afflict. *deciſ.* 355. *n.* 5

Deficiente igitur conditione † deficit cauſa fundamentalis, & per conſe- 253
quens, effectus & id, quod ſuperſtructum eſt, corruet *per tradita* Andr. Geil. 2. *obſerv.* 132. *n.* 4. *& paſſim per tot. junct. obſerv.* 136. Quin imò † conditio relata 254
ad factum præteritum, ſecundùm certitudinem naturæ, non dicitur ſuſpendere actum, ſed in effectu eſt pura prout factum, quod reſpicit, per rerum naturam ita ſe habet, vel non habet, quamvis quoad noſtram notitiam vel ignorantiam ſuſpendat, donec de facto præſuppoſito & conditione conſtet, *l. cum ad præſens*, 37. *cum ſeqq. ff. de reb. cred.* Joan. Sichard. *ad l. captatorias*, 11. *n.* 14 *C. de teſtam. milit.*

Atteſtatio autem miniſterii N. innititur conditioni reſpicienti præteritum, facti narrati videlicet veritatem, quæ cum emergente poſteà rerum quarundam evidentia, item ſtante aſſertionum puellæ varietate & contrarietate, illisq; per proceſſum non legitimè diſcuſſis defecerit, perinde habenda eſt, ac ſi ſimpliciter & purè dixiſſent, ſe iſtas puellæ aſſertiones, tanquam ex parte falſiſſimas, & à Diabolo patre mendacii ejusq; aſſeclis adornatas, itemq; varias & contrarias ſibi invicem fidem detrahentes, pro negociis magicis non habere: Et proculdubio, ita reſolvenda eſt: Dieweil das Bekandnüß jetzt jedachten Mägdleins nicht für Warhafft / ſondern guten theyls vom läidigen Teuffel vnnd ſeinen Werckzeugen erlogen / falſch vnd vnrichtig auch wiederwertig befunden/kann es jhrer der Herrn Prediger Meinung nach/ für kein Zauberwerck gehalten werden. Deinde non ſunt contraria, † unam eandemque fœminam 255
poſſe & eſſe obſeſſam, & per Diabolum eò inductam (maximè cùm hanc puellam ita ſolam diu circumduxerit & quaſi in poteſtate habuerit) ut pactum cum eo habeat: Cum ut ſuprà monuimus, obſeſſio tàm his, qui extra gratiam, quàm qui in gratia exiſtunt, contingere poſſit. Quibus omnibus accedit puellæ noſtræ matrem & avunculum tàm gravi Melancholiâ occupatos fuiſſe, ut illis mentis planè induxerit exilium, ita ut neceſſe fuerit eos cuſtodire, ne ſibi ipſis manus inferrent. Hujus autem ſemina † ſolent ipſo materno ſanguine & la- 256
cte, non rarò quaſi per traducem tranſmitti. Quæ autem ſit vis Melancholiæ in phantaſmatibus & confingendis rebus falſis pro veris, paſſim teſtantur Medici & Phyſici, maximè Wier. *in tract. ſuo de preſtig. Dæmon.* & alii quos ſuprà allega-

Digitized by Google

vimus in primæ quæſtionis reſolutione. Frideric. Balduin. *de Caſib. Conſcient. li.* 4. *cap.* 4. *caſ.* 1. *& ſeqq. per tot. ubi in proœm. ad cap.* 4. eos obſeſſis comparans ita ſcribit: Quanquam obſeſſi à melancholicis multum differunt: illorum enim corpora, horum animos malignus ſpiritus affligit: cum obſeſſis tamen magnum ſæpe numerò cognationem habent Melancholici. Nam humor melancholicus eſt Diabolo convenientiſſimus, & Dæmoniaci à maligno ſpiritu liberati, plerumq; in melancholiam incidunt. Ideoque ſemper magis inſidiatur Diabolus hominibus ad melancholiam inclinantibus, tanquam ſubjectis ad illudendum magis a-
237 ptis. Unde illud: Cor melancholicum, † paratiſſimum eſſe Diaboli balneum.

Quintò, Etiamſi omnia hæc removerentur obſtacula, & nullus deſiderari poſſet defectus in perſona iſtius puellæ, à qua orta eſt hæc diffamatio, tamen vel hoc unicum pro innocentia Dominæ defunctæ viduæ, ejusque ſuperſtitis filiæ, præſidium eſt inexpugnabile, murus aheneus & clypeus inconcuſſus, quod fal-
238 ſitas † iſtius diffamationis ſingulari Dei beneficio ita in lucem emerſerit & omnibus innotuerit, ut nulla tergiverſatione celari poſſit. Conſtat enim ex *Protocollo de* 13. *Februar. An.* 1617. quòd hæc puella, ejusq; pater & noverca, Dominam viduam detulerint, & malitiosè diffamârint, quòd aureum cochlear unâ cum quadam in actis nominata vetula Reverendiſſ. Epiſcopi N. ſorori per artificium Magicum ſuffuratæ ſint, & poſteà 40. vel 50. thaleris vendiderint. Jam verò ex actis nobis tranſmiſſis, den mit Ruten außgeſtrichenen Löffel-Dieb betreffendt / liquet, & N. ubi formato proceſſu facta executio, & paſſim notorium eſt, quòd cochlear illud neq; à Domina Vidua, neque ulla arte magica, ſed à fure verè & naturaliter ſurreptum fuerit, qui fur ſponte confeſſus & convictus, per ſententiam de Conſilio Facultatis Juridicæ Marpurgenſis, virgis cæſus & relegatus fuit. Quod cum tàm ex actis, quàm ipſa facti ſpecie † notorium ſit, ul-
239 teriori deductione non eget, quia ſe ipſum oſtendit, & nullâ tergiverſatione celari poteſt, Ferdinand. Vaſq. *in præfat. illuſtr. controverſ. n.* 25. *& l.* 1. *controv. ca.* 2.
240 Indeque ex notorio † indubitata rei certitudo oritur, quæ ita ſe vulgò exhibet, ut negari non poſſit, Bald. *in l. ea quidem. n.* 18. *C. de accuſat.* Matth. Weſenb. *conſil.* 13. *n.* 62. Proſper. Farinac. 1 *conſil.* 30. *ſub n.* 90. Hic itaq; Dei beneficio, pel-
241 ſundato mendacii Diabolici & falſiſſimæ diffamationis fumo, † triumphavit *neſcia vinci veritas*, non minùs quàm fulgentiſſimi Solis radii, in medio nebulæ meridionalis: Et per hoc Dominæ viduæ ejusque filiæ famam non minùs quàm Suſannæ olim fæminæ caſtiſſimæ injuſtè diffamatæ, & temerè contaminatæ, in tàm manifeſta veritate, Jehova Juſtus Judex ſartam tectamque conſervavit, ut legimus in Hiſtoria Suſannæ, Dan. 13. Quare reviviſcat vir ſecundùm cor Dei, 1. Sam. 13. *v.* 14. 1. Reg 14. *v.* 8. Act. 13. *v.* 22. & increpet mendaces: Obſtruatur os loquentium iniqua, quod Lutherus ita vertit: die Lügenmäuler ſollen verſtopffet werden / Pſalm. 63. *v. fin.* Audiamus & Iſidorum de ſum. bono ita exclamantem: O quàm magna eſt vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias & calliditates ſuperat,

perat, ac contrà ficta ſimulataque ſigmenta ſe ipſam defendit, refert Nevizan. *in Sylv.nupt.lib.5.n.114.* Matth. de Afflict. *Deciſ.253.n.7.*

Præterea ex *Protocollo eodem 13. Februar.* die conſcripto apparet, puellam hanc Dominam viduam N. detuliſſe, quòd unâ cum nominatis quibuſdam fœminis, in nocturno quodam conventu, res venenatas Diaboli arte confectas, in via, per quam tranſeundum fuit Reverendiſſimo Epiſcopo N. ſparſerit, exindeque Reverendiſſimæ ſuæ Celſitudini, damnum magnum, uti & Celſiſſimæ Sorori ejuſdem contractum eſſe. Quod ipſum purum putum Diaboli fuiſſe figmentum, & ipſa rei evidentia, & Reverendiſſ. ſua Celſitudo cui in iſto itinere, neque ejuſdem Sorori Celſiſſimæ, ullum damnum contigit, ſatis ſuperque teſtantur. Ex quibus apparet puellam iſtam, ficta pro veris, Diaboli & malorum hominum ſuggeſtione excogitaſſe, & Judici ad interrogationem nulliter & contrà Jus factam enarraſſe, & cùm non ſolùm in uno atq; altero falſitas iſta detecta ſit, ſed in plurimis omnes ejus tales habendæ & æſtimandæ ſunt aſſertiones. † Nam falſus in uno, falſus cenſetur in omnibus, Bald. *in l.fin.n.18. C. de* 242
edict. Div. toll. Salycet. *in l.ſi ex falſis, num.14. in princ. junct. verſ.* Sed veritas eſt in contrarium, *C. de tranſact.* Innocent. & Canoniſtæ communiter *in c. fraternis, de hæret.* Proſper. Farinac. *2.conſil.172.n.9.* Pariſ. *conſil 88.n.82.lib.3.* Clar. *lib.5.ſent. §.fin.q.53.nu.8.* Ubi multis hanc firmat concluſionem, & communem eſſe teſtatur, eamque locum habere, ſive capitula de quibus quis depoſuit, ſint connexa ſive ſeparata, nihilominus data falſitate in uno, præſumi in omnibus, quam declarationem pariter communi Dd. calculo comprobari ibidem teſtatur. Et mendax in uno, mendax in omnibus, Proſper. Farinac. *2.conſil. 166.n.18*

Notorium autem eſt, ex ipſa emergente rei evidentia, non ſolùm in uno,
† ſed in plurimis hanc puellam mentitam eſſe. Ideoq; omnes ejus aſſertiones corruant. & in nullo fides adhibenda, Bald. *in l. conventicula. nu.7. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Ruin. *conſil.158.n.25.l.5* Burſat. *conſil.70 n.28.l.1.* Vincent. Honded. *1.conſil. 107.n.22.* Berthazol. *conſil. crimin. 71.n.28.* 243

Et huic falſiſſimæ puellæ iſtius aſſertioni tantò minùs fidei tribuere debuiſſet Judex prudens (cui etiam ante omnia apud Reverendiſſ. de damno iſto prætenſo inquirendum fuiſſet) quòd præter falſitatem depoſuerit ſe de nocte cognoviſſe Dominam viduam, unâ cum aliis, conficta illa venena in perniciem Reverendiſſimi præparantem & in via ſpargentem. Teſtis † autem deponens 244
ſe aliquem cognoviſſe de nocte, non ſolùm ſe ipſum naturaliter repellit, ſed etiam ex hoc ipſo de falſo ſuſpectus redditur, Jaſ. *in l. ſi non ſpeciali, n.10. C. de teſtib.* Burſat. *conſil.34.n.7.lib.1.* Proſper. Farinac. *2.conſil.142.n.21.*

Non obſtante, † quòd Luna luceret; quia teſtes deponentes, ſe vidiſſe ad 245
lumen Lunæ, non ſunt integræ fidei, Felin. *in c. ſicut n.5. extr. de re Iudic.* Boſſ. *in tit. de Iudic. n.173. verſ. & eodem modo.* Ubi dicit, quòd quicquid ſit in civilibus, in
† criminalibus tamen talem probationem nihil concludere, & hoc poſt alios à ſe 426

Digitized by Google

adductos conſulendo ſecutus eſt, Proſper. Farinac. *in Practic. crimin. meritò primas, Conſil. 166. num. 14:*

Sextò, Aſſertiones puellæ iſtius, à qua orta hæc eſt diffamatio, contra Dominam viduam ejuſque filiam, majori ex parte, non ſolum evidenter falſæ & fictæ repertæ ſunt, ſed etiam propter variationes & contrarietates, ita ſe ipſas deſtruunt, ut apud cordatos & verum ac juſtum amantes, nihil planè fidei mereri poſſint, quas variationes & contrarietates in ſequenti quæſtione ad oculum ex ipſo Protocollo demonſtrabimus.

247 Variatio † autem & multo magis contradictio circa ejuſdem facti narrationem non poteſt eſſe ſine calumnia & evidenti mendacio, *inquit* Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. Iudic. lib. 9. tit. 21. de fin. 5. n. 2. in notat.*

248 Ideoque † arguit ſuſpicionem falſi & incerti. *arg. l. ejus qui. Vbi* Bart. *ff. ad L. Cornel. de falſ.* Tiber. Decian. *Reſponſ. 91. numero 19. vol. 3.* Johan. Gœdd. *conſil. num. 284 vol. 3.*

249 Et variantes † & ſibi contrarii fortiſſima ſe juris præſumptione onerant, & non merentur, ut audiantur, vel ut ipſis aliqua fides adhibeatur, *l. qui falſa ff. de teſtib.* Pariſ. *conſil. 77. n. 3.* Aym. Cravett. *conſil 178. n. 4.* Jaſ. *in l fin. C. de fideicom.* Herman. Vult *conſil. Marp. 15. n. 100. vol. 1.* Meichſner. *Deciſ. cam. 18. n. 43. tom. 3.*

250 Quare nullum evidentius ſignum eſt falſitatis arguendæ, quod teſtis † verum non dicat, quàm ſi circa idem factum varia & contraria deponat. Bald. *in l. ſed et ſi poſſeſſori, §. ſed et ſi verum. ff. de Iurejur.* Aretin. *conſil. 71. col. pen.* Foller. *in Pract. crim. in verb. Item quod commiſit falſitatem. n. 72. quos ad hoc adducit & ſequitur* Proſp. Farinac. *2. conſil. 138. n. 11.*

Septimò, In præſenti facti ſpecie non parum perpendendum quod puella iſta proprio motu nunquam Dominam viduam ejuſque filiam apud Magiſtratum detulerit, vel ullam ejus mentionem fecerit, ſed quod pater ejus, in cujus ædibus iſta catenis conſtricta detenta fuit, (qui narratur inimicus fuiſſe Dominæ viduæ propterea quod ejus operas in conſtruendo Epitaphio prædefuncti mariti, non conduxerit,) una cum uxore Noverca puellæ, primi delatores apud magiſtrum exſtiterint, & quod Judex poſteà, contra juris ordinem deſuper interrogaverit puellam, quæ patris & novercæ delationem & diffamationem utiq; ex compoſito, ut ex multis veriſimilibus colligitur circumſtantiis, ratificavit; Et ita iſtæ aſſertiones potius ſunt malevolorum ſuggeſtiones, quàm confeſſiones. Siquidem ex Protocollo apparet, quod puella iſta ad delationem patris & novercæ 23. die Januarii An. 1617. ad deputatos & Syndicum Capituli vocata & in genere examinata, & quæ proprio motu confeſſa eſt Protocollo inſerta ſunt, ubi multa & varia narravit, quo pacto & à quibus magicas artes didicerit, item quas perſonas in conventibus Lamiarum conſpexerit, vel tales eſſe putaverit, eaſque nominatim recenſuit, nullam tamen in tota illa narratione proprio motu & non ad ſuggeſtionem patris vel judicis, factâ depoſitione, ullo verbo, Dominæ

Digitized by Google

Dominæ viduæ vel ejus filiæ meminerit. Idem videre eſt ex *Protocollo de 24. & 27. die Ianuarii.* Ubi pariter puella nullam Dominæ viduæ vel ejus filiæ mentionem fecit. Sed poſtquam pater ejus 31. die Januarii Dominam viduam apud Judicem detuliſſet, quaſi à filia ſua audiverit; prædictam viduam unà cum filia N. eſſe in illa ſocietate, puella deinde ad delationem patris à judice per ſuggeſtionem quaſi deſuper interrogata, id affirmavit, ratione dicti adjectâ, Es hatte der Teuffel vnd die N. auch andere ſie berichtet / die N. vnd jhre Dochter wehre auch in der compagni: Pariter *ex Protocollo die 13. Febr.* apparet, quod non puella iſta motu proprio apud Judicem faſſa eſt, Dominam viduam Reverendiſſimo ſuæque celſitudinis ſorori confictum iſtud damnum attraxiſſe, & aureum cochlear, cujus ſupra meminimus arte magica ſurripuiſſe, ac poſtea 40. vel 50. thaleris vendidiſſe, ſed patre inimico Dominæ viduæ & noverca prius falſiſſimè ita rem deferentibus, & procul dubio odii virulentiâ ſuggerentibus, ita contra notoriam rei veritatem, eorum delationes mendaces comprobârit: Siquidem ex dicto *Protocollo die 13. Febr.* abunde patet, ad generalem judicis inquiſitionem præmiſſam, nihil horum puellam iſtam de Domina vidua ejusq; filia falſiſſimè diffamatis motu proprio, ſed ad interrogationem judicis ex delatione patris & novercæ meminiſſe, in quo Judex examinator terminos inquiſitionis tranſgreſſus eſſe videtur. Siquidem Judex † recto tramite in faciendis examinibus procedere 251
debet ad finem indagandæ veritatis, non autem reum ſpecialibus interrogationibus ſuis involvere & inducere ad confitendum; cum id ſuggerentis potius quàm interrogantis eſſe videatur, *inquit* Jul. Clar. *lib. 5. Sentent. §. fin. q. 45. nu.* 11. *cui concord. text. in conſtitut. crim.* Carol. V. *art. 31. verſ.* Zum Erſten/ꝛc. Ubi præſcribitur judicibus, † quod non debeant reos interrogare ſuper hoc vel illo in- 252
dividuo de Cajo vel Sempronio, ſed generaliter, quia illa interrogatio in individuo eſt quædam ſuggeſtio, *ut dictum eſt* Anton. Gomez. *Variar. reſolut. tom. 3. cap. 11. n. 17.* Sigiſmund. Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap. 86. n. 7.* Ubi dicit, † quod reus 253
non ſit interrogandus de ſociis in ſpecie, quando non præcederet judicium: quia eſſet ſuggeſtio & Judex perderet propriam animam, & proceſſus eſſet ipſo jure nullus, Proſp. Farinac. *conſil. crimin. 83 n. 6. & ibid. in addit. tit. 6. lib. 1.*

Atque ita etiam reſpondit Juridica Facultas Colonienſis, aſſerentes quod ita interrogare † in individuo, ſit potius incitare & ſuggerere, vel quærere, 254
quodque ad talem nominationem facta inculpatio ſuggeſtionis vitio inficiatur, & magis propter ſuggeſtionem, & ad placendum & ſatisfaciendum judici interroganti, quàm quod res ita ſe habeat, emiſſa cenſeatur, aliter quam in generali interrogatione, in quam hæc ſuſpicio non cadit: quod conſilium exſtat inter conſil. Erneſt. Cothman. *poſt conſil. 29. nu. 307. vol. 3.* Ubi id aliis adductis firmant. Ideoque etiam † in veneficii proceſſu obſervandum monet Godelman. 255
de Mag. & Venefic. lib. 3. cap. 9. n. 16.

Quamobrem veriſimile eſt, ſtolidam hanc puellam à judice ex delatione

patris ſuggerente, ſuper Domina vidua interrogatam, putaſſe, ſe rem gratam
facturam patri & examinatoribus, ſi ita ut ipſi interrogarent, & de Domina
vidua ejusque filia reſponſum cuperent, reſponderet: maximè cum antea ge-
neraliter examinata puella iſta nihil unquam, de Domina vidua ejusque filia
motu proprio faſſa ſit, ſed tantum patris inimici & novercæ delationes falſiſſi-
mas ad judicis ſuggeſtionem affirmârit, quilibet videt, quid ejuſmodi delatio-
nibus ab inimico factis & per ſuggeſtionem inordinatam extortis confeſſioni-
256 bus, indeque exortæ diffamationi, tribuendum ſit. Diffamationi † enim, quæ
initium ſumpſit ab inimicis eorumque delatione, cujus poſtea falſitas notoriè
detecta, planè nihil tribuendum eſſe tam recta ratio, quàm juris ſuadet auctori-
tas: *cap. cum oporteat, cap. qualiter & quando extra de accuſat. l. 3. in pr. ff. de teſtib.*
P. H. Ordn. Caroli V. *art. 25. verſ.* Erſtlich *ibi*: doch ſoll ſolcher böſer Leumuth
nicht von feinden oder leichtfertigen Leuten kommen/ꝛc. *cum ſimilibus.* Graminat.
257 *conſil. 38. n. 13.* Berthazol. 2. *conſil. 284. n. ult.* Ubi dicit, admittere † inimici dictum
non eſſe nocivum: Maximè cum in præſenti facti ſpecie narretur cauſa proba-
bilis & veriſimilis inimicitiæ, quod videlicet Domina vidua in conficiendo Epi-
taphio prædefuncti Domini mariti non hujus ſed alterius operas conduxerit.
Quia verum eſt, quod dicitur: Figulus figulo invidet. Ideoque † eandem ar-
258 tem exercentes præſumuntur inimici, *per tradita* Jaſ. *conſil. 167. n. 7. in fin. vol. 4.*
Mant. *conſil. 122. n. 12. vol. 1.* Tiber. Decian. *in tract. Crim. lib. 3. c. 26. n.* 18. Et con-
ſequenter etiam eos odio habere cenſentur, qui horum potiùs quam illorum
259 operas conducunt. Sufficit † autem ad effectum repellendæ diffamationis etiam
præſumpta inimicitia, Innoc. *cum 1. & ff. in fin. de re judic.* Bald. *in l. præſcriptione
col. pen. C. ſi contra jus vel util. publ.* Menoch. *1. arbitrar. caſ.* 28. *num. 6. &* 7. Vinc.
Honded. 1. *conſil.* 100. *n. 27. &* 28.

Hiſce accedit, quod in facti ſpecie narratur, præter hæc alia multa paren-
tes hujus puellæ illi de innocentibus quos odio habuerant in ædibus ſuis, ubi ca-
tenis conſtricta fuit, ſuggeſſiſſe, quæ tamen falſiſſima fuerint. Ideoque proba-
bilis eſt conjectura idem feciſſe de Domina vidua.

Quæ omnia ex abundanti hîc adducimus, cùm ſatis ſit falſitatem, juſto
Dei judicio & emergente veritate, detectam eſſe, circa ſurreptum per furem
cochlear, eoque detecto & publicè virgis propterea cæſum, adeoque ipſam
Dominæ viduæ ejusque filiæ contra jus faſque diffamatarum innocentiam, de
terra clamaſſe in cœlum usque.

Reſtat, ut ad argumenta in contrarium adducta reſpondeamus, ſiquidem
260 † dubiorum ſolutio eſt veritatis inquiſitio, Nicol. Reuſn. *conſ. 1. in fin. princ.* Et
quamvis iſta dubia ex hiſce quæ pro ratione decidendi adducta ſunt, ſua ſponte
corruant, brevibus tamen ſingula percurremus.

261 Ad I. itaque progrediendo reſpondemus, † Famam ſive exiſtimationem
alicujus non falſa delatione & malevolorum diffamatione, ſed ſolo crimine &
delicto

Digitized by Google

delicto minui; lædi, vel tolli, per ea quæ ſuperius in prima decidendi ratione adducta ſunt. Non enim ideo quis † bonus eſſe deſinit & inter malos connumera- 262
tur, quod à leviſſimis, à Diabolo deluſis vel etiam corporaliter obſeſſis malus
eſſe pronunciatur, aliâs nec ipſe † Salvator noſter bonus manſiſſet, qui aliquo- 263
ties ſeditionis aliorumque criminum fuit accuſatus & inculpatus. Tantò minus ad juſtificandam diffamationem ſatis eſt, quod puella apud judicem confeſſa ſit, ſe à Diabolo & vetula quadam audiviſſe, Dominam viduam ejusq; filiam eſſe in
compagnia ſeu conſortio ſagarum: Quia Diabolus, † ut vel ipſa nominis nota- 264
tio arguit, calumniator, falſus delator, & homicida ab initio eſt, qui in veritate non ſtetit; ſed mendacium loquitur; Quia mendax eſt & pater ejus, teſte ipſo Salvatore *Iohan.cap.*8.*v.*44. cum ſimilibus.

Deinde apud juris interpretes recepta eſt Brocardica, teſti † vel delatori 265
aſſerenti ſe audiviſſe aliquid a balio plus non credi, quam crederetur ei, à quo ſe
dicit audiviſſe, ne plus credatur † capiæ quam originali. Oldrad.*conſil.* 69. Cra- 266
vett.*conſil.6.n.67.*Vinc.Honded.*conſil.102.n.*58.*vol.*1.

Non enim creditur teſtibus, † quorum repelluntur auctores *cap. fraterni-* 167
*tatis de hæretic.cap.nullus,3.q.4.*Bart.*in l.admonendi.ff.de Iurejur.*Cravet.*conſ.112.n.13.* Qualis autem ſit auctor & teſtis veritatis Diabolus ex modò adducto ſcripturæ loco patet. Neque hoc Diaboli teſtimonium juvatur prætensâ vetulæ nominatæ in conteſtem aſſertione, quia hoc falſum etiam eſt, cum ex actis non appareat, vetulam iſtam nominatam hoc dixiſſe & dictum comprobaſſe. Deinde etiamſi id vetula iſta unâ cum Diabolo puellæ iſti dixiſſent, ex hoc tamen Diaboli teſtimonium & ſuggeſtio non valida redderetur: Cum & vetula iſta teſtis idonea non fuiſſet.

Quamobrem † teſtis unus non poteſt ſupplere defectum alterius, quando 268
eorum nullus eſt integer & omni exceptione major, Corn.*conſil.* 172.*num.*20. Gabr.*lib.7.Concluſ.comm.concl.5.nu.7.& 8.tit.de Teſtibus.*Becc.*conſil.85.nu.*20. Proſp.Farinac.*Conſil.crim.*166.*n.25.lib.2.*

Præterea licet † præteritorum optimè recordetur Diabolus, verum ta- 269
men de illis dicere non ſolet, ſed omnes ſuas actiones dirigit ad decipiendos & fallendos homines, ut ſubvertat veritatem & juſtitiam, *Geneſ.3.v.1. Zach.2.3.v.*1. *Actor.13.verſ.10.*

Non majoris ponderis & efficaciæ eſt ſecundum argumentum. Siquidem
ex iis, quæ in prima quæſtione latè deduximus, conſtat, † ut plurimum ſpectra 270
fœminarum per illuſiones Diabolicas in iſtis nocturnis conventibus, non veras fœminas apparere, ipſumque Diabolum in varias ſpecies & figuras ſe transformare & ſagis illudere, oculos ſenſumque faſcinare. Ideoque nihil tali aſſertioni ſagarum, quarum oculi faſcinantur à Diabolo, & ſenſus decipitur credendum eſt. Cum talia dicta procedant à Dæmone, qui per deceptos homines alios decipere geſtit quotidie. *cap. qui ſine Salvatore, 26. quæſtione 2. & quæ præterea allegat*

Franciſc.

Franciſc.Ponticin.*de Cam.n.65.* Et pro majori hujus dubii reſolutione referimus nos ad reſolutionem *primæ Quæſtionis ſupra n.38. & mult.ſeqq.* ne bis idem odiosè dicamus.

Quantum verò adductam *Petri Binsfeld.Iohan.Bodin.*& aliorum qui idem
271 aſſerunt, auctoritatem attinet, † quia ſine fundamento juris & rationis loquuntur, parum attendenda eſt: *Et illis text. in d.cap. Epiſcopi.& in cap.neque mirũ, 26. quæſt. 5.* aliasq́ue ſolidiſſimas rationes & auctoritates multò auguſtiores *ſuprà in reſolutione d.1. Quæſtionis* adductas opponimus. *Quibus accedunt ea, quæ ſcribit* Sigiſm.Scacc.JCtus Roman.Celeberrimus, *lib.1.de Iudic.cap.82.n 10.*

272 Quod videlicet † Lamiæ ſeu ſtriges cum reperiuntur in illis choreis, Dæmonum illuſionibus deceptæ, multa eorum ludificatione & arte videant, quæ falſa & ficta ſunt, & ipſæ vera exiſtimant: addens ibidem, malè facere judices facilè aliquid tribuentes iſtiuſmodi Lamiarum depoſitionibus, eosq́ue judices *Crabrones* appellat, & adducit exemplum de quodam ignaro commiſſario, qui ex tali depoſitione de veneficio diffamatam quæſtionibus ſubjecerat, eundem ex decreto ſupremi inquiſitionis Senatus, debitas dediſſe pœnas. Et faciunt quæ
273 conſulendo ſcripſit Erneſtus Cothmannus, † quod ejuſmodi aſſertiones in graviſſimo veneficii crimine contra viros bonos & honeſtas matronas per ſe ſolæ nihil ſuſpicionis ſiniſtræ excitare, aut earum bonam famam & exiſtimationem denigrare poſſint, *per multa Iura adhoc adducta Conſil. 4. n. 59. & n. 61. vol.3.& Conſil.12.n.229 vol.1.Idq́; pluribus deducit* Joh Godelm.*de Veneſic.li 3.c.9.per tot.*

274 Et mirum eſt, quâ ratione *Binsfeld.Bodin.*& alii ex hoc, quod Lamiæ dicant, ſe vidiſſe aliquam in choreis, ſolidi quid inferre poſſint, cum † ipſi ſcribant, non ſemper corporaliter transferri Lamias, ſed quandoque illuſione & imaginatione & phantaſiâ. Vide Binsfeld. *in tract.de Confeſſ.malefic.memb.1.concluſ.*

275 Quod itaque ſe habet ad fieri & non fieri, ex eo non poteſt certò & infal-
276 libiliter concludi, † cum non probat adeſſe, quod contingit abeſſe, *l.neque natales, C.de probat.* Weſ.*conſil.38.n.29.* Maximè in † criminalibus, in quibus probationes debent de neceſſario concludere, & non de contingenti, *per ea quæ tradit* Hieron.de Cævall. *Pract.qq.302.n.5.* Deinde hæc puellæ confeſſio, quod viderit Dominam viduam in choreis ſagarum, collata cum priori, ſe hoc audiviſſe à Diabolo implicat variationem quæ ſine evidenti falſitatis & mendacii ſuſpicione ſubſiſtere vix poteſt, per ea quæ ſupra deduximus.

277 *Tertia* dubitandi ratio deſumpta ex auctoribus mallei malefic. Divini & humani Juris fundamento caret. Nam licet † Diabolus honeſtos viros & matronas, Deo id permittere nolente, infamare non poſſit, neque in earum ſpecie apparere, nihil tamen magis tentare eum videmus, quàm ut bonos & fide-
278 les accuſet, deferat, diffamet, Deo id ita permittente, Apocalypſ.12. *verſ.*10. Job.*c.1.& ſeqq.* Annon ipſum † Chriſti in creatorem ſuum calumniis per organa ſua laceravit ; & [illegible] quod Samaritanus eſſet, & haberet Dæmonium?

nium? Johan. *cap.* 8. *v.* 48. Quod blaſphemaret Deum, Matth. *cap.* 9. *v.* 3. Et *cap.* 24. *v.* 6. *cap.* 26. *v.* 64. *& ſeqq.* Si itaque ipſum patremfamil. Beelzebub vocavit: quantò magis fideles & domeſticos ejus? uti ipſe arguit Salvator, † Matth. 10. 279
verſ. 25. Et Matth. *cap.* 5. *v.* 11. ad diſcipulos ſuos dicit: Beati eſtis, cùm maledixerint vobis & dixerint omne malum adverſum vos *mentientes* propter me. Jacob Patriarcha incuſatur furti, Geneſ. *cap.* 31. *v.* 31. Joſeph filius ejus reus agitur adulterii & carceri includitur, Geneſ. *cap.* 39. *v.* 14. idem accidit caſtiſſimæ Suſannæ à duobus ſenibus nequam, Daniel. *cap.* 13. *v.* 6. in hiſtoria Suſannæ. Amos Propheta ſeditionis accuſatur, Amos *cap.* 7. *v.* 10. S. Stephanus falſis oneratur teſtimoniis, quod dixerit verba blaſphemiæ in Moſen & Deum, Actor. *cap.* 6. *v.* 11. Paulus & Silas turbarum & motus incuſantur, Actor. *cap.* 16. *v.* 20. Jaſon rebellionis, Actor. *cap.* 17. *v.* 7. *&* 8. Ejusque rei infinita alia exempla adduci poſſent. Habet enim hoc proprium, inquit *Gregor.* antiqui hoſtis invidia, ut quando in pravorum actuum perpetrationem dejicere non valet, opiniones eorum, falſa ad præſens ſimulando, dejiciat, *cap. habet hoc 2. q. 4. & cap. omnibus vobis ibid.*
Quod etiam Diabolus † in ſpecie juſtificatorum & fidelium apparere & varias 280
formas aſſumere poſſit, *ſuprà num. 28. & aliquot ſeqq.* exemplo Samuelis viri juſti & Prophetæ, in cujus jam defuncti forma ficta Diabolus Sauli comparuit, probatum eſt, 1. Samuel. *cap. 28. text. in cap. nec mirum, 26. q. 5.* Unde Apoſtolus, † 281
ipſe Satanas, inquit, transfigurat ſe in Angelum lucis, 1. Corinth. *cap.* 11. Si itaque Dei permiſſu & in habitu viri juſti eum quandoque comparuiſſe, & in Angelum lucis ſe transfigurare poſſe ſacris edocemur literis, fundamento planè caret auctorum modò adductorum traditio. Quin imò ipſi recenſent † exemplum ex 282
legenda B. Hieronymi, quod Diabolus ſe transformârit in formam S. Silvani Epiſcopi in Nazareth, amatoris Hieronymi, & fœminam nobilem nocte in lecto ad luxuriam primò verbis, deindè factis ſollicitarit: illa clamante Dæmonem ſub ſpecie prædicti Epiſcopi ſancti ſub lecto ſe abſcondiſſe, & mentitum fuiſſe, ſe eſſe Epiſcopum Silvanum. Indeque illum Epiſcopum poſteà diffamatum eſſe graviſſimè. Quod exemplum poſt alios recenſet Martin. Delri. *Diſquiſ. Magic. lib. 3. quæſt. 12. n. 5.* Zepper. *in Leg. Moſaic. lib. 5. c.* 10. *n.* 7. Et fatetur Delri: alleg. modo loco, negandum non eſſe, abſolutè poſſe Dæmonem innocentem cohibere formas, ſi Deus ſinat. Neque enim propterea inferendum, † famam 283
noſtram eſſe in Diaboli poteſtate, cum ne capillum capititis noſtri lædere poſſit ſine voluntate Dei.

Quod tamen † Deus aliquando permittat, ut bonorum vitæ, corpori, 284
famæ & bonis jacturum inferat, exemplo ipſius Salvatoris, Jobi & aliorum piorum, notius eſt, quam ut ulla probatione indigeat. Hinc valde prudenter reſpondit in tali caſu conſultus, Johan. Fichard. JCtus Celeberrimus, *Conſil. German.* 111. *ſub num.* 4. Ubi ita ſcribit: † Zum Andern weiß man/daß der böſe feind 285
frommen Leuthen ſonderlich gehäſſig/ vnd derwegen dieſelbe/ wie er kan anfich-

tet / welches jhm dann gegen einer jeden Ehrlichen Frawen / (welche er ſolchen Weibern im Schlaff leichtlich vorbilden / *Secundùm text. in d. cap. Epiſcopi*) zu uben leicht ſeyn würde / wann auff ſolche betrügliche und ungewiſſe beſagung ſolte gegangen werden. *Et in eodem Conſil. ſub num.* 2. monet, ut parum auctoribus iſtis
286 † mallei maleficarum tribuamus, cum proprii commodi cauſa, & ut ipſis aliisq; ejus farinæ inquiſitoribus pravitates hæreticæ latior via inquirendi pateret, multa contra veritatem ſcripſiſſe.

287 Ad *Quartum* reſpondemus, non difficilè eſſe † Diabolo ſemel deluſam ſæpius deludere: ſemel enim ſibi addictos in laqueis ſuis quaſi captivos tenet. Quantum verò ad cochlear illud aureum arte magica per Dominam viduam, ut falsò aſſeruit iſta puella, prætensè ſublatum attinet, vel ex hoc ſolo Diaboli calumniæ, apertiſſima mendacia & falſitas eorum, quæ ex narratione iſtius puellæ, in protocollum judicii N. hac de re redacta, & poſteà non ſine injuria Dominæ viduæ ejusque filiæ falliſſimè diffamatarum, inconſulta facilitate, & omiſſa diligenti maximè temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum inquiſitione, licèt ſuppreſſis nominibus, tanquam vera in loco judicii criminalis, publicata ſunt, ſatisque ſuperque liquent, cum de vero fure ſurreptore iſtius cochlearis, ejuſque proceſſu, condemnatione & pœna tàm Dominis Capitularibus, quàm aliis notoriè conſtet.

Quæ in *Quinta* dubitandi ratione adducta ſunt, magis arguunt Nullitatem proceſſus illius, quàm ut Dominæ viduæ exiſtimationi & famæ vel minimam jacturam adferant. Siquidem quantum ad Dominam viduam attinet, cer-
288 tum eſt, † quod reus neque tormentis neque formidine tormentorum interrogandus ſit in ſpecie de hac vel illa perſona in individuo, P. H. O. Carol. V. *artic.* 31. §. Zum erſten/ *ibi*: Daß dem Sager die Beklagte Perſon / in der Marter mit Namen nicht fürgehalten / und alſo auff dieſelbig Perſon ſonderlich nicht gefragt worden ſey / ꝛc. Maximè honeſta, contra quam non exſtant indicia urgentia & de jure comparata, *Criminal. Conſt.* Carol. V. *d. art.* 31. §. Zum *IV.*

289 Ideoque interrogatio † facta vel tormentis vel formidine tormentorum, de ſociis nominatis in individuo non præcedentibus indiciis, per ea quæ ſupra
290 deducta ſunt, ſuggeſtio eſt. Proceſſus autem † per ſuggeſtionem factus ſine indiciis legitimis ipſo jure nullus. *Vt tradunt* Bero *conſil.* 167. *n.* 15. *li.* 3. Sigiſm. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 85. *ſub n.* 37. *& cap.* 87. *ſub n.* 7. *per text. in l.* 1. §. *qui quæſtionem.*
291 *ff. de quæſtion. cujus verba hæc ſunt*: Qui † quæſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter, quis illud fecerit: alterum enim magis ſuggerentis quàm requirentis, videtur, uti Divus Trajanus reſcripſit. Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* § *fin. quæſt.* 21. *num.* 4. *in fin.* Ubi refert à ſupremo Senatu graviter reprehenſum quendam prætorem delegatum, qui delinquentem ita ſuggerendo interrogaverat. Conſtat autem ex actis, quod puella iſta, ea tantùm, quæ 13. *die Februarii Anno* 1617. & præcedentibus

tibus ex delatione patris & novercæ ad judicis ſpecialem interrogationem, non præcedentibus indiciis legitimis per ſuggeſtionem quaſi de Domina vidua aſſerſeruerat, ſequenti videlicet 14. die Febr. comminatione torturæ & monſtrato carnifice cum ſuis inſtrumentis repetiiſſe & eandem cantilenam ceciniſſe. Quæ prioris depoſitionis ad ſuggeſtionem factæ metu tormentorum extorta repetitio, eodem quo ipſa antecedens interrogatio nullitatis vitio laborat, quia † radice infectâ inficiuntur omnia exinde deſcendentia. Bald. *in l. ult. col. 1. C. de liber. præter* Tiber. Decian. *Reſpon. ſ. 98. n. 16, vol. 3.* Zaſ. *2. conſil. 10. n. 19.* Et infectâ causâ primitiva inficitur & derivativa, Matth. de Afflict. *Deciſ. Neapolit. 96. n. 3.* 292

Atqui ex iis quæ ſuprà deducta ſunt patet Dominam viduam ejusque filiam non fuiſſe tales perſonas, in quas ſuſpicio graviſſimi illius criminis cadere potuit, neque ullum legitimum indicium contra eas, (præter delationem puellæ iſtius patris inimici & leviſſimi hominis, quæ inter legitima indicia referri non poteſt,) exſtitiſſe. Ideoque nec judicem decuit, ſpecialiter & in individuo puellam de illis interrogare & aſſertiones iſtas quaſi ſuggerere & diffamationi huic occaſionem præbere.

Quæ *Sexto* de vi & effectu geminatæ & iteratæ confeſſionis adducta ſunt, in theſi ſuum quidem habent effectum: Sed in hypotheſi noſtra nihil planè ſtringunt, † probatâ videlicet falſitate & deficiente probabilitate ſæpius iteratæ 293
confeſſionis, tum etiam variatione & contradictione in unius ejusdemque facti circumſtantiis.

Ad *Septimum* reſpondemus, iſtam aſſeverationem puellæ propter rationes ſuprà adductas parùm attendendam eſſe, maximè cum jure aperto conſtitutum legimus, † aſſeverationem rei criminoſi, dicentis, Er will dabey leben und 294
ſterben/ etiamſi ſupplicii tempore repetat, neminem onerare. *sext. in l. 3. §. 1. ff. ad SCtum Syll. ubi* JCtus Ulpian. *dicit*: Si quis moriens dixiſſet, à ſervo vim mortis allatam eſſe ſibi: dicendum eſt, non eſſe credendum Domino, ſi moriens hoc dixit niſi potuerit & probari. Raph. Cuman. *ad d. l. 3. §. 1.* Proſp. Farinac. *in Pract. Crimin. de indic. & tort quæſt. 42. n. 28. 29. 30.* Alciat. *de Præſumpt. reg. 3. præſumpt. 4 n. 7. verſ. adverte tamen.* Ubi dicit quod † aſſertio morientis, in præjudicium 295
tertii, præſumptionem nullam faciat. *Quem allegat & ſequitur* Henric. Bocer. *de Quæſtion. cap 3. ſub nu. 45. verſ. ſed argumentum hoc.* Et in terminis † veneficii, 296
Wann die Zauberin auff die beſagung ſtirbt/ *ita tenet* Joh. Godelman. *de Mag. & Venefic. lib. 3. cap. 9. nu* 25. *& ſeqq.* Et in iiſdem veneficii terminis ita reſpondit Erneſt. Cothman. *conſil. 4. n. 65. vol. 3. ubi dicit.* Certi juris eſſe, † quod criminoſus & infamis, etſi confeſſionem ſuam ſacerdoti conſtanter edat, corde appareat contrito, & ſacræ Cœnæ ſumptione teſtimonium repetat; nihil tamen inde ſuſpicionis ſiniſtræ contra homines bonos & honeſtos excitari & oriri. Similiter à principe imperii conſultus reſpondit Franciſc. Jacob. Ziegler. *quondam Camer. Imper. advocat. 27. Febr. Anno 1580. quod conſilium habetur in addition. ad* 297

Wier. *de Præſtig. fol.* 569. Amand. Rudenſcheid. *in conſil. quod in iiſdem addition. exſtat adducens ad hoc* Emman. Svar. Theſaur. *recept. ſenter. 1. nu.* 224. Neque ob-
298 ſtat quod dicitur, † neminem præſumi immemorem æternæ ſalutis decedere
299 velle: *ad hoc enim reſpondet gloſſ. &* Bald. *in tit. de pac. conſtant.* Non † quemlibet morientem præſumi Johannem Baptiſtam Grammatt. *Deciſ.* 42. *nu.* 9. & *Deciſ.* 56. *nu.* 16. *quem ad hoc allegat.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 89. *n.* 30. Oldrad. *conſil.*
300 *192. col. 1. verſ. nec enim, Ubi dicit,* Quod † non omnis moriens dicat veritatem,
301 *uti eum ad hoc alleg.* Menoch. *conſil.* 39. *n.* 70. Imo † ſæpe etiam moribundos eſſe mendaces. *teſtatur* Sichard. *in Auth. ſed novo Iure. n.* 15. *C. de ſerv. fugit. n.* 25.

302 Et teſtis eſt † veritatis meridies, experientia, ſagas, illuſtres ſæpè & innocentes perſonas, ſpe impunitatis, aut ex mero ſaltem odio (etiam quandoque prævia conjuratione, ut noviſſima exſtant exempla) indicaſſe, Godelman. *dict. cap.* 9. *n.* 1. Juxta id, quod dici ſolet:

Solatium eſt miſeris ſocios habuiſſe malorum.

303 Cum enim † ipſis moriendum, etiam aliorum perniciem quærunt: Sie ſehen gern / wann ſie brennen müſſen / das auch die gantze Welt brennet / Joh. Fichard. *conſil. German.* 111. *ſub n.* 4. *verſ.* Dieweil man auß erfahrung hat / das ſolche böſe Weiber / etc. Ideoque ſi verum eſſet, puellam iſtam Sagam fuiſſe, idem de ea erit judicium.

304 Præſertim † cum Sagæ eum, totius tragediæ auctorem & directorem habeant qui unico malo non ſatiatus, mille alia ex eodem elicere quotidiè ſatagit, cum ſit homicida & mendax ab initio, Amand. Rudenſcheid. *dict. conſil.*
305 *addens ibid.* Daß die tägliche † erfahrung mit bringe das all ſolche Weiber zu mehr mahlen andere mit Unwarheit beſaget / vnd ſie tanquam complices ſuæ factionis angegeben / die dannoch Unſchuldig befunden / vnd von ſolcher Handlung frey durch Richterlichen auſpruch erkand.

Deinde conſtat ex actis puellam iſtam, quamvis ita aſſeverando dixerit, Sie wolte bey ihrer auſſage leben vnd ſterben / poſtea tamen ſententia publicata pœnituiſſe, & dilationem ad ſe defendendum petiiſſe quo ipſo omnia antea confeſſa tacitè revocavit, neque in iis conſtanter ad mortem uſque perſeveravit.

Inſuper etiamſi huic aſſeverationi aliquid tribuendum eſſet, & etiam puella in ea conſtanter perſeveraſſet, tamen falſitatem ejus aſſertionum, veritate poſtea in lucem emergente ſatis detectam conſtat.

Octavum argumentum aliquid ponderis habere videtur. Sed ad hoc re-
306 ſpondetur, judicem † loci (ſalvo tamen ſemper ejus honore) non tàm facilem eſſe debuiſſe in ſuſpiciendo & poſtea nulliter publicando, contra Dominam viduam tanquam generis Nobilitate, morum pietate & honeſtate conſpicuam matronam, ejusque filiam virginem Nobiliſſimam, non veriſimiles & à Diabolo confictas delationes leviſſimorum hominum, & aſſertionem puellæ à Diabolo deluſæ, vel obſeſſæ; Sed cautiùs debuiſſe agere & diligentiùs in veritatem

tatem inquirere. Dixit enim Jehova judicibus: Non ſuſcipies † vocem menda- 307
cii, ne opprimatur inſons & juſtus, Exodi *cap. 23. v. 1. & 7.* Quia ſæpe ſit commiſſio, ut monet Syracid. *cap. 19. v. 15.* Quod Lutherus ita vertit: Dann mann leugt gern auff die Leuthe: darumb gleube nicht alles waß du hörest. Indeque canones ſtatuunt, non ſolum illum † reum eſſe, qui falſum de alio profert, ſed et- 308
iam eum qui aurem citò criminibus præbet, *text. in cap. non ſolùm 11 q. 3.*

Atqui conſtat notoriè, ex veritate detecta & ipſa rei evidentia, judicem loci non ſolum facilem fuiſſe, & per præpoſteras interrogationes crimen falſum ſuggerendo puellæ, ſed etiam falſa pro veris contra Dominam viduam ejusque filiam inauditas & non defenſas, cum ſummo earum gravamine, licet ſuppreſſis id factum nominibus, publicaſſe, & ita nulliter publicando diffamationi occaſionem præbuiſſe.

Quod itaq; adductum eſt, probationem ſufficientem cenſeri, quæ † Ju- 309
dicem inducit ad credulitatem, non de quavis credulitate facili, & inconſulta, ſed legali, ex certis & indubitatis rerum argumentis & jure comprobatis indiciis informata, accipiendum eſt; Quia † Judicis arbitrium regulari debet, ſecundùm 310
terminos & tramites juris æquitatis, *l. 1. ibi. ut legem non offendat, ff. de uſur. cap. judicet, 3. q. 7. gl. in l. eas cauſas, ff. de condit. & demonſtr. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 53. in verb.* Nicht auß eigenem geſuchten / ſondern den rechten informirten Gewiſſen gleich / richten vnd vrtheilen / Bald. *in l. fin. in 4. notab. Cod. de fideicom.* Berthazol. *conſil. crimin. 432. n. 7.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 79. n. 57. & ſeqq.*

Ubi dicit, quod † Judicis arbitrium non debet regulari ex cervice propria, 311
Johan. Sichard. *ad l. captatorias, n. 5. C. de teſtam. milit.* dicens, † arbitrium Judicis 312
intelligi tantùm de eo, quod eſt viri boni & æqui. Et hanc declarationem latè proſequitur Proſp. Farinacius *adduct. multis Iuribus & auctoritatib. in practic. crimin. quæſt. 37. n. 193. & conſil. 39. n. 27. lib. 1.*

Ideoq; non † poteſt nec debet Judex propter conceſſum ſibi arbitrium 313
iniqua æquis præferre, per ea quæ tradit Menoch. *1. arbitrar. caſ. 65. nu. 1. & ſeqq.*

Hinc Joſaphat ad Judices, † videre, inquit, quid faciatis; non enim homi- 314
nis exercetis Judicium, ſed Domini, 2. Chronic. 19. v. 6.

Quod autem iſte proceſſus inquiſitionis & publicationis maximè quantum Dominam viduam attinet, non fuerit juri conformatus, ex iis, quæ paſſim ſuprà & in ſequentis quæſtionis reſolutione deducentur, patebit.

Prætereà narratur in facti ſpecie, quoſdam ex Judicibus præſentibus, qui vel maximè hujus proceſſus, ex cujus evidenti nullitate, iſthæc orta diffamatio, directorium habuerant, adverſarios & inimicos fuiſſe Dominæ viduæ ejuſque familiæ, & jam antea eandem contra æquitatem jus faſq; gravaſſe, ideoque eorum arbitrium parum attendendum; quia, ut inquit Ariſtoteles, † eos qui de ve- 315
ritate judicare volunt, non adverſarios, ſed arbitros eſſe debere, *lib. 1. de cœl. c. 10.*
Cui congruit *text. in d. c. judicet, ibi*: Judicet † ille, qui ad pronunciandum nullo 316

317 odio, nullâ offenſione, nulla levitate ducitur, 3. *quæſt. 7.* Eſt enim † odium unum ex illis quatuor, quæ pervertunt humanum Judicium, & fructum ejus in amaritudinem, *text. in cap. quatuor, junct. c. ſeqq. 11. q. 3.*

Quamobrem nihil gravat Dominam viduam ejusque filiam, quòd occaſione illius proceſſus nulliter & inordinatè inſtituti, diffamatio emerſerit: quia
318 temerarium Judicium nihil nocet ei, de quo temerè judicatur, *text. in c. temerarium, 11. q. 3.* Et ex iis, quæ deducta ſunt & deducentur. I. Luce meridiana cla-
319 riùs apparet, † iſtam diffamationem nihil aliud eſſe, quàm rumorem vanum, cui initium dedit Diaboli & hominum leviſſimorum malignitas: incrementum verò credulitas, uti ex Quintiliano *lib. 5. orator. Inſtit. c. 3. in his noſtris terminis conſulendo tradit* Erneſt. Cothman. *reſp. 12. n. 155. vol. 1.*

320 Et quia ejuſmodi † diffamatio plerumque tranſmittitur ab his, qui deſiderant, de aliqua re eſſe famam, ideoque parum ei fidendum, optimi juris noſtri opinantur interpretes, per tradita Vincent Honded. *1. conſil. 102. n. 68.*

321 Quare † famam ejuſmodi eſſe ut plurimum rem falſam, fallacem, fragilem per malignantium aures artificioſè tranſmiſſam, pluribus perſequitur Erneſt. Cothman. *d. conſil. 12. n. 157. & aliquot ſeqq. vol. 1.* Quin imò quidam ex dirigentibus proceſſum Dominæ viduæ & ejus familiæ in facto narrantur fuiſſe adver-
322 ſarii, & conſequenter tales, † qui tanquam ſuſpecti propter inimicitias & præcedentia gravamina, ſi Domina vidua deſuper audita, & ad defenſionem admiſſa fuiſſet, de jure recuſari potuiſſent, per ea quæ tradit Marant. *in ſpecul. part. 6. tit. & quandoq; appellatur, n. 27. & mult. ſeqq.* Mynſing. *3. obſ. 36.*

323 Fama † autem à ſuſpectis ortum habens, & ipſa non immeritò ſuſpecta eſt, per tradita Bart. *in l. de minore, §. plurimum, n. 15. ff. de quæſtion.* Brun. *inter. crimin. diverſ. conſil. 115. nu. 45. & ſeq. tom. 2.* quos allegat & ſequitur Vincent. Honded. *d. conſil. 112. ſub n. 73 fac. conſt. Carolin art. 25. §.* erſtlich / *& artic. 31 §.* zũ dritte.

324 Siquidem † ex cauſis judicamus de effectu, *l. 2. § fin. & l. ſeq. ff. de dol. l. voluntas, C. de fideicom.* Vult. *1. conſil. Marp. 30. n. 76.*

325 Et augentur † ſuſpicionis hujus & inimicitiæ conjecturæ ex his quæ in facti ſpecie ſubiciuntur circumſtantiæ, quod licet ad ſuggeſtionem parentum, puella iſta alias quaſdam perſonas nominârit & caluminis proſciderit, earum tamen nomina neque Protocollo inſerta, tanto minùs, ea, quæ de iis narraverat in Judicio publicè, ſicut de Domina vidua ejusq; filia factum, prælecta fuiſſe. At-
326 qui † non levis eſt ſuſpicio, ſi Judex unum magis gravet quàm alterum, contra quem eadem militat ratio *per ea quæ tradit* Marant. *allegat. loco.*

Quibus accedit, quòd pariter in facto narratur, præſentes Dominos N. N. requiſitos à Domina vidua, re cognitâ demum poſt puellæ ſupplicium, viam ſe defendendi & innocentiam ſuam deducendi aperire noluiſſe: Copiam Protocolli ac aſſertionum iſtarum, à prædicta puella, ejusque parentibus confictarum, in prima requiſitione ſimpliciter denegaſſe, prætereaque Notarios, quorum

operâ

operâ ad effectum præparandæ defenſionis uſa fuerat, ab officio removiſſe, & hoc ipſo odii & inimicitiæ ſignificationem non obſcuram dediſſe: cum tamen potiùs Dominæ viduæ favore & privilegiis prædefuncti Domini mariti, ipſorummet Collegii quondam Decani & Directoris gaudenti, omnem honeſtam expediendæ defenſionis legitimæ rationem, ordinis & charitatis ratione id poſtulante, ſuppeditare, & eandem, tanquam ordinis ſui Collegio addictam ab injuriis & mendaciis vindicare debuiſſent.

Reſtat nunc nona & ultima dubitandi ratio, à denegatione directa teſtimonii Dominorum Judicum N. N. deſumpta. Et ſanè videre non poſſumus, quomodo præſentes tunc temporis Domini N.N. honeſtâ & legali ratione, Dominæ viduæ ejusque filiæ honeſtatis & integritatis teſtimonium, quod apud omnes cordatos, maximè univerſos Eccleſiæ illius loci Miniſtros omnium ſuffragio obtinuerunt, & adhuc dum laudabiliter obtinent, denegare potuerint, niſi vel odio, quod in facti narratione præſupponitur, vel etiam inconſultâ credulitate, falſiſſimarum delationum ducti id fecerint. Sed tunc rectè reſpondetur ex his, quæ Gregor. Papa Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo *lib. 6. Epiſt. 14. reſcripſit.* † Majora mala cum forſitan dicuntur, niſi probata, credi non debere. 327
Hæc igitur dixi, inquit ille, ut nimiæ eſſe levitatis oſtenderem, ſi quis mala gravia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Quæ Epiſtola Canonizatur *in cap. in cunctis, 11. q. 3.* Et quòd tàm reus ſit, qui autem citò criminibus præbet, quàm qui falſum profert, *ſuprà ex cap. non ſolum ead. cauſ. quæſt. adduximus.* Sed tantùm abeſt, falſiſſimas iſtas delationes probari potuiſſe, ut potiùs contrarium evidenter in lucem emerſerit. Quod cum ita ſit, ut ipſos non latere potuit directoris hujus proceſſus, major meritò ipſius veritatis, ſingulari Dei beneficio cunctis patefactæ, eſſe debet auctoritas, quàm injuſtæ illius denegationis, & inde quid ſiniſtri opinantium.

QUÆSTIO III.

Succedit jam tertia Quæſtio: *An videlicet Domini Capitulares, qui tempore ordinati proceſſus præſentes fuêre, & proceſſum direxêre, tàm in inſtituto iſto proceſſu Sagarum*, bey dem Hexen-Proceß / *Ius Commune, Canonicum & Civile, ac S. Imperii Romani Conſtitutiones, maximè verò Caroli V. Imperator, criminales ordinationes, præ oculis habuerint, & ex earum præſcripto egerint, ita ut Deo & Cæſari, Suaq; Majeſtatis ſupremo Iudicio Camerali exactam rationem de eo agere poſſint?*

Et quidem ita aſſerunt Domini Judices N. N. in Apologia quadam typis divulgata, in Anno 1618. ſ. Nun bezeugen es aber die Acta, quæ inducunt notorium,

notorium, daß Wir (intellige Dominos Judices) ſo wol gegen die juſtificirte Margrethen N. als die andere / zu dero Zeit mit verſtrickte Weiber / mit behutſamer Sorgfältig: vnd Bedachtſamkeit verfahren / vnd der Peinlichen Halßgerichts-Ordnung ſteiff vnd feſte nachgangen / ꝛc. Quod ipſum paſſim in dicta Apologia repetitur, quòd videlicet jura communia, & maximè dictas criminales
328 ordinationes Caroli exactè obſervârint. Cui etiam accedit Juris præſumptio, † quæ pro Judice & Magiſtratu militat, quod juſtè, ritè & rectè proceſſerit, & officio ſuo functus ſit, *l.2.C.de offic.Civ.Iud.* Bald. *in l.jubemus, §.ſanè, C. de SS. Ec-*
329 *cleſ.* Alciat. *de præſumpt.reg.9.præſumpt.nu.1.* Etiamſi Judex † ipſe certo quodam modo ſuſtinere videatur perſonam partis, ut quando inquirit de delicto, per tradita, Bald. *in l.unic. C. ne quis in ſua cauſa judic.* Menoch. *2.præſumpt.67.num.7.* Et præter hæc adducunt Domini N.N. *text.in l.filius, 15. ff. de condit.inſtit.* Ubi JCtus Papinianus, quæ facta inquit, lædunt pietatem, exiſtimationem & verecundiam noſtram, & generaliter, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe, credendum eſt. Ideoque tantò minùs Dominos N.N. tanquam loci Magiſtratum ordinarium actum juriſdictionalem exercentem, contra leges & bonos mores quicquam feciſſe præſumendum erit. Præſumptionum autem † ju-
330 ris ille eſt effectus, ut non ſolùm transferant onus probandi in adverſarium, ſed etiam ut contrarium probare volens duriore gravetur probatione, *gloſſ. & Dd in l.tranſactione, C.de tranſact.* Aym. Cravetta, *conſil.75.n.12.* Johan.Petr. Surd. *conſil.151.n.25.*

Secundò adducitur factum in *d. Apologia*, quod Reverendum Collegium N. hactenus Jus & Juſtitiam laudabiliter, uti par eſt, & decet tale Collegium No-
331 bile, adminiſtrarit. Ideoq; & in hoc caſu idem feciſſe præſumendum eſſe: Cum † de præterito præſumatur in præſens, *arg.l.ſive poſſidetis, C.de prob.* Sichard. *ad l.4. n.2. C.de reſtit.min.cum ſimilibus*, Cardin. Tuſch. *PP.concluſ.623.lit.I.*

Tertiò, hiſce accedit, quòd tantò minùs præſumendum ſit, Dominos Capitulares voluiſſe hoc ſuo proceſſu Dominam viduam ejusque filiam gravare, tum quia maritus ejus & reſpectivè pater, prædefunctus ejusdem ordinis & in-
332 ſuper Decanus & Caput fuit Collegii, † cujus favore & privilegiis coruſcavit meritò relicta vidua & filia, *l.fœmina, & ſeqq.ff. de Senator.l.mulieres, C.de dignit.*
333 Nemo autem præſumitur † perſecutor ſui ordinis, cum ordinata charitas incipiat à ſe ipſa, & lupus dicitur proprias carnes lambere, alienas mordere, per doctrinam, Bald. *ad l.7. C.de ſervit.gloſſ.in c. inter de ſponſal.* maximè cum & generis ratione idem favor præſumendus ſit. Æqualitas namque & ſimilitudo
334 tàm ordinis, † quàm generis, benevolentiæ mater & favoris eſt conciliatrix, per ea quæ habet Eraſm. *in apag. Chilid.1. cent.2, adag.20.* Unde & illud Theo-
335 cryti † Formicæ grata eſt formica, cicada cicadæ, Accipiter, placet accipitri, &
336 dicunt noſtri: † Es muß ein harter Winter ſein / das der eine Fuchs den andern freſſe:

Quartò

Quartò adducitur, quòd † querulantes contra proceſſum antea factum, 337
teneantur juſtificare ſuas querelas ex antiquis, non ex novis actis & probationibus, per tradita Grammat. *conſil. crimin, 54. n. 16.* Atqui Domini conſulentes, querelas ſuas magna ex parte deducunt ex novis, & poſtea emergentibus actis: Ideoq; non videntur eſſe audiendi.

Quintò Adducunt Domini N.N. in ſua Apologia, quòd in hoc proceſſu nihil temerè aut inconſideratè egerint, & non ſolùm præcellentem iſtius loci Medicum, ſed & miniſterium deſuper conſuluerint, an iſtam puellam pro obſeſſa vel Melancholica haberent, & an confeſſioni ejus de pacto cum Diabolo initio fidendum? Hos reſpondiſſe, uti ex ſubjecto ſub *tit. ff.* ſignato documento
apparet. Nihil itaque † poteſt imputari his, qui peritiores conſuluerunt. Præ- 338
terea aſſerunt Domini N.N. quòd à nemine audiverint, ipſius puellæ matrem & avunculum tam gravi melancholia fuiſſe affectos, ut neceſſe fuerit eos cuſto-
dire, ne ſibi ipſis violentas manus inferrent. Facti autem alieni † ignorantia 339
tolerabilis & juſta eſſe poteſt, cum ejus interpretatio etiam prudentiſſimos quosq; plerumque fallat, *text. in l. 2 in fin. ff. de jur. & fact. ignor.* Tiber. Decian.
Reſponſ. 14. n. 75. vol. 3. Et in dubiis facti † etiam ſummum principem errare poſ- 340
ſe, *text. eſt in cap. 1. de conſtit. in 6.*

Indeq; † de facti quæſtionibus interrogati, nec JCti, nec Magiſtratus, 341
nec Princeps olim reſpondebat, *l. ſciæ. 20. §. fin. de inſtit. vel. inſtrum. legat. l. non ſtatim, in pr. ff. ad L. Fab. de plag. quem, 79. §. 1. de Iudic. text. 1. de conſtit. in 6.*

Sextò, Apparet ex actis Dominos N.N. inſuper Facultatem Juridicam in-
clytæ † Academiæ Helmſtadianæ conſuluiſſe, & ab ea petiiſſe, ut communicato 342
cum Theologis & Medicis conſilio, quid juris, in illa facti ſpecie reſponderent, quia in ſe Carolin. Conſtitutiones ad ipſum jubentes adprimè obſervarunt. Idque non ſemel, ſed iteratò, per ea quæ deducuntur *in dict. Apologia, pag. 14. & ſeqq.*

Septimò facit, † quod in crimine Veneficii ordinarius proceſſus non uſq; adeò 343
neceſſarius ſit, *per ea quæ tradit* Joh. Bodin. *in tr. de Mag. Dæmonoman. lib. 4. c. 3.*

Octavò, non multum in hac facti ſpecie de ordine proceſſus † laborandum 344
cum puella iſta, ultrò & ſponte de proprio aliorumq; delictis confeſſa eſt, cum vel ſola confeſſio ad condemnandum ſufficit, & in confeſſum nullæ ſunt aliæ judicis partes, quam condemnare, *l. 1. l. 3. l. 4. l. 5. & l. 6. & quæ ibi not.* Dd. *ff. de confeſſion. l. proinde, §. notandum, ff. ad L. Aquil.* Geil. *1. de pact. publ. c. 15. n. 8.* Hinc Poëta:

Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

Nonò facit, quod † confeſſio rei purget omne vitium proceſſus ita ut non 345
reſpecta Nullitate, poſſit reus condemnari ſuper contentis in libello, *per tradita* Bart. *in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum,* Bald. *in l. 1. in pr. & l. properandum, Cod. de Iudic.* Et ita a Cameralibus Judicibus aliquoties ſervatum *teſtatur* Mynſing. *obſ.*
77 cent. 5. Proſper. Farinac. *1. conſil. 8. n. 7. in fin. ubi dicit.* Data † propria rei con- 346

feſſionem fruſtra diſputari de validitate proceſſus, Cacheran.*deciſ.109. ſub n. 13. ubi, quod tali caſu nec juris nec mundi curetur ordo.* Eſtq; ratio: Quia ideò judicii
347 † ordinarii vigor inventus eſt, ut eò meliùs & certiùs perveniri poſſit ad verita-
348 tem, *arg.l.Iudices ubi*, Sichard. *&* Dd.*Cod.de Iudic.* Atqui per † confeſſionem rei habetur veritas. *l.Publia.* §.*fin.ff.l.fin.C.arbitr.tut.* Hartman. Hart.*practic.forenſ.*
349 *lib:2.tit.11.obſ.un.n.4.* Sigiſmund.Scacc.*de Iudic.lib.2.cap.9.n.48.* † Præſente autem fine ceſſant media ad finem ducentia, ut eſt Logicorum canon. Præterea
350 confeſſio † rem facit notoriam *text.in c.veſtra.& in c.tua,& in c.fin.extr.de coch. Cleric.* Bald.*in l.à procedente, C.de ditat.* Matth.de Afflict. *deciſ.178.n.3.* Menoch.
351 *in 1.reſp.cauſ.Finar.n.139.* Et confeſſatum † delictũ notorium eſſe, *poſt* Grammat. *deciſ.13.n.8.& deciſ.36.n.30.& alios à ſe allegatos, ſcribit* Proſp. Farinac. *q.21.n.13.*
352 Atqui in notoriis relaxatur ordo juris, *cap.pervenitur, extr. de teſtibus, cap.conſului ne appellat.c.manifeſta,2.q.1,* Rip.*in l.naturaliter.§. nihil. commune.n. 186 in fin.* Dec.*conſil.506.n.4.* Johan.Meichſner.*deciſ. Camer.13.n.55. Tom.3.* Proſp. Farinac.*conſil.crimin.85.nu.115.lib.1.*

353 *Decimò* accedit, † quod licèt aliàs in criminalibus ſola rei confeſſio non ſufficiat, niſi conſtet de corpore delicti, *per text.in l.1.§.* Divus Severus, *&* § *ſi quis ultrò, ff.de quaſtion.cum ſimilibus*: attamen in Sortilegii materia ſufficere confeſſionem Lamiarum aſſerentium ſe proceſſiſſe ad ludos, ad ipſas condemnandum, etiamſi non conſtet de corpore delicti, *per tradit.* Proſp.Farinac. *in pract. Crim. q.2.n.26.* Quinimò in hac facti ſpecie, quantum confeſſionem de Domina vidua factam attinet, conſtitit etiam de corpore delicti, videlicet cochlear illud aureum Reverendiſſ. Sorori ſurreptum fuiſſe, quod in prædicta Apologia hiſce verbis exprimitur: So iſt auch der Güldene Löffel / zur Zeit Verübten Proceß hinweg geweſen/ vnd damahls niemand wiſſen / viel weniger Wir (Dnn. Judices) nachfragen können/ wohin derſelbe gekommen/ ꝛc.

354 *Vndecimò*, cum ex hiſce, quæ deducta ſunt, appareat Dominos N.N. † Legaliter & ſervato Juris ordine, maximè autem *Conſtitutionibus Criminal. Caroli V.* proceſſiſſe, nihil iis imputandum eſſe videtur, ſi occaſione illius proceſſus ad Reipubl. utilitatem inſtituti, aliquid ſiniſtri contra Dominam viduam ejusq; filiam emerſerit, *per text, in l. Quod reipub.33. ff.de injur. ubi* JCtus Paulus *reſpon-*
355 *dit*: Quod † Reipublicæ venerandæ cauſa ſecundùm bonos mores ſit, etiamſi ad contumeliam alicujus pertinet: quia tamen non ea mente Magiſtratus facit, ut injuriam, ſed ad vindictam Majeſtatis publicæ reſpiciat, actione injuriarum non teneatur, *Cui congruit reſponſ.* Ulpian. *in l.13.§ 1 ff.eod.ubi dicit*: Is qui Jure publico utitur, non videtur injuriæ faciendæ causâ hoc facere. Juris enim executio non habet injuriam.

Duodecimò facit, quòd licet Dnn. N. N. vigore receſſus Diœceſani cum Reverendiſſimo Epiſcopo initi, jure potuerint omnes iſtius puellæ confeſſiones & aſſertiones, omnium nominatarum ab illa perſonarum nominibus expreſſis,

ſine

ſine cujuſquam juſto gravamine, ad publicandum præfecto Judicii criminalis tradere, id tamen in honorem Dominæ viduæ non fecerint, & humanitem juri ſtricto prætulerint, per ea quæ deducuntur *in prædicta Apolog. pag. 19. & ſeqq.*

Notum autem eſt, † ſtatutum patriæ & ſtylum curiæ pro lege ſervandum 356
eſſe, *text. in receſſ. Imper. de Anno* 1570. §. Wiewol auch in allen wolgeordneten Gerichten nicht weniger nach eines jeden löblich betrachten ſtylo, &c. *junct. §. ſeq. ibi*: denſelben ſo wohl in decernendis proceſſibus, als deciſionibus cauſarum zu folgen *l. ult. in fin. C. de injur. l. generaliter, C. de reb. cred.* Geil. *1. obſ. n. 1.* Matth. de Afflict. *deciſ. 79. n. 4.* Eſtq; † ſtylus curiæ nihil aliud, quàm lex & legis imperium, 357
per ea quæ tradit Erneſt. Cothman. *conſil. 4. n. 396. vol. 5. per l. ſed ea, ff. de legib. l. 1. ſemper. in ſtipulat. ff. de reg. jur. l. 2. C. quemadmodum teſtam. aper.* Jac. Cujac. *in cap. pen. extr. de confirm. util. & inutil.* Non ſolùm † in civilibus, ſed etiam crimi- 358
nalibus, Proſp. Farinac. 1. *conſil.* 85. *n.* 108 Menoch. *2. præſumpt.* 8. *n.* 14. *& ſeq* Quod autem lege permittente fit, culpa caret, *l. legis virtus, cum ſimilib. ff. de legib.* Quod itaque puella iſta in Judicio, Dominæ viduæ ſuppreſſa nomina exclamârit † id 359
præter intentionem Dominorum N. N. accidit, ideoque id fato potiùs quàm noxæ eorum imputandum erit, *arg. l. 52. §. 3. ff. pro ſoc. l. 1. C ad L. Cornel. de Sicar.*

Hiſce *Decimotertiò & ultimò* accedit Reſponſum † Facultatis Juridicæ Wittenbergenſis, eò tendens, proceſſum iſtum, contra puellam ſæpè memoratam, aliasq; ab ea nominatas fæminas ritè inſtitutum. Et propterea perſonarum nomina ſuppreſſa in Judicio expreſſerit, injuriarum conveniri Dominos N.N. non poſſe, ut apparet *ex eod. reſp. ſub lit. I.*

Veruntamen, quamvis hæc & alia ejus generis, pro juſtificando iſto pro- 360
ceſſu, ſubtiliter & ſpecioſè excogitata, & in medium producta, deciſionem hujus quæſtionis ſatis implicent, ac dubiam primâ fronte reddere poſſint: Omnibus tamen & ſingulis penitiùs inſpectis, & ad veritatis amuſſim in præſenti facti ſpecie redactis, proceſſum iſtum contrà ſæpe memoratam puellam, & alias ab eadem nominatas perſonas, inſtitutum maximè autem, quoad Dominam viduam ejusq; filiam per inconſultam publicationem falſarum ſuggeſtionum & delationum, contra jus fasq;, ejus occaſione diffamatas, non uno nullitatis vitio laborare, & quantum ex actis nobis tranſmiſſis apparet, contra Jus Divinum, naturale & commune & criminales conſtitutiones Caroli V. impingere, certiſſimum eſt. Cum autem ipſi Domini N. N. qui Apologiam memoratam typis divulgari fecerunt, ad Jus Commune, & maximè conſtitutiones Criminales, die P. H. O. provocent, illudq;, & has ad unguem è ſe ouſervatas aſſerant, de difformitate ejuſdem meliùs non apparebit, quàm ſi acta nobis tranſmiſſa cum jure communi, & maximè conſtitutionibus criminalibus contulerimus.

Pro majori hujus quæſtionis decidendæ evidentia præmittendum, Dominos Conſulentes proceſſum iſtum, contra modò dictam puellam Margaretham N, aliasque ab ea nominatas fœminas, quarum 4. in carcere habitâ quæ-

Digitized by Google

ctione, mortuæ repertæ ſunt, principaliter non impugnare, ſed iſthæc omnia ipſorum Directorum hujus proceſſus conſcientiæ relinquere: Interim tamen cum ipſorum reſpectivè mater & ſoror, propter nullitates & neglectum in iſto proceſſu juris ordinem, falſiſſimè diffamatæ, & contra divina, naturalia, gentium & civilia jura, ipſasq; Carolinas conſtitutiones, præter omnem culpam ſuam gravatæ ſunt, incidenter de iſto proceſſu in genere, principaliter autem & in ſpecie, quatenus Dominam viduam ejusq; filiam concernit, deſpiciendum erit.

Et quidem I. Percurrendo proceſſum in genere, contra puellam nominatam,

361 † certum eſt etiam in criminalibus, ſive ad inſtantiam alicujus per viam accuſationis, ſive ex officio per viam inquiſitionis procedatur, formandum eſſe contra reum libellum criminalem, eiq; intimandum cum termino comparendi & reſpondendi *per ea quæ tradit* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. nu. 2. & quæſt. 31. n. 8.* Robert. Marant. *in ſpecul. Judic. part. 6. rubric. Et pervenitur aliquando per viam inquiſit. n. 35.* Erneſt. Cothman. *conſil. 12. n. 26. vol. 1.*

362 Sol & enim Judex, † quando ex officio procedit, primò reum extrajudicialiter examinare, & deinde, quæ ex ipſius depoſitionibus & inſtituto proceſſu informativo aliunde reſciſcere poteſt per Fiſcalem in libellum criminalem reducere, eumq; reo cum termino reſpondendi tradere.

363 Et debet talis † libellus inquiſitorius, æq; ut ille, qui ab accuſatore exhibetur, continere locum, tempus, diem, aliasq; commiſſi delicti circumſtantias, ut reus inde ſuas formare poſſit defenſiones, Bat. *in l. 1. §. editiones, ff. de edend. & in l. libellorum ff. de accuſat.* Abb. *in cap. accepimus, 16, col. fin. de purgat, canon.* Marant. *d. ſupra loco. num. 37. addens,*

364 Quod † in inquiſitione requirantur omnes ſolennitates, quæ requiruntur in accuſatione. Farinac. 1. *conſil. 86. n. 15. & 58.* Erneſt. Cothmann. *d. conſil. 12. num. 32. & ſeqq. junct. n. 47. & 48.*

365 Hinc itaq; eſt legalis † & juridicus procedendi modus, *cui reſpondet conſtitutio criminalis* Caroli V. *ſub. rub.* Von fürſprechen/ *art.* 88. §. Item in dem nechſt nachgeſetzten Articul der Klag/ &c. *ibi*: vnd iſt nemblich zu mercken / ſo die Klage von Amptswegen beſchehen/ (uti in præſenti facti ſpecie factum,) das alle wege in einer jeden ſolchen Klage zuſampt den Nahmen des Anklägers/ (videlicet ex officio, qui paſſim Fiſcalis appellatur,) ſoll alſo geſetzt werden: Klag von der Oberkeit vnd Amptswegen. Ex qua conſtitutione ſatis apparet, in omni proceſſu criminali libellum in ſcriptis faciendum & exhibendum eſſe: Jam verò ex Actis nobis tranſmiſſis conſtat, in proceſſu noſtro, nullum interveniſſe libellum accuſatorium, ſed puellam iſtam tantùm extrajudicialiter & in proceſſu informativo examinatam, confeſſiones ejus in tali informatione factas tranſmiſſas ad ſententiam concipiendam, eaq; concepta, puellam iſtam minorennem non accuſatam, neque à quopiam defenſam, in Judicium criminale vocatam, confeſſiones prælectas, & iis ratificatis, ſtatim ſententiam condemnatoriam ineam publicatam & non obſtante, quod dilationem ad inferendas defenſiones petierit unâ cum

patre

patre, executioni mandatam. Et hæc eſt prima nullitas, quæ impingit in ipſam ordinationem criminalem.

Secundò, Vigore Conſtitutionis Criminalis CAROLI V. Reus † publicè 366
in judicio criminali accuſandus, uti apparet *ex artic. Conſtit. Crimin. 89. & paſſim.* Sed ex actis nobis tranſmiſſis conſtat, puellam noſtram nunquam fuiſſe criminaliter in judicio accuſatam.

Tertiò, accuſatione † ſive à patre ſive à Fiſcalis Procuratore propoſitâ fieri 367
ſolet litis conteſtatio, quæ eſt lapis angularis judicii, Bald. *in c. 1. de lit. conteſt.* Jaſon *Rubr. nu. 2. C. de in jus voc.* Adeoq; † etiam in Criminalibus nullo modo omitti 368
poteſt, *l. adultera verb. Crimin. contra eam inchoatum C. ad l. Jul. de adult. l. inter, ibi: cognitione ſuſcepta de publ. jud. Concordat Conſtitut. Crimin.* Caroli V. *artic. 90.* Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 45. *n. 2.* Ubi proponit, quatenus per reſponſionem rei ad accuſationem inquiſitionem judicis lis conteſtata cenſeatur.

Quartò, † præmiſsâ plerumq; litis conteſtatione & prælectâ ſibi accuſatio- 369
ne reus in judicio criminali ad ſingulos articulos reſpondere debet, uti pariter ex Conſtit. criminalib. Carolini & notiſſimo judiciorum more compertum eſt. Et hæ ipſæ reſponſiones ad libellum criminalem aliquando implicant litis conteſtationem, *per tradita* Clar. *alleg. modò loc.* Sed & de his nihil ex actis apparet. Quamvis enim puella examinata ſit ad denunciationem patris & novercæ, tamen hæc omnia facta ſunt ſine ſtrepitu judicii & in proceſſu informativo.

Quintò, ne reus ſimplicitate vel alia inconſultâ facilitate defenſiones † ſuas 370
negligat, & per imprudentiam labatur, liberum eſt ei petere, ut ſibi adjungatur defenſor, vel informator, qui in Conſtitutionibus Carolinis Ein Fürſprech oder Redner vocatur, *art.* 88. Et ſi reus hoc ſibi jus competere ignoret, Judex criminalis de eo reum informare & monere debet, *arg. artic. Criminal. 47. Junct. artic. 13 ibi:* Dieſe vnſer Ordnung Vnterrichtung geben/ſich darnach wiſſen zuhalten/ Alſo darmit ſie durch Vnwiſſenheit nicht verkürtz oder gefahrt werden. Et ſi rei non petant ſibi dari defenſorem vel advocatum, Judices juſti ex officio eis dare ſolent, ut ex Blanc. *in Pract. crimin. fol. 39. n. 102. meminit.* Jul. Clar. § *fin. q. 49. ſub n. 4.* Erneſt. Coth. *conſil. 29. n. 183. vol. 1.* Et q † in proceſſu Sagarum id obſervan- 371
dum eſt, monent Jacob. Sprenger. & Henric. Inſtitor *Rigidiſſimi alias cenſores Sagarũ in Malleo malefic. part. 3. q.* 10. Ubi dicunt, † primam defenſionis reorum 372
conſiſtere in hoc, ut iis deputetur Advocatus, *faciũt tradita* Tiber. Decian *tract. Crimin. li. 5. c. 37. n. 37. & 51.* Franciſc. Ponzin. *de Lam. n.* 78. Atq; ita † in tota Haſ- 373
ſia & aliis Germaniæ locis reis criminoſis etiam non petentibus ex officio adjungi ſolet defenſor. Patet autem ex actis puellam noſtram à patre & noverca delatam, nullo planè defenſore vel informatore inſtructam condemnatam fuiſſe.

Sextò, accedit quod puella iſta fuerit minorennis, videlicet 17. annorum. Atqui juris eſt aperti, † contra minorem ſine curatore dato inquiri non poſſe *l. clarum, & ibi gl.* Cyn. Alberic. Bald. & Salicet. *C. de auctor. præſtand.* Et poſt eos

 ita con-

Digitized by Google

ita conſideratum & vocatum in Rato Romano *teſtatur* Proſper. Farinac. *Deciſ.*
Rot.61.n.28.lib.2. Berthazol.*conſil.Crimin.380.n.3* Ubi dicit minorem non poſ-
375 ſe condemnari non dato curatore, & non ſervatis ſervandis. Siquidem † mi-
nor tàm in Criminalibus quàm Civilibus non habet legitimam perſonam ſtan-
di in Judicio, *d.l. clarum cum ſimilib. & hoc ita præclarè firmat* Rol. à Valle *conſil.*
31.n.8.vol.1. Et dicit hanc eſſe communem opinionem, Boſſ.*in tit.ſi adverſ. rem*
376 *Iudic.n.22.* Adeò † proceſſus criminalis contra minorem agitatus non dato ei
curatore ad litem nullus ſit. *per tradita* Tiber. Decian.*in tract. Crimin.lib.5.c.37.*
n.56.in fin. Cornel.*conſil.198.n.4.* Menoch.*2.arbitrar.caſ.268.n. 2.*
377 Ideoque an reus inquiſitus, † minor vel major ſit, tanquam quid præjudi-
ciale, ante omnia ſummaria cognitione debet prius terminari *per l. ſi putas, C. de*
petit.heredit.& l.quoniam, Alexandrum *C. de adulter.* Bald.*conſil. 310.col.1. verſ.*
378 *tertio caſu & c.quem ad hoc allegat. & ſequitur* Menoch. *d caſ.268.n.10.* Indeq; †
confeſſionem minoris ſpontaneam in judicio criminali ſine curatore factam
eidem non nocere *tenet.* Cyn.*in d. clarum, C.de auctor. præſtand.* Bart. *ad l.fin.§*
pupillus.ff.de verb.obligat. Alberic de Roſat *ad d. l.clarum,* dicens, ſe ſæpe impu-
gnaſſe confeſſiones minorum etiam in tormentis factas & obtinuiſſe. *per d.l cla-*
rum, & c.ita etiam in terminis decidit Angel.*in tract. Malefic.in verb. comparue-*
runt inquiſiti. verſ.nec non ſi cautus, & c. Quem ad hoc allegat Rol. à Vall.*conſil.31.*
vol.1.n.8. & hæc ejus refert verba formalia: Bene ſis cautus tu Judex, quando ha-
bes minorem 25.annis in fortiam tuam, pro aliquo delicto, quod nunquam ejus
reſponſionem recipias, niſi eidem dato & proceſſus curatore per te Judicem.
Et ita ſecundùm hanc doctrinam in ſupremo judicio Neapolitano per totum
conſilium fuiſſe votatum & concluſum, *teſtatur* Matth. de Afflict.*Deciſ.708.&*
379 *facit text.in l.6.§.5.de confeſſ.* Et quamvis † Clar.*in §.fin.quæſt. 50.n. 2.* in quibuſ-
dam locis aliud de facto & quidem malè obſervari, de jure tamen, præcedentem
380 ſententiam eſſe veriſſimam teſtatur, tamen cum iſta conſuetudo † ſit exorbitans
à jure communi & conſequenter odioſa de loco ad locum, contra jura apertiſſi-
ma & æquiſſima non eſt extendenda. Felin. *in cap. auditis, col.6.de præſcript.* Jaſ.
ad l.de quibus, n.12.ff.de legib. Paul.Pariſ.*conſil.25.n.26.vol.1* Robert.Marant.*Diſp.*
381 *9.nu.31.* Quinimò Dd. † atteſtantibus de conſuetudine parum creditur. Jaſon.*ad*
d.l.de quibus, n.89. Mynſing.*6 obſ.68.* Ludolph. Schrader.*tract. Feud.part.1.qu.1.*
nu.5. Et hanc eſſe communem opinionem, *poſt.* Curt. *& alios teſtatur* Coler. *de*
Proceſſ.executiv.part.3.cap.11.n.72. Berthazol.*conſil.432. nu.2. ubi pariter dicit,*
communem hanc eſſe ſententiam. Et communiorem dicit Mynſing. *alleg. ſupra*
loc. & magis communiter approbatam, *ſcribit* Vincent. Honded.*conſil.110.n.19.*
lib.1. Et *in* Rot.Roman. *ita fuiſſe deciſum teſtatur* Burſat.*conſil.16.n.37.li.1.* Eſt q;
382 ratio, † tum quia conſuetudo eſt varia & modo alba modo nigra: Hoſtienſ. *in*
in Summ.de conſuetud.Roman.ſing.369. Paul. Pariſ.*conſil.31.n.14.& 15.vol.1.*
383 Tum † etiam quia conſuetudo facti eſt. *c.1.de conſtitut.in 6. l.1.C.quæ ſit long.*
conſuet.

Digitized by Google

conſuet. Quæ autem facti ſunt, prudentiſſimos quoſque fallere poſſunt, *l. 2. ff. de Iur. & facti ignor.* Nam facti quæſtio incerta eſt & plena circumſtantiarum, *uti notat.* Dionyſ. Gothofred. *ad l. idem erit ff. de ſtat. hom.* Indeq; † multi aliquando 384
credunt conſuetudinem & aberrant, *inquit* Cyn. *ad l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. quẽ allegat* Meichſner. *Deciſ. Camer. 14. n. 43. Tom. 3.* Et in ea † aſſerenda JCtos quan- 385
tumvis exercitatiſſimos facilè decipi, *poſt* Bartholom. Socin. *conſil. 97. n. 3.* Carol. Ruin. *conſil. 86. n. 10. vol. 4.* *ita reſpondit* Erneſt. Cothman. *Reſponſ. 1. n. 449. vol. 5. addens ibidem doctrinam,* Quod Judex religioſè † ſapiens ad unius vel alterius 386
JCti teſtimonium de conſuetudine ſine magno & pernicioſo juſtitiæ periculo pronunciare non poſſit. Idque vel maximè procedit, ſi Judex imprudens unius vel plurium Dd. qui extra iſtam provinciam & forum vixerunt de conſuetudine illius fori in quo vixerunt atteſtantes, ſtatim ad ſuum forum, cujus illi planè fuerunt ignari applicare vellet. *per ea quæ tradit* Joh. Dilect. Duran. *de Art. teſtand. in tit. de ſubſtit. cautel. caut. 35. n. 3* Burſat. *conſil. 43. nu. 54. lib. 1.* Vinc. Honded. *d. conſil. 110. n. 20.* Addens, † reſpectu loci in quo Doctor non fuit verſatus, ejus 387
atteſtatio nullam præſumptionem nedum probationem facere: maximè ſi teſtetur de conſuetudine juri adverſa, *per ea quæ conſulendo tradit* Johan. Gœdd. *conſil Marp: 32. n. 187. 188. vol 3.*

Neq; putamus probari poſſe in Diœceſi N. talem contra jus apertum vigere conſuetudinem, neq; etiam de ea hîc curandum, cum Dnn. N. N. in ſua Apologia paſſim prætendant, proceſſum iſtum ſecundùm tenorem juris communis Cæſarei. Nach verordnung der Rechte/Reichs Constitutionen vnd P. H. O. ꝛc. inſtitutum & abſolutum, & tamen ſalvo eorum honore, in hoc etiam puncto neglectum eſſe ipſa loquuntur acta & protocolla, collata cum jure communi.

Septimò Juris ratio & æquitatis ſuadet benignitas ut † reo etiam de delicto 388
convicto & ſponte confeſſo antequam condemnetur detur terminus formandi ſuas, ſi quas habere poteſt, defenſiones, contra probationes & proprias confeſſiones, cur ſcilicet ex iis non debeat condemnari, *arg. l. deſertionem, 3. ff. de re milit. & per illum text. ita concludit* Proſper. Farinac. *in Practic. crimin, quæſt 39 n. 3. adducens* Salicet *in l 2. poſt. n. 7. C. de cuſtod. reorum, dicentem,* Quod † reus ſponte 389
confeſſus carceribus mancipetur, aſſignato ſibi termino ad allegandum, quare ex confeſſione ſua ita condemnari non debeat, ubi aſſerit hanc eſſe totius mundi Practicam. Et hanc eſſe certam juris concluſionem, *teſtatur* Jul. Clar. *lib. 5. Sent. §. fin. quæſt. 49. n. 13. addens ex* Marian. *in cap. qualiter & quando n. 232. de accuſat. ita ſervari ex communi obſervantia & q. 55. n. 9. & ſeqq.* Grammatic. *conſil. 69. n. 1. in fin. & ſeqq.* Gomez *de Delict. cap. 13. n. 3.* Etiam † in graviſſimis criminibus ut 390
læſæ Majeſtatis divinæ & humanæ Gig. *de Crimin. laeſ. Majeſt. lib. 1. tit. qualiter. in crim. laeſ. Majeſt proced.* Decian. *in tract. Crimin: lib. 7. c. n. 11.* Cacher. *Deciſ. Pedemond. 79 n. 12. & ſeqq.* Boſſ. *in tit. de Hæretic. n. 9.* Roland. à Vall. *conſil. 12. n. 61. vol. 3.* Paul. Pariſ. *conſil. 2. n. 159. & ſeqq lib. 4.* Et iſte † terminus defenſiones reo dan- 391
dus,

dus, etiamſi ab eo non petatur, Clar. *d. quæſt. 49. nu. 13. in fin. & dicit communem* Boſſ. *in tit. de Confeſſ. nu. 10.* Foller. *in Practic. crimin. in verb. & ſi confitebuntur part. 1. & part. 3. nu. 64. quem & alios ad hoc allegat & ſequitur* Proſp. Farinac. *d.*
292 *quæſt. 39. n. 35. ubi ex* Angel. *dicit,* Practicam † eſſe omnium Criminaliſtarum, quod terminus prædictus reo confeſſo detur, ſive petatur ſive non. Eſtq; ratio:
393 quia † reus contra propriam confeſſionem multa allegare poteſt, errorem videlicet, ætatem, furorem, &c. cum ſimilibus, ex quibus ſuadentibus ita facti circumſtantiis, vel à pœna abſolvendus vel etiam mitius puniendus veniret, Grammat. *conſ. 16. & Conſil. 69. n. 1. in fin.* Clar. §. *fin. quæſt. 55. & quæſt. 65. in princ. & ita multorum auctoritate conſuluit* Proſp. Farinac. *1. conſil. 16. n. 15. & 16. ubi dicit,* Spontè confeſſum revocare poſſe confeſſionem contrarium probando: quia ad probandam innocentiam defenſiones ſemper admittuntur, ne fortè contingat innocentem damnari, *per allegat ibi. & Conſil. 103. n. 2. & ſeqq.* Jam verò ex actis tranſmiſſis non apparet, ullum puellæ noſtræ terminum datum, deducendi ſuæ defenſiones; ſed prælectis in judicio confeſſionibus extrajudicialibus, & in primo actu judiciali publico, ſtatim publicatam fuiſſe ſententiam capitalem, ac non obſtante, quod tàm ipſa, quàm pater ejuſdem delator terminum & dilationem communem Sächſiſche Friſt petierint, executionem maturatam & perfectam fuiſſe. Quod ipſum vel ſanioribus gentilibus ſatis in humanum viſum fuiſſe, atte-
394 ſtatur † Feſtus, qui Judæis, damnationem Pauli ſubitam urgentibus, reſpondit: non eſſe Romanis conſuetudinem reum condemnare, antequam ei detur terminus defendendi & abluendi crimina. Actor. *cap. 25. v. 16.*

Certum autem eſt, ſi puellæ datus fuiſſet terminus, eam, adhibito prudentum conſilio, multa contra confeſſiones iſtas deducere potuiſſe, videlicet quod
395 fuerint erroneæ, † adeoque revocabiles, *per tradita* Surd. *conſil. 311. n. 72.* Matth. de Afflict. *Deciſ. 44. n. 2. 3.* Farinac. 1. *conſil. 13. n. 10.* Clar. § *fin. d. q. 55. in fin.* (prout emergens poſtea veritas rei & evidentia in multis id demonſtravit, ideoque fa-
396 cilè iſte error data defenſione, probari potuiſſet) veluti ad ſuggeſtionem †
397 effuſæ, Scacc. *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 7.* Johan. Godelm. *de Mag. & Venefic. lib. 3.*
398 *c. 9. n. 16.* Ætatis † & ſexus inconſulta facilitate præcipitatæ: Matth. de Affl. *Deciſ.*
399 208. Roland. à Vall. *conſil. 31. n. 8. tit. 1.* Sine curatore † & defenſore factæ, *l. clarum, & ibi gloſ.* Bald. & alii *C. de Authorit. præſtand.* Quod † Diabolus per eam tanquam obſeſſam multa fuerit ſæpe locutus, Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 5.*
400 *cap. 37. n. 57. ibi: Etſi Dæmonibus vexetur, quia ſimilis talis cenſetur furioſo.* Item † quod confeſſiones iſtæ eſſent variæ, contrariæ, adeoq; incertæ, non concludentes, quæ non nocent, *l. qui falſa vel varia, ff. de teſtib. l. teſtium,* §. 1. *ff. eod.* Farinac. *conſil. n. 15. cum ſimilibus.* Et hæc ſanè Nullitas ex parte Dominorum Judicum
401 planè videtur inſanabilis: Quia talis terminus defenſionis, non poſſet denegari † à Judice, habente quodcunque liberum & abſolutum arbitrium, *gloſ. in clement. paſtoralis,* § *pen. in verb; licuerit, de re Jud.* Marſil. *in Pract. Crim.* §. *conſtante, n. 26.*

Menoch.

Digitized by Google

Menoch.1.*arbitr.77.nu.1. & ſeqq.quos ad hoc allegat & ſequitur* Fariñac.*d.conſil.*
103.n.4.6.7. Adeò † ut ne quidem aliud ſtatuti vel conſuetudinis alicujus prætextu 402
defendi poſſet: Cum nec per ſummum Principem contrarium induci queat, *per*
tradita Farinac.*conſil.16.n.18.* Matth.de Afflict. *Deciſ.39.* Imò cum iſte terminus
† præparandæ defenſionis jure nitatur divino, de conſuetudine vel ſtylo aliud 403
induci non poſſet Rot.Roman.*de Conſued.deciſ.6.num.3.in antiqu.* Burſat.*conſil.*
201.n.70.verſ.quod procedit. lib.2.

Octavò evidens emergit nullitas erca modum interrogandi & examinandi Conſtat enim ex Protocollo & actis, puellam iſtam ad nudam Patris & novercæ delationem, de Domina vidua, ejusque filia non ſolum in Individuo, nullâ tamen præcedente diffamatione & indiciis, ſed etiam de omnibus circumſtantiis
in delationis capitulis expreſſis, interrogatam, † quod jure communi & Ca- 404
rolinis conſtitutionibus expreſsè reperitur prohibitum, *l.1.§. qui quæſtionem, ff.de quæſt. Conſtit. Crimin.* Caroli V.*tit.* Keinem gefangenem die Umbſtände der Miſſethat vorzuhalten; Sondern jhn die gantze von ſich ſelbſt ſagen zulaſſen/ꝛc. *Junct.art.ſeq.56.ibi.* Wann den Gefangenen in annehmen oder fragen/ dieſelbe Umbſtände der Miſſethat vorgeſagt/vnd darauff gefraget werden: *Junct.*
art.31.faciunt tradita Sccac.*de Iudic.lib.1.cap.86.n.7.8.ubi dicit,* Talem † inter- 405
rogandi modum eſſe leonem ſuggeſtionis, ideoque monet, ut ab eo omnes Judices abſtineant. Et hic repetenda, quæ deduximus *ſuprà in Reſolut.2.quæſtion. ſub 7.decidendi ratione poſt.n.247.* Et ex hac interrogandi Nullitate evidenti orta fuit Dominæ viduæ ejusque filiæ diffamatio, quam judex prudens examinando ſecundum juris ordinem præcavere potuiſſet & debuiſſet.

Nonò Conſtitutiones Criminales CAROLI V. non ſolum præmiſſum jam procedendi ordinem, ut videlicet reus porrecto libello excuſetur, lis conteſtetur, à reo reſpondeatur, eique terminus præparandæ defenſionis concedatur,
comprobant; ſed etiam expreſsè ſanciunt, † quod agitato hinc inde proceſſu 406
ad ſententiam judicialiter ſubmittatur & concludatur, *art.92.ſub rubr.* Wie die Richter vnd Schöpffen/oder Urtheiler nach beyder Theyl/ vnd allem Fürbringen/auch endlichen Beſchluß die Urtheyl faſſen/ꝛc. Et hanc † practicam con- 407
cludendi in cauſa criminali per totam fere Germaniam obſervari, *teſtatur* Ludovic.Gilhauſ.*in tract. Crimin.cap.5.ram.6.nu.2.* Et quamvis concluſio in cauſis civilibus non ſit de ſubſtantia judicii, *per tradita* Marant.*part.4. diſtinct.* Joh.
Meichſner.*Deciſ.camer.6.n.* 80. Tamen, † quia Carolina conſtitutio illam ex- 407
preſsè in criminalibus exigit, omitti ſine Nullitate non poteſt. Et quod in Camera nulla ne quidem interlocutoria publicetur ſententia, niſi cauſa concluſa per partes, vel judice acceptante eam pro concluſa, *teſtantur* Geil. *obſerv.* 107.
numero 2. Joachim.Mynſing.3.*obſerv.* 17. Quamvis iſta † concluſio reum non 409
ita conſtringat, quin defenſiones novas poſt cauſæ concluſionem formare & producere poſſit, *ut declarat* Andr.Geil.*d.obſerv.107.num.11.* Marant.*alleg.loc.*

Digitized by Google

At in præſenti facti ſpecie ſicut de legitimo proceſſus initio, vel medio, ita nec de concluſione apparet.

Decimò deveniendo ad ipſam ſententiæ definitivæ contra puellam iſtam publicationem, dubium non eſt, eam omnibus, quæ jam enumeratæ ſunt, Nul-
410 litatibus affectam, † adeoque quæ in publicatione ejuſdem principaliter vel in conſequentiam facta ſunt, eodem morbo laborare, *l.1.§.ult.ibi quoniam pro nullo hoc habetur, nec ulla eſt ſententia ff.quod quisq; jur.l.4.§.condemnatum.ff.de re jud. l.ult.ibi.nec nomen quidem ſententiæ habere meretur, C.de ſentent. ex brevic.recitand.* Clement. Paſtoralis *ſub fin.de re jud.* Fac. *Conſtit. Crim.* Caroli V. *art.93.rubr.* Darauff ſollen Vrtheil-Sprecher / *& in ipſo artic. 93. ibi.* Auff alles Gerichtlich einbringen vnd Handlung / *& art.94.ibi.* Auff obgemelten beſchluß / ꝛc. Ergò ubi iſta non præceſſerunt ſententiam, quæ ordinatio præcedere vult, illa utiq; nulla
411 erit. Quando enim ſententia † ejusque publicatio ex actis juſtificari non poteſt, notoriè nulla & injuſta cenſetur. Paul. Paris. *conſil.* 107. *nu.11.lib.4.* Gabriel. *conſil.* 207. *num.5.& ſeqq.* & *Conſil.167.nu.*60. Berthazol. *conſil. Crimin.* 79. *n.2.* Afflict. *Deciſ. Neap.* 182. *n.3.& ſeqq.* Farinac. *1.conſil.86.n.63.* & *2.Conſil 142.n.1.*

Undecimò conſiderando ipſum tenorem ſententiæ, ejusque executionem, illa perpenſis diligenter præſentis facti circumſtantiis, nimis videtur rigida & in ſeveritate exceſſiva. Nam I. *Sancitum eſt in Conſt.Crimin.* Caroli V. *art.109.*
412 Quod † Sagæ, tunc demum ultimo & quidem ignis ſupplicio ſint afficiendæ, ſi hominibus per veneficia damna dederunt: *Textus ita habet:* So jemand den Leuten durch Zauberey / Schaden oder Nachtheil zufüget / ſoll man ihn ſtraffen von Leben zum Todt / vnd man ſoll ſolche Straff mit dem Fewer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht / vnd damit niemand Schaden gethan hett / ſoll er ſonſt geſtrafft werden nach gelegenheit der Sachen ꝛc. Ab hac non diſ-
413 crepat jus † commune, quod non ſimpliciter propterea maleficas ſeu Sagas ultimo ſupplicio punit, quod cum Diabolo pactum fecerint, ſed quia naturæ humanæ humanoque generi inimici multa damna adferant, *ut in l.1. & in l. nemo aruſpicem, 5. ibi. quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, &c. & in l.7.ibi.humani generis inimici, &c. C.de malefic. & Mathemat.* Ex quib⁹
414 † conſtat damnum hominibus datum potius quam defectionem à cultu Dei ab Imp. pconſideratum, *idq; apertiùs l. eorum eſt ſcientia, 4. C.eod. evincitur.* Ideoque certum eſt jus civile hoc potiſſimum ſpectare, an damnum hominibus per ſagas datum ſit, ad hoc ut ultimo ſupplicio afficiatur. *Et teſtatur* Clar. *in §. Hæreſis ſub n. 25 pœnam mortis hoc caſu hodie non eſſe in uſu.* Et faciunt tradita Farinac. *qu. 20. n. 71. & mult ſeqq.* ubi diſtinctè per multas declarationes & limitationes hanc rem explicat. Menoch. 2. *Arbitr. caſ.388.n.1.& 16.* ubi arbitrariam dicit pœnam ſortilegii, & refert Platonem ad prædictum modum jam olim diſtinxiſſe, Dialogus
415 11. de legibus. Joh. Godelman. *de Magis & Venefic. lib.3.c.11.n.32.* Ubi, † quod ſi Magi neminem veneficiis læſerint, & tantùm fateantur, ſe contractum cum

Dæmone

Digitized by Google

Dæmone iniiſſe, pœna extraordinariâ, ut fuſtigatione, relegatione, mulctâ pe-
cuniariâ reſipiſcentes puniri poſſe, idq; firmat *per text. in d. art.* 109. *Crim. Conſt.*
Caroli V. *adducens ibid. n.* 33. Ita judicatum, ut in tali caſu ad fuſtigationem & re-
legationem Saga condemnata fuerit. Joh. Fichard. *conſil.* 111. *nu.* 2. *verſ.* So viel
dann belanget/ *&c. Ubi ita ſcribit*: Dieweil dann dieſelbe Perſon ſonſt kein Zaube-
rey getrieben / noch Schaden gethan/noch etwas anders gehandelt / dann daß
ſie ein mal oder zwey mit zum Tantze geführet worden/vnd mit dem Böſen jhres
bedünckens gemeinſamet / (quod tamen noſtra puella conſtanter negavit,)
ſie vñ aber jhr ſolches alles leydt ſein leſſet/vnd ſich wieder zu Gott bekehret/ſo wü-
ſte ich dieſelbe nicht allein in den andern gleich zum Fewer nicht zu Verdammen/ſon-
dern auch mit keiner Leibes ſtraff zubelegen. Hactenus Fichard. ubi tandem in
iſto caſu concludit ad relegationem, † in eamque ſententiam deſcendere ſo- 416
lere ſupremum Sabaudiæ Senatum, *teſtatur* Anton Fab. *in C. rer. in Sabaud. Iu-
dic. li.* 9. *tit* 12 *defin.* 1. *n.* 3. & *defin.* 2. *n.* 5. & *ſeqq.* Laurent. Kirchov. *inter varia Ger-
man. Conſil.* 12. *n.* 9. *tom.* 2. Ubi pariter intelligit Conſtitut. Carolin. ut altero caſu
non pœna mortis, ſed relegatio vel alia extraordinaria pœna imponatur. Et ita † 417
etiam de conſuetudine rigoroſam mortis pœnam tali caſu non ſervari, *ſcribit*
Proſp. Farinac. *in Pract. crim. q.* 20. *n.* 89. Atqui ex actis conſtat, puellam noſtram
nullum hominibus damnum veneficiis & arte Magicâ dediſſe, neque cum Dia-
bolo rem habuiſſe. Ideoque ſvigore Conſtitutionis Carolinæ non ultimo ſup-
plicio; ſed aliâ extraordinaria pœna puniendam fuiſſe. Et licet initio de equo
& gallo gallinaceo quædam narraverit, poſtea tamen idipſum revocavit, neque
unquam judicialiter ratificavit: Neque etiam ex actis conſtat judicem in corpus
delicti, prout tali caſu jubet Conſtitutio Carolina inquiſiviſſe. Quoties autem
lex † ex aliqua cauſa certo caſu pœnam ordinariam arbitrio judicis mitigari vult, 418
non poteſt imponi capitalis, *L. qui ædes, ff. de incend. ruin. naufr.* Aretin. *in tract.
Malefic. in gloſſ. ſcienter & doloſe col.* 5. Marian. Socin. *in cap. inquiſit. in pr. de ac-
cuſat.* Berthazol. *Conſil. crim.* 118. *n.* 3. Marant. *Diſp.* 3. *n.* 18. Menoch. *l. Arbitrar.
caſ.* 86. *n.* 3. *Iunct. n.* 5. Rolland. à Vall. *conſil.* 51. *n.* 40. *vol.* 1. *per text. in d. l. qui ædes.*
Atqui Carolina † Conſtitutio *d. artic.* 109. iſto caſu, quando hominibus per ve- 419
neficium nullum fuit damnum datum, ſancit, pœnam ultimi ſupplicii & quidem
ignis non eſſe infligendam, ſed ex arbitrio moderandam, quod ſatis ex ipſis ver-
bis *d. art.* apparet. Nam primò præmittit caſum, quo per veneficium hominibus
damnum datum fuit, & tunc ſtatuit pœnam ultimi ſupplicii: Deinde ſubjun-
git alterum caſum per dictionem adverſativam: Wo aber jemands Zauberey
gebraucht / vnd damit niemand Schaden gethan hette / ſoll ſonſt geſtrafft wer-
den nach gelegenheit der Sachen. Quæ dictio Sonſt/ † hoc eſt, aliter, ſatis 420
innuit in poſteriori caſu Sagam vel veneficam alia, quàm ultimi ſupplicii pœna
plectendam, illamque expreſsè tali caſu prohibitam eſſe. Eſt enim dictio iſta,
Sonſt/ adverſativa, ſui naturâ diverſum à priori inferens, & aliam à præcedente

Digitized by Google

caſu diſpoſitionem arguens, *ut notavit* Gylman *in Symphorem.tom.4.part.1.vol. 14.n.204.vol.109.uti eum allegat.* Paul, Matth. Wehner. *in Pract.obſ.verb.* Sonſten. Et licet non deſint magni nominis JCti & ſcriptores alii, qui hoc etiam caſu mortis pœnam propter ſolum pactum Sagarum cum Diabolo dictent: tamen nec allegati auctores poſtremæ ſunt exiſtimationis, & Conſtitutiones Carolinæ 11. textus illis multum adſtipulatur. Quamvis etiam omninò expeditum, & ſine controverſia eſſet, quod noſtro caſu, capitalem pœnam lex ſtatuiſſet, quam tamen non expreſsè ſtatuit, judicem ad mitigationem flectere debuiſſet, quod

421 puella noſtra à patre † & noverca delata, & judici ad pœnam oblata fuerit, quo caſu legibus ita cavetur. quod ſi pater, filium præſidi offerat, de capitali crimine accuſatum vel inquiſitum, non debere præſidem filium ultimo ſupplicio damnare, & ſic non ordinariâ pœnâ, ſed mitiori, additâ ratione, ne ſcilicet, patrem faciat miniſtrum impietatis, in ſanguinem filii, *ut eſt text. in l. milites, §. deſertorem. & ibi gl. ff. de re milit. Et ſic per illum text. infert* Salicet. *in l. propter inſidias, C. qui accuſar. poſſ.* Felin. *in cap. accuſaſti, n. 13 ff. de accuſat.* Marſil. *in l. 1. §. ad quæſtionem, n. 16. ff. de quæſtion.* Tiber. Decian. *in tract. Crimin. lib. 13. c. 13.* Tyraquell. *tract. de Pœn. leg. cauſ. 18.* Cravett. *conſil. 309. n. 3.* Menoch. 3. *Arbitr. caſ. 347. per tot.* Scipio Gentil. *de bon. matern. cap. 2. pag.* 8.

422 Et hoc etiam in † atrociſſimo læſæ Majeſtatis crimine in caſu quodam conſuluiſſe & obtinuiſſe, Paul. de Caſtr. *teſtatur, Capoll. cautel. 1. ubi refert. caſum:* Filium quendam Comitis Palatini, cōmiſiſſe crimen læſæ Majeſtatis, patrem propriâ auctoritate ipſum præſentaſſe Imperatori: dubitatum fuiſſe nunquid eſſet decapitandus, & conſuluit Paul. de Caſtr. quod non, per textum modò allegatum: Imperitorem verò voluiſſe videre ipſum textum, quo viſo eum liberaſſe à pœna mortis, relegando per decennium, *uti refert ipſe* Caſtr. *in d. l. propter inſidias, C. qui accuſar. non poſſ.* Et licet allegata lex loquatur de deſertoribus militiæ, tamen ratio ibidem expreſſa generalis eſt videlicet ne Judex patrem faciat miniſtrū impietatis, in ſanguinē filii quæ utiq; in omnibus aliis criminibus capitalibus locū habet. Ideoq; allegati modo Dd. textū illū ita generaliter intelligunt.

423 Et propterea † Lex non adeò facilè, etiam in crimine inſidiarum paratarum, licentiam parenti concedit accuſandi filium, quin potiùs eum moneat pietatis naturalis, *dum in d. l. propter inſidias, C. qui accuſar. non poſſ.* inquit, modò pietas & ratio naturalis, animi tui intentionem non revocet, quaſi diceret: licet civilis lex hoc tibi patri permittat, memento tamen ab eo abhorrere jus ſanguinis & naturæ, cum patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate conſiſtat, *ut eſt text. in l. Divus, in fin. ff. ad l. Pompei, de parricid.*

424 Et ideò, inquit Papinianus † patri, & non marito, mulierem & adulterum deprehenſum, permiſſum eſt occidere, additâ ratione: qui plerumque pietas paterni nominis optimum pro liberis conſilium capit, *l. nec in ea, §. ult. ff. de*

425 *adult*, Et † nullus affectus vincit paternum, *text. in l. fin. C. de curat. furioſ.*

Idque

Idq́; non ſolùm obtinet † in liberis probis & piis, ſed etiam improbis,uti 426
apparet ab exemplo Davidis viri juſti & ſecundum cor Dei, qui, licet Abſolon filius cum pellicibus ejus fœdè concubuiſſet, Ammon fratrẽ occidiſſet,ipſumq; Davidem regno pellere conabatur, & hæc omnia patri nota eſſent:attamen auditâ ejus morte,veſtes laceravit & exclamavit: Fili mi Abſolon,Abſolon fili mi, quis mihi tribuat,ut ego moriar pro te,2.Reg.*cap.*18. Quod & aliis quàm plurimis Sacræ & profanæ hiſtoriæ exemplis,ſi opus eſſet,firmari poſſet.

Eſt enim † pater & filius(ſeu filia)eadem penè perſona,*l.fin. C.de impub.&* 427
ali.ſubſtitut. Et † eadem caro,*c.contradicimus*, §. *hac auctoritate,35.q.3.* adeò ut 428
in liberis † corpus parentis periclitari cenſeatur,*§.fin.inſtit.de noxal. act. Et ideò* 429
inquit gloſſ.& poſt eam Angel.*in l.ſquidam cum filium,ff.de hered.inſtit.* Nec † li- 430
beri ullum meliorem amicum habere poſſint,Bald.*in c.per tuas, col.2. de probat.*

Cùm itaq; pater iſte, puellam filiam ſuam apud Judicem detulerit, & ad puniendum obtulerit, cenſendum non eſt, cum adeò paterni nominis & ſanguinis oblitum.eâ intentione id feciſſe, ut mortis pœnâ afficeretur; Quis enim
carnem † ſuam ita odit,ut eum lanienæ offerat, & ſui deſtructionem appetat? 431
Idque etiam inde ſatis apparet, quòd publicatâ in filiam capitis ſententiâ, dilationem inſtanter petierit, & ab ea quaſi provocarit, ſed fruſtra, contra tamen humanitatem & juris benignitatem. Et quamvis initio filiam, pietatis & paterni ſanguinis quodammodo oblitus, crudeliter ſatis ad pœnam obtulerit, unâ
cum noverca, debuiſſet tamen prudens & humanus Judex conſiderare † pa- 432
tri,novercalibus delenimentis, inſtigationibúſve corrupto, malignè circa ſanguinem ſuum judicium & injuriam inferenti conſentiendum non eſſe, *ut monet text.ad liter.in l.non eſt,4.ff.de in offic. teſtam.*

Siquidem † pater,quoties contra liberos neglecto pietatis officio, ali- 433
quid facit,perinde id æſtimandum, quaſi non ſanæ mentis fuerit, *inquit* Marcianus JC.*in l.hoc calore.2.ff.eod.tit.* Et patrem † id facientem,morbum in cere- 434
bro & rationis defectum habere,*dicit* Bald.*in Auth.ex cauſa,col.7.n.26.verſ.ſecundo accipio,C.de liber.præterit.*Socin.Jun.*conſil.59.n.13. vol.3.*

Ex quibus apparet, † Novercas eò parentes contra liberos inſtigationi- 435
bus ſuis perducere poſſe, ut furioſis ſimiles exiſtant, ac ſanguinis & pietatis jura negligant. Indeq́; noverca † præſumitur inimica privignis, Tiber. Decian. 436
in tract. crim.lib.3 cap.25.n.83. Et quicquid † pater facit contra liberos habentes 437
novercas, id feciſſe præſumitur novercalibus perſuaſionibus corruptus, *uti docent* Bald.Angel.Caſtrenſ.*& alii in d.l.hoc colore,ff.de inoffic.*Bertrand. *conſil. 22. n.4.vol.3.*Herman.Vult.*conſil.Marp.29.n.89. vol.1.* Unde non inconvenienter
nominis potiùs alluſione,quàm derivatione, † novercam quaſi nocentem arcũ 438
dictam putavit Accurſ *in § ſocrum,inſtit.de Nup.& gl.in c. paſtoralis,in verb principia de re Iudic.* Solent,inquit, † novercæ in privignos ſævire.Inde & illud pro- 439
verbium: † *Odium novercale*:propterea,quod novercis omnibus innatum ſit fa- 440

Digitized by Google

tale quoddam & implacabile odium adverſus privignos, ut explicat Eraſmus Roterodam. *in adag.* Chiliad. *2. cent. 2. adag. 95. Iuxta illud* Euripid. *in Alceſtid.*

Hoſtis, noverca eſt, ante natis liberis
Nihiloq; mitior nocente viperâ.

Hinc Ovidius *lib. 1. Metamorphoſ.*

Lurida terribiles miſcent aconita novercæ.

441 Ac propterea jura ſuadent † liberos apud novercas educari non debere, *l. 1. C. ubi pupill. educ. deb.* Aretin. *in l. ſi diſceptetur, ff. eod. tit.* Quod & Virgilius *Eclog. 9. innuit ſub perſona privigni dicens:*

Eſt mihi namq; domi pater, eſt injuſta noverca.

Cùm itaque hiſce non attentis, puella à patre novercalibus delenimentis corrupto, ad puniendum oblata, ultimo ſupplicio affecta ſit, Judex loci, cum impietatis miniſtrum, in ſanguinem filiæ jam ante per obſeſſionem Diabolicam ſatis afflictæ, & ita majori commiſeratione dignæ, fecit, *per text. in d. l. milites, §. deſertorem, ff. de re militar.*

442 III. Mitigationem † cæteris paribus, ſuadere ſolet & ſexus qualitas, propter infirmitatem & lubricum conſilii, indeque plerumq; fæminæ contra propria cenſentur laborare commoda, *l. 2. §. verba ff. ad SC. Vellejan. l. ſi mulier, C.*
443 *eod.* Lang. *de except. part. 3. cap 9. n. 1.* Quare † mulier à mollitie mentis dicitur *per*
444 *text. in c. quod propoſuiſti, 32. q. 7.* Et conſtat ex † creationis hiſtoria Diabolum in forma ſerpentis non virum, ſed mulierem tanquam ſimpliciorem, & ad lapſum procliviorem prius aggreſſum fuiſſe, Geneſ. *ca. 3. v. 1. Ibidemq;* Parc. *in comment.*
445 *fac text. in c. indignantur, 32. q. 6.* Ideoq; huic ſexui, † quem Petrus vas fragile ap-
446 pellat, magis eſſe condolendum, † etiam quoad mitigandam pœnarum aſperitatem, tàm Canoniſtæ, quàm Legiſtæ communiter concludunt, *text. in cap. ſicut dignum, 6. extr. de homicid.* Ubi Alexand. 3. Papa. *Exonienſi Epiſcopo ita reſcribit:*
447 Sanè cum † vir diſcretus exiſtas, pleniùs noſti, quòd in delictis non ſolùm quantitas & qualitas delicti, ſed *ætas, ſcientia, Sexus*, atq; conditio in delinquentibus ſint attendenda, *gloſ. ibid. in verb. ſexus, text. in l. Sacrilegii pœnam. 6. in pr. ibi pro conditione, ſexus vel ſeveriùs vel clementiùs ſtatuere. ff. ad L. Iul. peculat. l. 38. §. 1. 2. 3. ff. ad L. Iul. de adult.* Tiber. Decian. *li. 5. c. 38. n. 62.* Andr. Geil. *1. de pac. publ. ca. 1. nu* 7. Petr. Laiman. *de Sagis, q. 1.* Hinc Virgilius *lib. 2. Æneid.*

——— Nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt.

448 IV. Humaniorem ſententiam ſuadere debuiſſet puellæ hujus † ætas minor, cum 17. ętatis annum vix egreſſa fuerit. Nam licet minor ętas in delictis non in totum à pœna excuſet, tamen interdum miſeratio ætatis Judicem ad mediocrem pœnam perducere ſolet, *dicit text. in l. auxilium, §. 1. ff. de minoribus. text. in l. Sacrilegii pœnā, in pr. ibi. pro conditione ætatis vel ſeveriùs, vel clementiùs ſtatuere ff. ad L. Iul. peculat. text. in c. ſicut dignū, verb. ſed ætas attendenda, extr. de homicid.*

Et

Et † Claudiæ, fratres Impp. propter ætatem crimen inceſtus remiſiſſe *di-* 449
cit JC. *in l.38.§. fratres l. aut facta, §. perſona, ibi: in ejus rei cõſideratione ætatis quoque ratio habeatur. ff. de pœn. fere* 108. *ff. de reg. Iur.* Ubi JC. Paulus, Ferè, inquit in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur, Dec. *add. l. fere, n.3.* Angel. Aretin. *in tract. de maleſic. in verb. ſcienter, doloſè, n.12.* Ubi ſic ait: Cautus debet eſſe Judex, in quo minor ex delicto tenetur, quòd mitiùs agat cum eo, cum majore. Unde magis communiter concludunt *Dd.* quòd quando † propter 450
delictum venit imponenda pœna mortis, habita ætatis ratione, regulariter Judicem devenire non poſſe ad decapitationem, ſed aliam extraordinariam pœnam imponere debere, *per ea quæ tradit* Berthazol. *conſil. crimin.* 118. *n.1. &* 2. Ubi ita plures. & pluribus locis fuiſſe judicatum, *aſſerit* Roland. à Valle *conſil* 51. *vol.1. n. 40. & ſeqq. & conſil. 77. n.6. & ſeqq. vol.3. Ubi 24. adductis argumentis & rationibus hanc firmat ſententiam.* Grammat. *deciſ.23. n.12.* Ubi refert ita ſervatum fuiſſe, per conſilium Neapolitan. uti eum allegat & ſequitur Clar. *in §. in fin. q. 60. ſub n.3.* Addens ita *Dd.* tenere frequentiori calculo. Proſp. Farinac. 2. *conſil.* 187. *num. 6. & nn.10. & in pract. crimin. quæſt.92.* Vincent. Honded. *conſil.* 104. *n.35. vol.1.* Tyraquell. *de pœn. temperand. cauſ.7. per tot. Ubi n.5.* inter alias † hanc adducit rationem, quod adoleſcentia ſuapte quaſi naturâ ſit irramentum vitiorum & levitatis, ideò ſi peccet adoleſcens vel adoleſcentia, magis id aſcribendum ætatis vitio, quàm pertinaci malitiæ & improbitati, cum nondum ætati iſti plenum ſit rationis judicium atque conſilium. Idque non ſolùm in malæ, ſed etiam in bonæ indolis adoleſcentibus obtinere, oſtendit Regius propheta dicens de ſe: *Delicta Juventutis meæ ne memineris Domine,* Pſal. 25. *v.7.* Et Jobus vir juſtus exclamat: *Et conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.* Job *cap.13. verſ.26.* Et teſtatur Horatius de ſe, Ode 16. *carm. lib.* 451

——— me quoq;
tentavit in dulci Iuventa,
fervor, & in celeres Iambos
miſit furentem.

Indeque † multi in prima ætate turpes & omnium judicio damnati, poſtmodum tamen laudabiles extiterunt, *teſte* Lactant. *de ira Dei, c.22.* Et quamvis multi *Dd*, variè hac de re ſentiunt, eò tamen ferè omnes collimant, propter prædicta jura & rationes, † minori quidem in delictis non ſuccurri, ut ſcilicet reſtituatur omninò, ne pœnâ aliquâ plectatur, ſed verè puniendum eſſe, ſed mitiùs, capitali pœna regulariter in aliam commutatâ. *Quam etiam defendit* Weſenbec. *in Paratitl. n.26. ff. ad L. Cornel. de ſicar. Ubi urget ration.* Angel. & Bald. quòd videlicet in minori, quamvis pubere non ſit tantus dolus, quantus in majore. Ideoque nec eadem pœna. Quo etiam collimat conſtitutio Crimin. Carol. V. artic. 179. ubi ætatis, maximè in infligendis pœnis rationem habendam eſſe ſancit, ita ut nõ ordinaria, ſed Judicis prudentis arbitrio plectatur, quod arbitrium ad mortem 452 453

non

non facile extendi debere, *teſtatur* Weſenbec. *d. modo, loc.* Menoch. *1. Arbitr. caſ. 86.* Imò ne quidem poſſe hoc caſu multis firmat Barthazol. *conſil. crimin. 378. n. 6. 7.* Roland. à Velle *d. conſil. 51. n. 40. & ſeqq.*

Hiſce V. accedit, quod puella noſtra matre in tenera infantia orbata malis & improbis vetulis à patre educanda fuerit tradita, à quibus ſi verum eſt, quod
454 narravit, anno ætatis ſuæ quinto Diabolo aſſociata fuit. Quę occaſio † pravæ educationis & ſeductionis in ipſa prima infantia à prudente judice non parum atten-
455 denda. *arg. cap. dixit* Apoſtolus *26. q. 3.* Et certum eſt in illam † ætatem quinquennii neq; dolum neq; pœnam cadere, cum ejuſmodi infantes quinquennes reverâ, quid agunt non intelligant, nec multum à furioſis diſtent, *inquit* Juſtin. Imper. *in §. furioſus inſtit, de inutil. ſtip. l. ſed & ſi. 5. §. pen. ff. ad L. Aquil. & in l. 3. §. 1. de ſe-*
456 *pulchr.* Hinc Modeſtin. † Infantem cum furioſo comparans, in delictis, dicit, quod alterum innocentia conſilii tueatur, alterum fati infelicitas. *in l, infans, 12. ff. ad L. cornel. de ſicar. fac. l. infans, 60. ff. de rei vindic.* Clar. *§. fin. quaſt. 60. nu. 2.* Covar. *in relect. clement. ſi furioſus. part. 3. n. 1. & 5. de homicid.* Andr. Geil. *2. obſerv. 110. n. 20. 21. & ſeqq.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 325. n. 2. & ſeqq, & caſ. 329. n. 2. & ſeqq.*

Cum itaque ex actis appareat, puellam noſtram ex ea tantùm & non alia cauſa, capite mulctatam, quaſi ex propria confeſſione pactum cum Diabolo ha-
457 buerit, † illud vero quinto ætatis ſuæ anno inierit, non potuit ulla pœna propterea de jure, nedum capitis, poſtea adultior, nondum tamen major effecta puniri. *Vt tradit* Marſil. *in d. l. Infans. col. 2. quem allegat* Tyraquell. *de Pœn. temperand. d. cauſ. 1. n. 8.*

458 Cum ut in omnibus aliis rebus ita vel maximè in † delictis initium ſit ſpectandum & occaſio per jura vulgata. Quin imò de iſto pacto expreſsè nihil depoſuit, ſed hoc dixit, Sie ſey vngefehr fünff Jahr alt geweſen/ wie N. jhres Vettern alte Magd jhr den Teuffel gebeten/ daß er ſie ſolte wahren/ vnd nachlauffen/ vnd ſie ſolte jhn wieder wahren. Item ſie N. hette anfangs nicht geſagt/ daß er der böſe Feind/ ſondern einer auß jhrer Freündſchafft were. *Protocoll. de 23. die Ianuar.* Unde conſtat puellam ab initio non ſolùm propter infantiæ ætatem ſed etiam
459 errorem non conſenſiſſe. Nihil † enim magis conſenſui contrarium quam error: Ideoq; non conſentiunt qui errant, *text. in l. ſi quis per errorem, ff. de Iuriſd.*
460 Pactum † autem ſine conſenſu dari non poteſt, *l. 1. §. 2. 3. ff. de pact.*

461 Et quamvis contra hoc replicari poſſit, † puellam noſtram poſteà puberem factam Bremæ pactum hoc, ſi vera eſt ejus confeſſio, renovaſſe, & alia ſolennia præſtitiſſe: tamen hîc maximoperè conſiderandum, quod antequam Bremam venerit, à Diabolo fuerit corporaliter obſeſſa, & pro tali non ſolum à miniſterio, ſed omnibus vulgò habita. Deinde pariter ex actis apparet, Diabolum eam tanquam obſeſſam corporaliter in loco N. aſſumpſiſſe & per aërem hinc inde vexiſſe, & cum eam ita ſolam detinuerit, majorem utique poteſtatem nactus fuit eam decipiendi, & ad pactum tale, ſi verum eſt quod dixit, inducendi.

cendi. Notum enim eſt ex † hiſtoria ſacra, Diabolum homines in ſolitudine 462
exiſtentes maximoperè tentare, & laqueis ſuis involvere. Loth. † cum ſolus 463
erat cum filiabus, perduxit eum Diabolus ad ad inceſtum, Geneſ. 19. Cum † filii 464
Jacobi ſoli erant, vendiderunt fratrem ſuum JOSEPHUM, Geneſ. 37. Quin
imò hanc occaſionem arripuit Diabolus † Salvatorem noſtrum in deſerto ſo- 465
lum verſantem tentandi, & ad defectionem inducendi, Matth 4. Unde Eccle-
ſiaſtes † væ homini ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe, Eccleſ. 466
cap. 4. *v.* 10. Ideoque ſi ut narravit, iſthac occaſione puella noſtra ad renovatio-
nem pacti in infantia initi, inducta fuit, calamitati † ejus meritò condolendum 467
fuiſſet, tanquam à Dæmonibus vexatæ, *per ea quæ tradit* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 38. *n.* 57. Præterea non apparet, Judicem in circumſtantias perſo-
næ, loci, temporis per ſubſidium inquiſiviſſe, adeoq; omnia hæc, quæ de reno-
vatione narravit, ſicut & alia falſa, & à Diabolo conficta eſſe potuerunt.

Hiſce VI. *accedit.* quòd puella iſta conditionem ſuam deploraverit, & de vitæ emendatione, ac pœnitentia ſpem non obſcuram fecerit, uti apparet ex *Protocoll. de* 24. *die Ianuar.* Sie wolte gern wieder darvon/wann ſie könte darvon kommen/ſie könte nun wol beten das Vatter unſer / und etliche Pſalmen / ſinge auch bißweilen/Gott der Vatter wohne uns bey: Et quod non ſolùm verbis, ſed etiam lachrymis hoc conteſtata ſit, habetur in *Protocoll. de* 27. *Ianuar. ad artic.* 1. *ibi:* und inſonderheit bey dem 3. Articul/weinete ſie bitterlich.

Atqui Paul. Ghrilland. Johan. Bodin. Item Auctores mallei maleficarum
de experientia atteſtantur, validiſſimum ſignum cognoſcendi † Sagas, quod 468
lachrymas emittere non poſſint, *Conf. dictos auctores Mall. malefic. part.* 3. *quæſt.* 15. Godelman. *de Mag. & Venefic. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 26.

Huc etiam pertinent, quæ ſcribit Paul. Ghrilland. *in tract. de Sortileg. quæſt.*
7. *nu.* 35. ubi dicit, quod iſtarum Apoſtaſiarum † duæ ſint ſpecies, una quæ ſim- 469
pliciter retrocedit à fide, & ſequitur cultum & obedientiam Dæmonis; altera
quæ poſtquam Chriſti fidem abnegavit, iterum ſe baptizat expreſsè in nomine
Diaboli, & aliud ſibi nomen imponit. (Qua de re tamen ex actis noſtro caſu
nihil conſtat.) Licet itaq; † utraq; ſpecies ſit damnata, prior tamen ſi peccatum 470
ſuum revocat, admittitur ad pœnitentiam, & evitat pœnas corporales, ſicut hæretici pœnitentes, *ut in l. Manichæos, C. de hæret.* Hactenus Ghrilland. *quem refert & ſequitur* Franciſc. Jacob. Ziegler. *in conſil. de Lamiis, quod extat in addition.* Johan. Wier. *de præſtig. Dæmon. Faciunt tradita* Farinac. *in pract. crim. de quæſt.* 20. *num.* 105. Johan. Godelman. *de Mag. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 45. *& ſeq.*

Ubi ad hoc adducit quandam Conſtitutionem Caroli Magni, in eandem inclinat ſententiam Johan. Köppen *obſerv.* 130. *n.* 8. *& n.* 10. Ludov. Gilhauſ. *in arbor. Iudic. crim. c.* 2. *tit.* 17. *n.* 17. *verſ. porrò ſi Lamiæ fatentur.* Et multis ſacrarum literarum argumentis id firmat Johan. Scultet. *in trad.* von Zauberey und Zauberern/*c.* 12. *ubi ita ſcribit:* Wer nun ſolcher Bekehrten verſchonet/der verſchonet

der Chriſten/vnd nicht der Zäuberer. Ihr ſprechet / ſie ſind nicht werth / daß ſie wieder angenommen vñ geduldet werden / ob ſie ſich gleich rechtſchaffen bekeren. Ich frage aber lieben Herren warumb? haben ſie jemand mit Gifft getödt? Ihr ſaget nein. Warumb wolt jhr ſie dann nicht leiden? Ihr ſprechet ſie haben GOtt verläugnet / vnnd dem Teuffel gedienet: Warumb leydet jhr dann andere/die deß gleichen thun/ꝛc. Junctis iis, *quæ in cap. 7. p. mihi, 82. ſcribit*: Neque ex actis conſtat, hanc puellam Bremæ Deum expreſsè & ſolenniter abnegaſſe, ſed hoc dixit, Es were/wie ſie zu Bremen vff der Gaſterey geweſen ein Creutz geleget/vnd ein Güldene Decke darüber / darauff hette ſie müſſen liegen gehen/vnd den Himmel vnd die Sterne verſchweren/da were ſie Braut worden. *Protoc. de 14. die Febr. poſt merid.*

471 Jam verò † ſtellas & aſtra abjurans, licèt impiè faciat, propriè tamen Chriſtum abjuraſſe dici non poteſt. *Faciunt etiam huc quæ ſcribit* Godelman.
472 *alleg. cap. 11. n. 50.* Quid uſitatiùs, † inquit inter milites & mercatores, quàm ut parvi lucelli gratiâ, in una hora aliquoties Deum abnegent, & ſe Diabolo devoveant. *Quod latius perſequitur* Auguſtin. Lerchheimer/in ſeinem Bedencken von Zäuberey/*ſub rubric.* von Straff der Hexen oder Vnholden. Et certè cum Ec-
473 cleſia tanquam † pia mater, omnibus, etiam Sagis & Divinatoribus curioſis gremium ſuum aperiat, & pœnitentes recipiat, Actor. 19. v. 29. nec fatigata ſit unquam veniam indulgere, *c. duo, 23. quæſt. 4. c. ſuper eo, in princ. de hæretic. in 6. l. liquet, verſ. ſed quia circ. fin. de Sum. Trinit.* Non videmus, quare ejuſmodi Sagæ minorenni, ſi nullum hominibus aut pecoribus damnum dederit, neque etiam cum Diabolo ſe commiſcuerit, propter ſolam ſimplicem defectionem à Deo, quam ſeriâ pœnitentiâ emendare ſtudeat, ultimi ſupplicii pœna indiſtinctè dictanda, & in Eccleſia, propter antegreſſam Dei abnegationem, planè non ſit toleranda, Jehova enim dicit: Quoties ingemuerit peccator, vivendo vivet, & non
474 morietur. De Cypriano † refertur, ipſum ab ineunte ætate Magicis artibus deditum, & in iis educatum fuiſſe, ita ut vix parem ſuâ ætate in illis artibus habuerit: aſſumpto vero Chriſti nomine & pœnitentiâ actâ, ita in doctrina Chriſti profeciſſe, ut tandem in Epiſcopum Carthaginenſem electus, poſtea fidei conſtantiam martyrio coronârit & comprobarit, *ut ex ſpecul. Hiſtor. lib. 13. cap.* 122. *&* Lambert. Dan. *in flagell. hæret. p. 104. & 285. refert*, Johan. Scultet. *d. c.* 12.

475 VII. In temperandis † pœnis, maximè arbitrio Judicis commiſſis, conſiderari ſolet, an reus ultrò & ſponte delictum fateatur, & ſeipſum quaſi deferat, *l. edicto, in pr. ff. de Iur. Fiſc. gl. in l. 3. §. ult. ff. de alien. jud. mut. cauſ. text. in l. in eos, in fin. ff. de cuſtod. & exhib. reos.* Tyraquell. *de pœn. temperand. cauſ.* 30. Et hanc dicit communem opinionem Simancas. *de inſtit. Catholic. cap. 55. n. 6.* Bero. *in c. § Clerici, in pr. n. 88. de Iudic.*

476 Et quamvis † Clar. *in § fin. q. 60. n. 34.* dicat, Judices de hoc non curare interim hæc ratio junctis aliis per ſe urgentiſſimis, eò magis movere debuiſſet

hunc

Digitized by Google

hunc caſum majore dignum eſſe miſericordia, *ſicuti hoc argumentum uſurpans, conſulendo dixit* Berlichzol.*conſil.crimin.*56.*n*.6.*junct.conſil*.5o5.*n*.27.

Major enim † ſpes eſt reſiduæ bonæ indolis, ingenuitatis & emendationis in his, qui ſeipſos ultrò quaſi deſerunt, delicta confitentur, quàm qui etiam delati & ſuſpicione graviſſima onerati, malitiosè delicta celant & pernegant. Et ita etiam in noſtris terminis, in crimine videlicet veneficii tenet cæteris paribus, Godelman.*de Mag. & Venefic.lib*.3.*c*.7.*n*.18. aſſerens, legibus etiam Moſaicis leviùs punitum, ſponte confeſſum, quàm convictum. Siquidem fur ſponte confeſſus, quintam partem ultra ablatam rem reſtituere cogebatur, cum aliâs vel pœna dupli, quadrupli vel quintupli locum haberet, Num.5.*verſ*.7. Exod.22. Et eandem ſententiam probat Johan. Köppen.2.*obſerv*.130.*n*.11. 477

Hæ itaq; rationes, ſi non ſingulæ ejus ponderis ſint ut Judex animi ſui motum, ad mitigationem pœnæ capitalis, in hoc noſtro caſu componere potuiſſet, conjunctæ tamen omninò id ſuadere, vel ſaltem ad cautiorem proceſſus rationem, concedendam dilationē, movere debuiſſent; Cùm jura velint, † interpretatione, pœnas potiùs eſſe molliendas, quam aſperandas, *l. interpretatione* 42. *ff. de pœn.* Licet † enim crimina punire non ſit crudelitas ſed pietas, *per ea quæ tradit* Pariſ. de Put. *in tract. de Syndicat. in verb. crudelitas. num*.4.*fol*.324.*fac. text. in cap. non eſt crudelis*.63.*q*.5. Interim tamen † illa Iudicis ſeveritas cū [illegible] tempe- ramento benignitatis accipienda eſt, *l. reſpiciendum*, §.1.*de pœn.l*.[illegible] *ff. eod text. in c diſciplina, & c. namq; diſtinct*.45.*& c. quid faciat*, 23.*quæſt*.3. Maximè quando † non ſolùm ipſa lex delictum certo caſu à capitali eximit pœna, ſed & inſuper adſint circumſtantiæ, propter quas jura & leges mitigationem ſuadent, ut hoc noſtro caſu ex ſupra deductis conſtat; tunc enim Judex non debet affectare † ſeveritatis gloriam, ut loquitur Juſtin. ſed cum benignitate punire, *ſecund.* Belviſ. *in Pract. Iud. ſub rubr. de pœn. capitali, n*.2. Ferrar. *caut*. 26. *in princ*. Nevizan. *in ſylv. nupt. rubr. non eſt nubendum, n*.69. *& ſeq*. Hippol. Riminald *conſil*.245.*n*.14. 15.48. *& ſeq. lib*.3. Et Juſtitiam † cum dulcedine miſericordiæ temperare, *d. cap. diſciplina, diſtinct*.45. Nam melius † eſt Deo miſericordiæ rationem reddere, quam inclementiæ, *c. allegant*, 26.*q*.7. Cagnol. *ad l. ſemper*, 56. *n*.1.2. *de Reg. Iur.* Welenbec. *conſil*.19.*n*.23. Et † Judicium ſine miſericordia futurum ei, qui miſericordiam non vult fieri delinquenti, *dicit* Apoſtolus Epiſt. Jacobi, *c*. 2. *v*.13. *& refertur in c. plerumq;*, 2.*q*.7. Speculat. *in tit. de diſpenſ*. §. *ult. in in*. 15. *cū ibi allegat.* 478 479 480 481 482 483 484 485

Hinc Rudolphus I. Imperat. † hanc ſententiam in ore habuiſſe fertur: Severum & immitem fuiſſe, me aliquando pœnituit; lenem & placabilem, nunquam. Et Nero † in primis imperii ſui annis, antequam ad tyrannidem manifeſtam deflecteret, ſubſcripturus ſententias mortis reorum capitalium, exclamaſſe fertur: Quam vellem neſcire literas, *teſte* Seneca *libr*.2.*de Clement*. Johan. Gualter. *in Chronolog. Eccleſiaſt. polit. in vita Neron.* 486 487

Duodecimò redeundo ad principales Nullitates hujus proceſſus, apparet

488 ex Protocollo & actis, puellam † non fuiſſe decenter durante inquiſitione cuſtoditam, ſed in ædibus patris detentam, & aditum ad eam promiſcuè cuivis patuiſſe, eamq; tanquam Delphicum, ut narratur in facti ſpecie, oraculum conſultam fuiſſe de rebus magicis, & tàm per parentum, quàm aliorum malevolorum ſuggeſtionem, de perſonis & matronis honeſtis, multa falſiſſimè mentitam fuiſſe, uti non ſolùm ex narratione Dominorum conſulentium, ſed & informatione cujuſdam præcipui officialis & Conſiliarii Reverendiſſ. Epiſcopi N. ad mandatum ſuæ Celſitud. congeſta apparet; ubi refert: Es wird von Männiglich in facto vor Gewiß berichtet/das eine geraume Zeit hero/ viel Leute/auch Frembde vnd vom Landt/in des N. (puta puellæ parentis) Hauſe auß vnnd eingangen / daſelbſten des Mägdleins Anſchläge angehöret / darbey er der N. Brandwein vnnd Broyhan verkaufft / vnnd einen groſſen Vortheil gehabt. Item / Es were von redlichen Leuten beſtendig berichtet / das gemelter N. nach ſeiner Tochter Hinrichtung verſchiedenen Leuten bey Nacht / vor die Häuſer gelauffen / vnd dieſelbe auff ſeiner Tochter Auſſage offentlich vor Zäuberſche außgeruffen. Item/ es hatte das Mägdlein auff feind ſeeliges eingeben jhres Vettern vnd David H. Haußfraw (nach welcher der N. wie ſie noch ledig geweſen/ freyen vnnd ſich zu jhr nötigen wollen / aber mit einer Maulſchell abgewieſen/ vnd dahero derſelben feind geweſen) ſie jhres Ehemans Bruders Kind/welches Natürlicher weiſe am Schlage geſtorben/vergeben / vnnd daß ſie ein Zäuberin were. Item/ Es were beſtändig berichtet / daß der N. in anhören anderer Leute gefragt/ob nich Hans N. auch ein Zäuberer / vnnd die Tochter geantwortet / ſie kenne jhn nicht/er aber mit ſtrengen Worten abermals darauff getrungen / vnd ſich endlich die Tochter erklärer / gemelter N. were in jhrer Compagni nicht / möchte in einer andern ſein/worauff der Steinmetz jhn gleichwol diffamirt/auch durch ſolche diffamation cauſirt/ daß es jhm N. von andern verkleinerlich vorgeworffen/ꝛc. Item/Das newlich bey J. F. G. Cantzley außbündig gemacht / daß ein Erlicher Mann Heinrich N. in einer rechthängiger Sachen wieder Cordten N. als ein ernandter Zeuge / vermöge geläyſten Eydts die Warheit außgeſagt/ daß darauff gemelter Cordt N. neben noch einem leichtfertigen Geſellen / in des Steinmetzen Hauſe zu dem Mägdlein ſich verfüget/ daſelbſten von Morgen an Brandtwein/vnnd folgents Broyhan/ biß vff Nachmittag vmb 3. Vhren geſoffen/vnter vnnd bey ſolchem Geſöff des N. Tochter/vber obgemeltem Heinrich N. gefraget/vnd endlich die Erklärung von jhr bekommen / gemelter Heinrich N. deſſen Fraw vnd Tochter könten die Zauberkunſt/wie ſolches mit dem Ampts *Protocollo* nothürfftig zubeweiſen/auch gemelter N. ſelbſten geſtanden / vnd wegen ſeiner dahero rührender diffamation/ einen offentlichen Wiederruff gethan/ vnd mit Gefängnüß geſtraffe worden. Hactenus ille, cui tanquam principis jurato officiali & conſiliario, fide digno, in hiſce quæ habita diligenti veritatis indagine principi ſuo retulit, meritò fides habenda.

Ex

Et quibus omnibus patet, puellæ iſtius malè cuſtoditæ leviſſimum parentem, ea tanquam obſonio quodam diſtrahendi vinum aduſtum & cereviſiam uſum fuiſſe, & Diabolum, per eum ipſamque puellam, ſcholam & exercitium publicum calumniandi & diffamandi exercuiſſe, quod utique tanquam rem peſſimi exempli Magiſtratus loci præcavere & nullo modo admittere debuiſſet, *l.exemplo perniciosum,7.cum ſimilibus, C. de prob.* cum malitiis hominum non ſit indulgendum, *l.in fundo,38.circ.fin.ff. de rei vindic.*

Conantur autem Dnn. Judices hunc exceſſum ſatis reprehenſibilem, & multarum calumniarum fontem fomitemque, duplici ratione excuſare: I. Quod Diabolus in carcere puellæ inſidias inſtruxerit, eos ut animæ ejus ſaluti conſulerent, puellam tanquam proprii oris teſtimonio convictam maleficam in paternis ædibus catenis conſtrictam detinuiſſe. II. Expreſsè prohibuiſſe, ne quis ad colloquium ejus admitteretur.

Verum ad hoc reſpondetur, Quod Dnn. Judices N.N. ſolliciti fuerint, de animæ ſalute redimenda iſtius puellæ, in hoc fecerunt Chriſtiani Magiſtratus officium laudabile: Quòd verò id modo inordinato & inſolito, cum ſcandalo publico, & diſcrimine honeſtorum & innocentium fecerint, culpa non carent. Nunquam † enim relatum neque uſque receptum eſt, ream de maleficio & ve- 489
neficii crimine convictam, ut prætenditur in apologia, & capitali pœna damnandam, in paternis ædibus, ad quas cuivis liber patebat aditus, nō ſecreto ſed palam ſine cuſtodibus & miniſtris publicis detineri. Et ſolent prudentes Judices reos capitalium criminum, ſi ex juſta cauſa carceribus non mancipentur, in loco aliquo publico vel etiam domo miniſtri publici jurati, adhibitis plerumque cuſtodibus, qui omnia accuratè obſervent, cuſtodire & diligenter cavere ne cuivis liber pateat aditus. Hoc ſi feciſſent Dnn. N. N. iſtæ honeſtorum virorum & matronarum diffamationes, inde non eveniſſent. Et ſuperat captum noſtrum iſta prudentia, patri cuſtodiam filiæ de capitali ſupplicio inquiſitæ, & jam dum ut prætenditur confictæ & damnandæ, committere; qui ſi ſtorge naturali motus, & ſanguinis ſui non planè oblitus fuiſſet, eam quavis hora citra grave diſpendium liberare potuiſſet, id etiam procul dubio feciſſet, niſi occaſione hujus cuſtodiæ, obſonium diſtrahendi vini aduſti & cereviſiæ diutius ſe habiturum per filiæ fabulas & calumnias ſperaſſet; & ita lucellum iſtud paterni nominis pietati prætuliſſet.

De inhibitione iſta ex actis nihil apparet, & ſi illa etiam facta eſſet, non tamen propterea excuſatur ille exceſſus. Quid enim leges (ſeu inhibitiones) ſine moribus, vanæ proficiunt, inquit Horat. Non enim per nudas inhibitiones ſatis fit juſtitiæ, niſi magiſtratus diligenter curet, ut id quod mandatum eſt, fiat. Sive itaque factæ ſint tales inhibitiones, ſive non, ex ſupra deductis patet, aditum cuivis promiſcuè & colloquium cum puella peſſimo exemplo patuiſſe, quod cùm ut refertur, illic locorum notorium ſit, ulteriori deductione non eget.

490 *Decimotertiò*, conſtat ex Protocollo & actis puellam noſtram varia,† contraria & incerta depoſuiſſe, quæ neque per veritatis inquiſitionem, neque modo ad certitudinem redacta & purgata ſunt.

Et quidem ex prædictis *variis & contrariis* quædam hic ad ocularem demonſtrationem ſubjungenda eſſe duximus, ex quibus evidens apparebit Proceſſus & ſententiæ nullitas.

1. Die alte Olbbecke vnd Catharina N. hetten jr Margreten Sivers das Zaubern gelehret. *Protocoll. de 23. Janu. Junct. Reſponſ. ad art. 6. de 27. Januar.*

1. Die N. zu Bremen/ hette jhr die kunſt gelehret. *Protocoll. de 27. Januar. in Reſponſ. ad artic. 7.*

Item, Jn der Gerichtlich verleſenen Vhrgicht wird nur der alten Diebbeken allein gemeldet/ ob hette dieſelbe jhr das Zaubern gelehret/ *Artic. 1.*

2. Sie were auff dem Luſt-Hauſe vor Bremen der N. zuſtendig Braud geweſen/ vnd daſelbſten zu geſchworen. *Prot. de 23. Jan.*

2. Sie were zu Bremen in der N. Hauſe Braud geweſen / vnd daſelbſten zu geſchworen. *Protocoll. de 14. Februar.*

3. Wie ſie Braud geweſen were ein güldene Decke auff dem Boden gelegen/ vnd darunter ein Creutz/ darauff ſie müſſen mit dem Rücken liegen / in den Himmel ſehen / vnd denſelben verſchweren. *Protocoll. de 23. Januar.*

3. Hette müſſen auff ein Creutz liegen gehen/ vnd den Himmel (nota variationem) vnd die Sterne verſchweren: hetten jhr darnach [nota rurſus variationem] eine Güldene Decke auffs Creutz gelegt/ vnd müſſen Braud ſein. *Prod. de 14. Febr.*

Jn der Gerichtlich verleſenen vnd ratificirten Vhrgicht / lautet es alſo: Sie hette den Himmel vnd Erde verſchweren müſſen. *Protoc. ſub lit. I. art. 18.*

4. Wie ſie zu Bremen kommen habe die N. marſche daſelbſt am Marckt Zucker vnd allerley Kraut gekaufft. *Protoc. de 14. Febr.*

4. Wie ſie zu Bremen kommen vnd vor der N. marſchen Hauſe (welches nit am Marckt/ ſondern gegē dem Kirchhoff über/ wan man auß der N. ſtraſſen in die ander gehet / ſtehet) vorübergangen/ hette daſelbſt ein Wage mit Apffeln gehalten darvon die N. marſchen ein Sack voll gekaufft / vnnd zu jhr geſagt/ daß ſie jhr den Sack wolte ins Hauß tragen helffen welches ſie gethan. *Protocoll. de 23. Januar.*

5. Die N. marſche habe ſie bey der Hand genommen / ſey mit jhr in den Hoff gangen / vnd Köel geplücket *Protoc. de 14. Febr.*

5. Wie ſie in der N. marſchen Hauß kommen/ hette dieſelbe geſagt/ ſie ſolte bleiben vnd jhr ein wenig Lauſen. *Protoc. de 23. Januar.*

6. Sie ſey wol 3. wochen zu Bremen bey der N. marſchen geweſen. *Protoc. de 23. Januar.*

6. Sie ſey 6. wochen zu Bremen bey der N marſchen geweſen. *Protoc. de 27. Januar. in Reſp. ad art. 15.*

Nota,

Nota, in iſta puellæ confeſſionum variatione & incertitudine omninò decuiſſet judicem loci, Bræmæ, quæ non ita procul à loco judicii diſtat, ante omnia inquirere, anné talis ita dicta fœmina ibi habitaret? an in foro vel alia platea? an extra urbem tale prædium, de quo puella dixit, haberet? Num puellam hanc in ædibus ſuis, & quanto tempore habuerit? Quæ omnia præcipit ordinatio Carolina & Jura Civilia, de quibus tamen ex actis nobis tranſmiſſis nihil apparet.

7. Sie hette ein Pferd / ein Schwein / vnd einen Welſchenhanen alles dem Rath zu Bremen zuſtändig (durch Zauberey / worzu jhr die N. marſche materialia gethan) vmbgebracht. *Protoc. de 27. in Reſp. ad art. 20.*

7. Sie hette Menſchen vnd Vieh mit der Zauberey keinen Schaden zugefügt / darbey auch beſtendig verharret. *Protoc. de 24. Iannar.*

Nota, Et hic vigore Carolinæ Conſtitut. inquirendum fuiſſet apud Senatum Bremenſem, num ſe res ita haberet.

8. Wie ſie zu N. loco videlicet judicii, auff Catharinen N. Bette gelegen / vnd dem Tantze zugeſehen / hette der Teuffel der N. diſchen vnd die N. diſche jhm wider ein Stück von der Naſen vnd Backen geſchlagen. *Protoc. de 27. Januar. in Reſp. ad art. 10.*

8. Es ſey im Tantzen vor Bremen auff dem Luſt-Hauſe geſchehen / da der Teuffel der N. diſchen ein Stück von der Naſen vnd Wangen geſchlagen. *Prot. de eod 27. Ian.* §. Sagte ferner / ꝛc.

Nota, hic Judex inquirere debuiſſet, num circa id tempus fœmina illa nominata, damnum aliquod in genis & naſo habuerit, & quale id fuerit, quod utiq; vicinos latere non potuiſſet, qua de re tamen ex actis nihil apparet.

9. Der Teuffel vnd die N. diſche hetten ſie (ream Domina videlicet vidua) berichtet die N. vnd jhre Dochter gehöre mit in die Companey. *Protocoll. de 31. Iannar.*

9. Sie habe die N. ſelbſt im Tantz vnterſchiedlich geſchehen. *Protoc. de 13. Feb. & de 23. Ian.*

10. Die N. diſche ſey 3. mahl mit im Tantz geweſen / 1. in Catharinen N. Hauſe / 2. im Felde nach Hüttbergen / 3. zu Bremen auff dem Luſt-Hauſe. *Protoc. de 27. Ian.*

10. Es were die N. diſche zu Eyſelberg der gantzen Companey auch mit im Tantzen geweſen / Ergò iſt dieſelbe mehr als dreymal beym Tantze geweſen.

11. Die N. nimirum Domina vidua hette etwas von einem Auffſchertzband der N. diſchen / welches Herrn N. von N. ſolte beygebracht werden / darinnen zwo knutten / vnnd zwo öeſen auch etlich garn / ſo mit dühn zuſamen gemacht geweſen. *Protoc. de 10. Feb.*

11. Die N. Domina vidua die N. die alte N. vnnd N. hetten einen ſchwartzen bandt gekaufft (variatio) darin zwey groſſe knutten / vnnd zwey öeſen / auch 3. flechten (variatio) geweſen / den hetten ſie der Schwertfegerſchen (variatio) gethan. *Prot. de 14. Feb.*

In der Gerichtlich verleſenen Vhrgicht lautet es alſo: Das Band habe drey knutten / vnd zwey öeſen gehabt.

12. Das

12. Das Bandt ſey Schwartz geweſen *Protoc. de 14. Feb.*

12. Das Bandt ſey Gryeß geweſen. *Protoc. eod. 14. Feb.*

Nota, Hîc debuiſſet Judex loci inquirere, quiſnam ille propola fuerit, à quo Domina vidua & memoratæ muliérculæ iſtam faſciam den Auff-Schurtz-Bandt/emerint, & ab eodem expiſcari, quo tempore, quo pretio, &c. Et ſic ſatisfeciſſent Carolinæ Conſtitutioni, & fraus Diaboli detecta fuiſſet. Neque eſt veriſimile, tres vetulas, & cum illis Nobilem & ſpectatam matronam, ad emptionem vilis faſciæ in unius propolæ ædibus convenire, indeque probabile eſſe non debuit.

Poſſent adhuc aliæ plures variationes ex Protocollo, maximè circa venditionem prætenſam aurei illius cochlearis, ex actis deduci, verùm hæc modò ſufficiant, cum incertitudo confeſſionum vel ex iis ſatis ad oculum remonſtretur.
491 Indecens † autem & grave eſt, ſuper re dubia, incerta & varia certam & quidem capitalem ferre ſententiam, *cap. grave, 11. q. 3.* Cravett. *conſil. 276. nu. 4.* Joh. Petr.
492 Surd. *conſil. 151. n. 50.* Quia † exinde facile offendi poteſt veritas, & juſtitiæ, *cap.*
492 *fin. diſtinct.* 33. Curare † itaque debet Judex, ut ſuper re certa & liquida, maximè in criminalibus, ferat ſententiam. §. *curare, & quæ ibi not. Dd. inſtit. de action. Junct. l. fin. cum ſimilib. C. de probat. l. quæ ſententiam, ibi, in unum conſpirante con-*
494 *cordanteq́; , C. de pœn.* Nihil † autem magis contrarium certitudini quàm varia-
495 tio, Cardin. Clement. *1. de renunciat.* Udalr. Zaſ. *conſil. 16. n. 43. lib. 2.* Quæ † ſine contradictione & evidenti mendacio ſtare non poteſt. Anton. Fab. *in Cod. rer. in*
496 *Sabaud. Judicat. lib. 9 tit. 21. defen. 5. n. 3.* Nullumque † evidentius falſitatis ſignum dari, quam variationem, *tradit* Proſper. Farinac. *poſt* Bald. *& alios quos allegat, 2.*
497 *conſil. 138. n. 11.* Et incertitudo † omnem vitiare dicitur actum, *l. cum duo ubi gl. ff.*
498 *de in diem addicti.* Bart. *in l. quidam, ff. de reb. dub.* Quia † plus uno verum eſſe non poteſt. Indeque ex ſola teſtium & delatorum falſorum variatione innocentiam falsò dleatæ præcipitanter ac injuſtè condemnatæ Suſannæ cognovit Daniel, eamq́; ab injuſta ſententia liberavit, Judices iſtos quod non diligentiùs inquiſiverint in veritatem hiſce verbis increpans. Siccinè fatui filii Iſraël, non judicantes neq; quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël? *Dan. 13. 48.*

Decimo quartò, narratur in facti ſpecie quaſdam fœminas ad puellæ hujus delationem fuiſſe incarceratas, per aquam frigidam probatas, & poſtea ſatis inhumaniter tortas, tandemque in carcere exanimes repertas. Atqui conſtat, Probationem illam † per aquam frigidam eſſe irrationalem, inhumanam, impiam & jure aperto improbatam. *text. in cap. Mennam, §. purgationem, c. conſuluiſti. 2. qu. 4.* Et ita omnes, qui non fungum pro cerebro vel peponem pro corde gerunt, ſtatuere, ex ſcriptis Doctorum virorum apparet. Petr. Binsfeld. *de Cõf.*
500 *malefic. membr. 2. concl. 7. dubi. 1.* Ubi dicit Magiſtratum, † qui facit Sagam ſubire
501 probationem aquæ frigidæ, mortaliter peccare: quia illa † Diabolo fabricante
502 introducta ſit. Johan. Bodin. rigidiſſimus aliâs Sagarum cenſor dicit, † hac via

Diabolum

Digitized by Google

Diabolum judicia, quæ ſancta oportet ſervari, commutare in ſcholam magiæ,
*lib.4.de Magor.Dæmonom.ca.4.*Petr.Heigi.*Illuſtr.quæſt.39.n.61.* Ubi dicit,hunc
probandi modum eſſe ſpeciem idololatriæ, † veritatem ſcilicet ab elemento 503
aquæ exquirere, & idolum in ea fabricare,cùm potius in rebus dubiis Deum
conſulere debeamus, quod multis ibidem perſequitur & ſolidè contraria refel-
lit,*cui concordat* D.Joh. Ewich, *Medicus quondam Bremenſis in tract.* von den
Hexen*fol.35* Ubi ita effatur: Was iſt dann diß Vngewöhnlich weſen anders / † 504
dann eine Verſuchung Gottes / oder ein Teuffeliſch geſpött / vnd einer Sorgli-
chen vnd ärgerlichen Tragædien anfang? Darvon ein Schertzer lachend geſagt/
daß dieſe Probiermeiſter der Köche weiſe folgen / dann wie dieſe die Cappaunen/
ſo ſie zur Mahlzeit bereiten/erſt mit Waſſer reinigen/darnach Bradten/ alſo rü-
ſten Jene auch dem Moloch ſeine Gerichte vnd Brand-Opffer zu/ꝛc. Et fol.41.
concludit,hanc probationem Doctore † Satana ejusque aſſeclis carnificibus, 505
Idololatris,Sophiſtis & impiis Philoſophis eſſe ſtabilitam & introductã, *Quem
allegat & ſequitur.*Joh.Godelman.In ſeinem Antwortſchreiben/*quod extat lib.3.
à princ.tract.:de Mag. & Venefic.*Ubi in hæc verba ſcribit: Hierauff antwort ich
rund vñ Teutſch/das ſolches ein wider-Rechtlicher vnd Teuffeliſcher gebrauch iſt/
vnd ein grewel † vor Gott dem Allerhöchſten/ das auch ſeine Göttliche Allmacht 506
dardurch weniger nicht erzörnet werde / alß wann zu vor die Kinder durch das
Fewer gangen ſeind. Deuter.*cap.18.*Et *lib.3.c.4.n.23.& ſeqq.id pluribus perſequi-
tur,*dicens,hanc eſſe communem Dd.ſententiam, probationem iſtam prohibi-
tam eſſe,proindeque omnes facultates Juridicas in Academiis Germaniæ ita ſta-
tuere. Et † furioſum hoc probationis genus appellat Franciſc.Hotoma.*Diſp.* 507
Feud.cap.44.n.6. Et nulla † ne quidem probabili ratione niti affirmat Hieron. 508
Treutl.*vol.2.diſp.4.theſ.7.lit.c.*Jodoc.Damhouder.*in Pract.crimin.cap.43.*Joh.
Borcholt.*de Feud.c.7.n.12.*Henr.Bocer.*IC.& Prof.celeberr.in Acad. Tübing.in
tract.de Quæſt.& Tortura.c.3.ſub.n.*101.Lud.Gilhauſ.*in Arbor.crim.c.2.tit.*34.
§.3.*n.*158. Ubi dicit, Judicem qui furioſa illa & Diabolica exploratione utitur † 509
actione injuriarum conveniri poſſe,Joh.Scultet.*in lib.qui inſcribitur*: Gründli-
cher bericht von Zauberey/*c.11 pag.m.*243. Ubi in hæc verba erumpit: † Heyd- 510
niſch/Tyranniſch/Verführiſch vnd Teuffeliſch iſt ſolche Waſſerprüffe/ vbel thun
vnd wollen muthwillig irren / vnd von dem Teuffel betrogen ſein / die ſie wieder
auffbringen vnd ernewren.*Et pag.246 & ſeqq.ubi ita concludit*: Weil dann nun
ſolche Waſſerprüff auß Irrthumb vnd Aberglauben,† erfunden / mit zuthun 511
des Teuffels geſchicht / Tyranniſch vnd betrieglich iſt / Gottes verſuchung vnd
Straff auff ſich träget / vnd in allen Geiſt-vnd Weltlichen Rechten alß Gott-
loß vnd gefehrlich verbotten /,ſo haben je die ſie noch gebrauchen zu jhrem Schutz
nichts vor zu wenden / ſondern müſſen jhre Vngerechtigkeit auch wieder jhren
willen erkennen.*Hactenus ille.*Herman Newalt.*quondam Prof. Acad.Helmſtad.
in Apolog.contra Epiſtol.*Scribon.*& quidem in præfat.*in hæc ſcribit verba: Die

meynung (nemlich von der Waſſerprüfe) in welcher Er (Scribonius) ſteckt/iſt
512 nicht allein ärgerlich/ſondern gereichet zu Gottes verachtunge / † iſt an jhr ſelbſt Unehrlich vnd ſchädlich. Rationes quas auctores allegati adducunt, longum foret hîc adducere, ideoque ad ipſos ſcriptores nos remittimus.

Solent autem plerumque judices pro tuenda hac probationis ſpeciæ alle-
513 gare † inveteratam conſuetudinem, quæ meritò pro lege cuſtodienda eſt, per Jura vulgata.

514 Reſpondet ad hoc argumentum Nicol. Papa, † Malam conſuetudinem tanquam pernicioſam corruptelam vitandam eſſe, *cap. mala conſuetudo, diſtinct.*
515 *8.* Et dicit Auguſt. *lib. 3. de Baptiſm. contra Donatiſtas, c. 6.* Quod † conſuetudo cedat veritati manifeſtæ: quia conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt, *inquit*
516 Cyprian. *in Epiſt. ad Pompej. & refertur in cap. conſuetudo, d. diſtinct. 8.* Et † ſana ratio exemplis anteponenda, *teſte* Auguſt. *in cap. ſana diſtinct. 9.* Ideoque Celſus
517 JC. Quod † non ratione, *inquit*, introductum, ſed errore primum, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet, *l. qui non ratione, 36. ff. de*
518 *Legib.* Hinc Herman. Newalt. *in allegat. ſupra præf. tr.* Das es/ † *inquit*, eine alte gewohnheit ſey/iſt auß des Teuffels liſt vnd Affterey. Johan. Scultet. *d. cap. 11. pag.*
519 *mihi 241.* ad hoc argumentum ita reſpondet, † Gewohnheit gilt nicht wieder Warheit vnnd billichkeit: Hundert Jahr vnrecht iſt noch keine Stund recht / vnd was Anfänglich an jhm ſelbſt nicht taug / wird durch lange zeit nicht Gut gemacht. Sonſt möchten ſich ewre Herren damit auch entſchuldigen/ das ſolche vnthaten von anfang der Welt von vielen vnd groſſen Leuthen begangen ſind/ꝛc.

Et cum Dnn. N.N. in Apolog. ſua provocent ad Carolinas Conſtitutiones criminales, & proceſſum ſuum ex iis & jure communi juſtificare volunt: non opus eſt plura de ſuperſtitioſa iſta conſuetudine, & irrationali corruptela dicere. Conſtat enim jure communi iſtam probationem per aquam frigidam
520 improbatam, † & altum de ea in Carolinis conſtitutionibus ſilentium exiſtere. Ideoque in hoc etiam puncto, proceſſus iſte ex jure communi & conſtitutionibus Carolinis nullo modo juſtificari poteſt. Et cum in dictis Carolinis conſtitutionibus, accuratè indicia in crimine veneficii enumerentur, non eſt veriſimile hanc probationem per frigidam, ſi legalis & rationalis viſa fuiſſet legiſlatorem omiſiſſe.

521 *Decimo quintò*, non parum ſuſpectus redditur proceſſus, quod † quædam mulierculæ hoc modo per frigidam probatæ, quædam poſtea graviſſimè tortæ, in carcere exanimes & mortuæ repertæ ſint. Et quamvis in Inſtrumentis Apolog. Dnn. N.N. adjectis, Notarius atteſtetur, quod viſum fuerit chirurgis, collum iſtarum fœminarum fuiſſe fractum à Dæmone, tamen id ita pro certo affirmare non potuerunt. Quicquid autem ſit, ſuſpicione iſthæc non carent, *per ea quæ tradit* Joh. Wier *in tract. ſuo de Sortileg. & Sag. lib. 6. c. 15.* Joh. Scultet.
522 *in d. de tract.* Von Zauberey. *cap. 11. circ. fin.* Ubi addit, † ex hoc quod fœminæ veneficii

Digitized by Google

veneficii incuſatæ in carcere exanimes & ſibi ipſis manus intuliſſe reperiantur, non firmiter concludi eas fuiſſe Sagas : Quia hoc & alii fecerunt, utpote Ahitophel impius Abſalonis conſiliarius, Judas Chriſti proditor, qui tamen non fuerunt venefici. Et quòd Diabolus permiſſu Dei alios quàm veneficos & ſagas interfecerit, teſtantur 7. iſti mariti Saræ.

Neque incognitum eſt Melancholicos † & alios deſperationi deditos 523
ſibi ipſis non conſcientia ſceleris ſed vitæ tædio manus inferre, etiamſi nullis carceris vinculis conſtricti fuerint, qua de re habemus textum, *in l. ſi quis te, 2. C. qui teſtam fac. poſſ.*

Fieri itaque etiam potuit, ut quædam ex his propter inflicta tormenta in deliquium inciderint & extinctæ ſint: quædam verò propter metum futurorum tormentorum ac ſqualorem carceris, doloris forſan impatientes, ut loquitur textus modò allegatus, ſe præcipites dederint. Siquidem doloris impatientibus major ſolet eſſe metus iſte tormentorum quàm mortis. Et apparet ex informatione nobis tranſmiſſa, Carnificem illius loci judicii agitati ad torquendas iſtas fœminas non potuiſſe ſatisfacere judici, ſed alium ex vicinia crudeliorum ad hoc negocium vocatum. Non itaq; leviter fuiſſe tortas fœminas, neque vanum aliarum nondum tortarum fuiſſe metum, vel inde colligi poteſt.

Decimoſexto, ex informatione nobis tranſmiſſa apparet, poſt publicatam ſententiam puellam iſtam una cum patre delatore terminum & dilationem petiiſſe, utique ad effectum præparandæ defenſionis: à Judice verò illum denegatum fuiſſe. Et dicunt quidem in Apologia ſua Dnn. N. N. Das es dero P. H. D. zuwieder / dieſer Dirne als einer durch jhre eygene Bekantnuß / auch Vrtheil vnd Recht genungſamb convincirte Zäuberin / dilation vnd friſt / die nicht zu eygener jhrer defenſion geſucht/ſondern nur ſchlecht ohne einige Vrſach gebeten/ zu indulgiren/*pag.* 20.

Verùm cùm ex iis quæ ſupra deduximus ſatis liqueat, proceſſum iſtum contra puellam iſtam non ſervato juris & Carolinarum Conſtitutionum ordine, nulliter fuiſſe agitatum, ipſamque inſecutam ſententiam † eodem morbo in 524
fectam, executioni mandari illa non potuiſſet, cum ſententia nulla executionem non mereatur, *l. 1. §. ult. l. 4. § condemnatum, ff. de re Iudic. l. ult. C. de ſentent. ex brevic. recit.* Clement. Paſtoralis, *circ. fin. de re Iudic.* Berthazol, *conſil. crimin. 79 per tot.* Matth. de Afflict. *Deciſ. 220. n. 9. Iunct. deciſ. 283.*

Et fruſtra ſe referunt in hoc puncto Dnn. Capitulares ad Carolinas conſtitutiones, cùm eas in plurimis capitulis & ipſis ſubſtantialibus hujus proceſſus omninò neglexerint, *l. auxilium, 37. in fin. ff. de minor. l. fin. §. 12. C. de jur. de liber.*

Neque in Carolinis conſtitutionibus invenimus ullo in loco cautum, puellæ minorenni 17. videlicet annorum non legitimè accuſatæ, à nullo defenſæ, ex ſola confeſſione, non habita diligenti inquiſitione circumſtantiarum loci, temporis, &c. condemnatæ, neque aliis argumentis & teſtibus convictæ,

Digitized by Google

provocanti & terminum defenſionis petenti, eum eſſe denegandum. Quinimò
525 in hoc Carolinæ conſtitutiones † cum jure communi concordant, quod regu-
lariter reum , niſi aliter de corpore delicti & circumſtantiis confeſſis liquidò
conſtet, morte mulctandum vel etiam torquendum vetet, ut ſuo loco deduxi-
526 mus. Indeque, quamvis † quibuſdam in locis corruptiſſimo judiciorum more,
ut dicit Sichard. *ad l.16.n.14.C.de jur.de liber.* provocationes à criminali ſententia
non admittantur, ſed ſtatim executioni mandetur : tamen id ita rectè Dd. limi-
527 tant, † ſi reus delictum eſſet confeſſus, de quo etiam aliter quàm per ipſius con-
feſſionem liquebat hoc enim fortè caſu Judex non erraret, qui ſententiam ca-
pitalem exequeretur intra tempus datum ad appellandum, *inquit* Bald. *in l.obſer-
vare,§.proficiſci poſt,n.9.de offic.proconſ.quem allegat & ſequitur* Clar. *in* § *fin.q.96
n.2.* Hieronym. Treutler. *Diſput.ult.theſ.3.lit.d.vol.2. cui concordat text. in l.ob-
ſervare,2.Cod.quorum appellat.non recip.*

Ubi Impp. Conſtantius & conſtans reſcripſerunt maleficos & veneficos tum demum poſt ſententiam non eſſe audiendos, ſi argumentis convicti, teſtibus ſuperati, voce etiam propria ſcelus confeſſi ſint. Sed puella noſtra neque argumentis fuit convicta, neque teſtibus ſuperata, ſed tantum delictum ita ſatis inconſtanter & variè confeſſa adeoque propter variationem contrarietatem & incertitudinem ne quidem voce ſua convicta. Ideoque cum contra nudas iſtas confeſſiones magna ex parte notoriè falſas, erroneas, varias & incertas plurima deducere & innocentiam ſuam detegere potuiſſet, dato ſibi defenſionis termino, & defenſore, in quo concedendo, ex ſupra dictis rationibus judicem non decuiſſet ſe ita difficilem reddere. Cum in mora modici temporis non
528 magna ſit jactura, *teſte* JC. Ulpian. *in l.21.ff de Judic.* maximè ubi † agitur non de
glande legenda, vel pecore paſcendo, ſed de capite & vita hominis Daniel. *cap.13.
verſ.48.& ſeqq.* Hinc rectè ait Poëta:

Nulla unquam de vita hominis cunctatio longa eſt.

Quod vulgò ita verſum:

Menſchen Tödten iſt ein groſſe ſach/
Man bedenck ſich woll vnd thue gemach.

Item illud:

Man kan nimmer zu lang Rathſchlagen/
Wann man vom Todt ſentenz ſoll ſagen.

Et Divus Trajanus, Aſſiduo Severo reſcripſit: Satius eſſe impunitum re-
529 linqui † facinus nocentis, quam innocentem damnare, *teſte* Ulpian. *in l.abſen-
tem.ff.de pœn.*

Indeq; Juſtiſſimus Judex & ſcelerum vindex acerrimus Jehovah, Abrahamo patri credentium ſignificavit, propter decem juſtos, toto Sodomorum multitudini & multis injuſtorum millibus parciturum ſi invenirentur, Geneſ. *cap.18.verſ.ult.*

Et

Digitized by Google

Et ſanè ſtolida hæc puella cum ante ſententiam in judicio non fuerit de ca-
pite accuſata, ætatis lubrico & facilitate ita varia & multa in ſui aliorumque da-
mnum contra veritatem, patre delatore & ſuggeſtore, qui longè aliū quam hunc
ſperavit calumniarum & delationis crudelis exitum, faſſa eſt, quòd utiq; ſi rem
ita de capite agi intellexiſſet, nunquam feciſſet.

Præterea licèt propter lubricum conſilii in petitione termini non expreſ-
ſerit, quod eum ad effectum formandæ & præparandæ ſuæ defenſionis & inno-
centiæ deducendæ petierit: tamen hæc utique non alia cauſa præſumenda erat
judici, cum quis ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum velit, *l.1.ff.de bon.
cor.qui ant.ſent* Cicer.*pro Milone.*

Decimo ſeptimò narratur in facti ſpecie, das nach dem dieſem Mägdlein
jhre vorige Bekantnüß Gerichtlich vorgeleſen / vnd ſie ſine ullo curatore & de-
fenſore., auff alle Articul mit Ja geantwortet / vnd darauff die Blutvrtheil ab-
geleſen / hette ſo wol des Vnmündigen Mägdleins Vatter / alß ſie ſelbſten ſich
höchlich beſchweret / ꝛc. Nichts do weniger aber die Vrtheil exequirt. Jam verò
ex his apparet, tàm patrem puellæ, quàm ipſam puellam ſenſiſſe ſe ſententiæ il-
lius aſperitate & iniquitate gravatam, adeoq; ad ſuperiorem provocaſſe, quod
de Jure Civili etiam in criminalibus non ſolùm ipſi † reo damnato, ſed cuivis 530
etiam extraneo, tantò magis patri, expreſsè permiſſum, neq; ulla univerſali &
pragmatica Lege prohibitum, *text.in l.notandum,6.ff.de appell.* Ubi JC. Ulpian.
Non tantùm ei, inquit, qui ad ſupplicium ducitur, provocare permittitur: ve-
rum alii quoque nomine ejus, etiam ſine mandato, neque diſtinguitur utrum
neceſſarius ejus ſit, nec ne. Credo enim humanitatis ratione omnem provo-
cantem audiri debere. *Et l.lege Julia,7.ff.ad L.Jul.de vi publ.* Ubi idem Ulpianus,
Lege, inquit, Julia de vi publica tenetur, qui cum imperium poteſtatem vè ha-
beret, civem Romanum adverſus provocationem necaverit, verberaverit, &c.
l.2.ff,2.§.de pœn. Ubi idem Ulpian. Cùm, inquit, accipiemus damnatum qui non
provocavit, cæterum ſi provocet nondum damnatus videtur. *fac.l.13.§.2.ff.qui te-
ſtam.fac.poſſ.l.6.§.3.C.de appellat.l.29.Cod.eod.* Ubi Impp. Arcad. & Honor. hanc
addunt rationem: ut videlicet cauſa in appellationis Judicio diligentiùs exami-
netur, ubi contra hominis ſalutem, per errorem vel gratiam cognitoris oppreſſa
putatur Juſtitia, *Junct.l.30. C.eod.l.6.§.fin.C.de Epiſcop.aud.l.2.C.ſi pendent,ap-
pellat.mors interv.cum ſimilib.latè.* Farinac.*de pœnis temperand.q.*101.*n.1.& ſeqq.*
Et de Jure † Canonico Judicem non deferentem Appellationi, in cauſa crimina- 531
li ab officio deponi teſtatur, Nicol.Boër.*deciſ.153.n.4.*

Et quamvis ſint, qui ſtatuere non verentur, de generali & inveterata Ger-
maniæ conſuetudine appellationes in criminalibus non recipi: tamen hic pro-
bè obſervandum, † experientiſſimos Germaniæ JCtos ſimpliciter & in uni- 532
verſum appellationes in Germania ſublatas eſſe, in criminalibus, nuſquam re-
ſpondere, ſed temperamento adhibito reſtrictè ſcribere, *in pleriſq;* Germaniæ

locis appellationes non recipi, Matth. Weſenbec. *in paratitl. de appellat. recip. n 3. junct. his quæ tradit idem conſil. 43. n. 131.* Erneſt. Cothman. *conſil. 4. n. 82. vol. 3.*

533 Item per Germaniam † *quodammodo* receptum eſſe, ne in cauſis criminalibus appelletur, Johan Ferar. *in tract. de appellat. lib. 1. c. 5. nu.* 58. Daniel. Moller.
534 *lib. 4. ſemeſtr. n. 1. & ſeqq.* Ubi teſtatur non ſolùm in † ditionibus omnibus Electorum & Ducum Saxoniæ, quæ pars ſunt Germaniæ non exigua, appellationes in cauſis criminalibus admitti, ſed alibi etiam in Germania ita obſervari. Atque ita facultatem Juridicam Marpurgenſem, à Duce Megapolitano conſultam reſpondiſſe, & ſecundùm reſponſum prædictum Celſiſſimum Ducem pronunciaſſe, *teſtatur* Erneſt. Cothman. *conſil. 16. n. 162. vol. 1.*

535 Idque etiam † ita ex ordinatione curiali Pomeranica obtinere, ac in eandem ſententiam Facultatem Juridicam in Academia Roſtochienſi reſpondiſſe, *teſtatur idem* Cothman. *conſil. 4, n. 84. & 85. vol. 3.* Ita & Facultatem Juridicam in Academia Giſſena, de caſu criminali ex Ducatu Brunſuicenſi conſultam de Jure reſpondiſſe, *teſtatur* Henric. Rebelſtrå / *quæſt.* 21. Rüger. Ruland. *in tract. de Com-*
536 *miſſar. & commiſſion. part. 1. lib. 2. cap. 3 ſub n. 8.* Ubi appellationes † in criminalibus paſſim recipi teſtatur in Sabaudia, quæ Imperii Romani eſt provincia, R. A. zu Speyer / *de Anno 1544. in pr. & de Anno 1541. §.* Nach dem aber in dem Sleidan. *lib.* 10. *comment.* Appellationes in criminalibus, & in ſpecie in Veneficii crimine recipi teſtatur Anton Fab. *in Cod. rerum in Saband. Iudic. lib. 9. tit. 12. defin 1. & 2.*

537 Cùm itaque † de jure aperto & manifeſto, in criminalibus appellatio ſit permiſſa, allegans de conſuetudine locum non habere, ipſam in eo ipſo loco, in quo prætenditur illa vigere, probare debet, ex quo regula eſt in contrarium, *per doctrin. gl. in l. omnis definitio, ff. de reg. Iur.* Johan. Fichard. *conſil. 36. n. 5.* Erneſt Cothman. *conſil. 24. n. 7. 8. vol. 1.* Incertum autem eſt, num talem conſuetudinem contra jura ſcripta Domini N. N. in illo judicii ſui loco probare poſſint. Neque
538 ſufficeret probare ſolùm non uſum, † ſed neceſſe eſt ut probetur, & caſus tales contigiſſe, vel contradicto judicio vel actibus, longo retrò tempore obſervatis, contrarium introductum, Cyn. *ad l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Bart *in §. antea in proœm. ff.* proſper. Farinac. 1. *conſil. 30. n. 108.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 99. n. 7. & ſeqq.* Hieronym Schurff. 3. *Conſil. 47. per tot.* Honded. 1. *conſil. 110. num. 22.* Hugo Donell. *lib. 1. comment, cap.* 10. Ubi eleganter deducit ad tollendam legem veterem, non ſufficere eâ non uti, niſi etiam contrario facto populus declaret, eam ſibi improbari

539 Verum † pro ratione dubitandi urgens militat fundamentum, quod deſumitur ex noviſſimis Imperii Conſtitutionibus, in quibus indefinitè refertur, inveteratam eſſe Germaniæ conſuetudinem, in criminalibus appellationes non admitti, R. A. zu Augſpurg / *de An. 1530. §.* Item / als jetzt etliche Zeithero / rc.
540 *Ordinat. Camer. part. 2. c. 28.* Ex quibus † apparet, non ſolùm illam eſſe Germaniæ

niæ conſuetudinem, ſed etiam eam ipſam pragmatica Imperii Lege comprobatam, atque ita ſub teſtimonio hoc comprobant, Mynſing. *4. obſerv. 41.* Geil. *1. obſervat. 1. n. 28.*

Ad hæc *Reſpondetur.* I. Publicas iſtas Imperii Conſtitutiones † principaliter ad Imperiale pertinere tribunal, uti modo citati loci & interpretes oſtendunt & docent. Erneſt. Cothman. *conſil. 14. n. 9. & conſil. 16. n. 158. vol. 1.* Cùm † verò juris communis correctoria ſit lex, reſtrictè accipi debet, neq; de loco ad locum, neq; de tribunali ad tribunal extendenda, *l. jus ſingulare, ff. de leg.* Franciſc. Aretin. *conſil. 44. n. 1.* Hippol. Riminald. *conſil. 350. num. 7. lib. 3.* Et in ſpecie, quòd ſtatuta & conſuetudines tollentes appellationes † in cauſis criminalibus, tanquam non ſolùm Juris Civilis, ſed etiam quodammodo naturalis, correctoriæ non extendendæ, ſed quoad ejus fieri poteſt, reſtringendę ſint, *teſtatur* Ludolph. Schrader. *inter conſil. var. German. conſil. 40. nu. 81. part. 1. quem ad hoc allegat* Daniel. Moller. *4. ſemeſtr. d. c. 33. n. 2.* 541 542 543

II. *Reſpondemus,* † verba illa allegatarum conſtitutionum, in hoc quidem eſſe diſpoſitiva, ne in Camera recipiantur appellationes cauſarum criminalium, quantum verò ad allegatam in iis conſuetudinem attinet, planè ſunt narrativa & relativa, cum in iis de tali jure non diſponatur, ſed ſaltem narretur, talem in Germania eſſe conſuetudinem. Verba † autem legis narrativa, Jus non faciunt, *l. non Epiſtolis, l. non nudis adſeverationibus, C. de prob.* Bart. *in l. qui. volebat. ff. de hered. inſtit.* Jaſ. *ad l. ex his, & per ill. text. n. 2. C. de milit. teſtam.* Maximè quando in † correctoriis juris & odioſis, ut hoc caſu verſamur, *cap. 1. in fin. de fil. præſit.* Tiber. Decian. *reſp. 120. n. 17. vol. 3.* Surd. *conſil. 168. n. 47.* Johan. Gœdd. *conſ. Marp. 26. num. 120. vol. 1.* Idq; † tantò magis obtinet, quando principaliter contingit dubitare de eo, quod in facto præſupponitur, & enunciatur, *uti declarat* Alex. *conſil. 21 vol. 1. & conſil. 136. col. 7. eod vol.* Bald. *in l. ad probationem, C. de locat.* 544 545 546 547

Jam verò hic contingit dubium, de ea ipſa univerſali, quæ *in dd. conſtitut.* enunciatur, conſuetudine, & ex iis, quæ deducta ſunt, patet in univerſa Saxonia, item in Ducatu Megapolitano, Pomerania, & aliis locis Germaniæ, iſtam conſuetudinem non obtinere, ſed Jus commune, adhuc dum circa recipiendas appellationes cauſarum criminalium obſervari: Ideoq; generaliter ad omnia Germaniæ loca, ſalva veritatis ſubſtantiâ, quæ nudis adſertionibus non vitiatur, *l. illicitas, §. 1, ff. de offic. præſid.* inferri non poteſt, † cum vel una data inſtantia argumenti generalis nervus incidatur, *l. is qui, §. ego, & §. quæſitum, ff. qui vi aut clam, §. pavonū, inſtit. de rer. diviſ.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. convent. l. 13. tit. 6. n. 43.* 548

Quamobrem cum iſtæ conſtitutiones ſe referant ad conſuetudinē † Germaniæ, quam non in omnibus locis obtinere expeditum eſt, eatenus obtinent, quatenus probari poteſt, in hoc vel in illo loco Germaniæ per conſuetudinem inveteratam, Jus commune abrogatum eſſe: Quia eatenus creditur referenti, quatenus reperitur in relato. *Auth. ſi quis in aliquo, Cod. de edend. l. in teſtamento, ff.* 549

de con-

Digitized by Google

condit.& demonſtrat.gl.in c.1.de fid.inſtrum.Specul.de inſtrum edit.§.reſtat.col.ſin.
550 verſ.pen.Herm.Vult.conſil.Marp.16.n.24. adeò ut ſi referenti † aliud inſertū ſit,
quàm in relato deprehenditur, id per incogitantiam & errorem factum præſu-
matur, uti declarat Decian.conſil.63.n.6.verſ.nec obſtat. Quem ad hoc allegat, Me-
noch.conſil.1.n.95.& 96. Vicent.Honded.2.conſil.69.n.79.Surd.conſil.381.n.24.
551 Et veritas † quomodocunq; apparet, prævalere debet opinioni, & ei innixæ aſ-
ſertioni. Socin.Jun.conſil.180.n.82.& 84.lib.2. Tiber.Decian.conſil.33.n.63.lib.1.
552 III. Reſpondemus per aſſertionem † & ſummi Legiſlatoris & Principis,
etiam in lege pragmatica, factæ non probari conſuetudines ſpeciales locorum,
utpote in nudo & mero facto conſiſtentes, text.eſt apertus in cap 1.de conſtit.in 6.
Ubi valde accommodatè, & in terminis noſtris Boniſac.8. ita conſtituit: Licèt
Romanus Pontifex, qui omnia Jura in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere, con-
ſtitutionem condendo poſteriorem, priorem revocare noſcatur: Quia tamen
locorum ſpecialium & perſonarum ſingularium conſuetudines & ſtatuta, cum
ſint facti & in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare: ipſis dum tamen
ſint rationabilia, per conſtitutionem à ſe noviter editam (niſi id expreſsè cavea-
tur in ipſa,) non intelligitur in aliquo derogare. In quo textu ſatis apertè cave-
553 tur, † in probatione conſuetudinis, tanquam dubio facti, etiam ſummum Prin-
cipem errare poſſe, & ita infert hunc text. Petr.Foller. in conſtit. regn. Sicil. tit. de
offic. Juſtitiar. n.9. Roch.Curt. de conſuetud. ſect. 8. n. 9. Et poſt hos ita deciſive pon-
deravit hunc text. Dn. referens in cauſ. Viermundt contra Viermundt / apud
554 Meichſn.deciſ.Camer.14.n.62.& ſeqq.Tom.3. Ubi † concludit principi aliquid
affirmanti quod juris eſt, ejus aſſertioni ſtandum eſſe, ſecus in iis quæ facti ſunt,
555 per tradita Socin.Sen.conſil.87.nu.18.li.3. Præſertim † cum ex quotidiano rerum
uſu appareat, quamlibet ditionem, civitatem, imò quemlibet ferè vicum pecu-
liares ſuas habere conſuetudines, Bender. in tract. de reviſ. concluſ.33.n.16. Quas
Princeps etiam prudentiſſimus ignorare poteſt probabiliter, d. cap. 1. de con-
ſtit. in 6. junct. l. 2. ff. de jur. & fact. ignorat.

Quamobrem, niſi illam conſuetudinem in ſpecie in illo loco, contra Jus
inductam Domini N.N. probare poſſent, vel niſi ab iis immediatè ad Came-
ram, & non Reverendiſſimum loci Epiſcopum provocationes procedunt, de
quo nobis non conſtat, humanitatis ratione & urgente auctoritate, admittere
puellæ hujus, ejusq; parentis provocationem debuiſſent. Præterea quicquid ſit
de illa conſuetudine, & lege imperii, prohibente appellationes cauſarum crimi-
556 nalium in Camera † certum tamen eſt nullitatis querelam in cauſis criminali-
bus, in Camera admitti, & aliquoties deſuper proceſſus decretos. Ordinat. Ca-
mer. Part.1.tit.28. Mynſinger.4.obſervat.42. Roding. in Pandect. Cameralib. lib.1.
cap.29. Rüger. Ruland. de Commiſſar. & commiſſion. part.1. lib.2. ca.3. n.2 Geil.1.
obſ 1.n.28. Tob. Paurmeiſt. de Juriſd. Imper. Rom. lib.2. cap.4. num.155. Bender. de
reviſ. concluſ.33.n.30.

Cùm

Digitized by Google

Cùm itaq; tam puella ipſa quàm pater ejus ſuſpendi executionem petierint, adeq; ipſo facto provocaverint, dubium non eſt, propter notorias ex prima Actorum inſpectione apparentes iniquitates, videlicet quòd puella minorennis in Judicio Criminali indefenſa, nulla præviâ accuſatione, nullo ei dato curatore, ex nudis confeſſionibus, iisque variis, magna ex parte erroneis, falſis, contrariis & incertis, omiſſa diligenti loci, temporis, aliarumq; circumſtantiarum inquiſitione graviori quàm Carolina vult Conſtitutio, pœna damnata ſit, talem provocationem à ſuperiori receptam fuiſſe, ac Judicem loci ſuſpenſa executione, coram Judice ſuperiori, in termino citationis comparere, & legitimè proceſſum eſſe per acta criminalia docere debuiſſe, *per tradita* Geil. *d. obſ. 1. n. 28.* Erneſt. Gothman. *conſil. 29. n. 473. vol. 3.* Hoc cum non fecerit Judex loci, puellę defenſionem ab ipſa natura monſtratam, notoriè erroneas & falſas confeſſiones convellendi eripuit, ſuperioris etiam juriſdictionem contempſit & violavit.

Denique tradunt *Dd.* † etiamſi ſtatuto vel conſuetudine expreſsè prohi- 557
beatur in criminalibus Appellatio & Nullitatis querela: tamen hoc non procedere, ſi conſtet ex actis de manifeſta ſententiæ & injuſtitia & nullitate notoria, *gl. Abb. & alii, in c. ex conquaſtione, de reſtit ſpoliat.* Marſil. *conſil. 64. n. 20. cum plurib. ſeqq.* Vant. *de Nullitat. tit. ex defect. Juriſd. n. 4. & 5. quos & alios in terminis noſtris ad hoc allegat & multis perſequitur* Berthazol. *cõſil. crimin. 79. n. 1. 2. 3. & ſeqq.*
Item † ꝙ appellatione prohibitâ nihilominus appellare quis queat, ex cauſa juſta 558
quam acta monſtrent & notoriam faciant, Tyraquell. *in tract. le mort. ſaiſit le viſ. in 6. part. declarat. 6. in princ. n. 4.* Lancellot. *de attentat. part. 2. tit. de attentat. appellat. pendẽt. c. 12. n. 57. Quos in terminis noſtris ita citat & ſequitur.* Erneſt. Cothman. *conſil. 16. n. 156. vol. 3.* Quin autem ex actis appareat, puellam hanc ejusq; patrem juſtiſſimam propter enumeratas ſupra nullitates & injuſtitiam provocandi, ſanguinemq; ſuum juvenili facilitate, & erroneis confeſſionibus periclitantem, redimendi cauſam habuiſſe, dubium nemini eſſe poterit.

Decimooctavò conſiderando jam proceſſum iſtum, quatenus Nobiliſſimam Dominam viduam, ejusq; filiam implicat, & inquiſitionem ejusq; publicationem contra eas concernit: certum eſt, illum nullitates palpabiles involvere, & contra aperta Jura inſtitutum eſſe.

Ubi *Primò* præſupponimus, † inquiſitionem ſpecialem contra certam 559
perſonam, qualis hæc contra Dominam viduam fuit, eſſe de genere prohibitorum: quia regulariter à Jure prohibita eſt, niſi in caſibus à Jure expreſſis, *ſecund.* Bald. *conſil. 124. col. 2. vol. 5. quem ad hoc allegat* Robert. Marant. *part. 6. rubr. de inquiſitione, n. 6.* Maximè † cõtra perſonas & Matronas Nobiles, pietate & vitæ ho- 560
neſtate conſpicuas, in quas ſuſpicio inquiſiti criminis non cadebat, *cap. cum oporteat, c. qualiter & quando, extr. de accuſat. Conſtit. Crimin. artic. 25. v.* Erſtlich/ob d' Verdachte eine ſolche verwegene vnnd leichtfertige Perſon/ von böſem Leymuth

oder Gerücht ſey/das man ſich der Miſſethat zu ihr verſehen möge/ꝛc. *Junct. artic.* 31. *verſ.* zum Vierten/ꝛc.

561 *Secundò* † certi ac indubitati juris eſt, inquiſitionem ſpecialem piè, ritè & legitimè inſtitutam & formatam non cenſeri, niſi præcedentibus indiciis urgentibus, vel diffamatione, quæ ortum habuit à perſonis fide dignis & honeſtis, *text. in d. c. cum oporteat, c. qualiter & quando, de accuſ. c. inquiſitionis, §. tertia, eod. cap. licet,* Heli *extr. de* Simon. *l. 1. §. idem* Cornelio, §. Divus Severus, *ff. de q. Conſt. Crim.* Carol. V. *artic. 6. in princ.* Marſ. *in practic. crim. §. 2. nu. 87.* Boſſ. *in tit. de inquiſit. 21.* Menoch. *de arbitrar. q. 78. n. 1. li. 1.* Clar. *§. fin. q. 5. & 6.* Proſper. Farinac. *conſil. 86. n. 61. in fin.* Berthazol. *cōſil. 557. n. 1.* Erneſt. Cothman. *conſ. 29. n. 125. vol. 3.*

562 Etiam † ſtante ſtatuto, quòd Judex in criminalibus liberè poſſit procedere, tamen non poſſet inquirere fama non præcedente, contra non diffamatum, Jaſ. *in l. milites, C. de teſtam. milit.* Dec. *conſil. 175. col. 2. verſ. non obſtat.* Roland. à Valle, *conſil. 3. n. 11. vol. 3. & n. 18. ibid.* ubi dicit, hanc concluſionem ſervare totum mundum, ſive inquiſitio ex Jure Civili, ſive ex Jure Canonico, ſive ex conſuetudine, ſive ex mero formetur arbitrio, Cravett. *conſil. 238. n. 11:* Burſat. *conſil. 94. num. 38. lib. 1.* Cothman. *d. conſil. 29. n. 128.*

563 Quinimò illa † diffamatio præterquam quòd à fide dignis ortum habeat, debet eſſe crebra, ita quod generet ſcandalum, & quod ad eam amplius connivieri nequeat, *d. c. qualiter & quando,* Gandin. *de maleſic. verb. quod vel à quibus, num. 11.* Socin. Jun. *conſil. 37. in princ. vol. 2.* Ruin. *conſil. 147. in pr. vol. 5.* Ita, quaſi videatur populus ipſe diffamatum, tanquam reum criminis deferre Judici, *ut in his noſtris terminis & veneficii crimine notat* Godelman. *de Mag. & Veneſic. lib. 3. cap. 3. n. 6. & 7. & 8.* Atq; de illa diffamatione ex actis publicis conſtare debet. Hondede. *conſil. 108. num. 12.* Berthazol. *conſil. crim. 341. n. 29.*

564 Ideoq; † Judice ſine diffamatione inquirente, non ſolùm ipſa inquiſitio redditur nulla, ſed etiam is tenetur inquiſito ad expenſas, & contrà eum præſumitur de calumnia, Pariſ. de Put. *tractat. Syndic. verb. inquiſitio, col. 2. & 6.* Robert. Marant. *part. 6. tit. de inquiſit. n. 31. allegans ad hoc* Bald. *in l. ſancimus, 15. col. fin. C. de Jud.* Roland. *d. conſil. 3. n. 13.*

At in noſtro caſu, nulla contra Dominam viduam ejusq; filiam de veneficii crimine præceſſit diffamatio, neque ulla alia indicia, quæ ortum traxerint à fide dignis, ſed à puellæ illius patre homine malevolo & calumniatore leviſſimo, qui enormia hæc delicta falſiſſima, de Domina vidua ejusq; filia, typo malitiæ, non verò juſtitiæ & veritatis zelo ductus, Judici intimavit, *ut loquitur* Pontifex, *in d. c. cum oporteat, verſ. verum dictus de accuſat.*

565 Judicem † autem ad hominis unius ejusq; leviſſimi & malevoli delationem nullâ præcedente diffamatione, contra honeſtam perſonam inquirere diſertè vetat, *text. in d. cap. cum oporteat, ibi:* Diſcretioni † veſtræ mandamus, niſi

566 ſuper prædictis (non obſtante delatione illo caſu facta) famam ipſius læſam eſſe noveritis,

noveritis,vos ad inquiſitionem non ſubitò procedatis, *concord. Conſtitut. Crimin.*Carol.*art.6.in pr.& artic.25.ibi.* das ſolches nicht von Feinden oder leichtfertigen Leuten/ſondern von Unpartheyligen kommen.

Et Judicem † ſine indiciis, de perſonis maximè honeſtis inquirentem, 567
tantùm injuriâ inquiſitum afficere, ſed eo ampliùs graviter puniri poſſe, & non Judicis ſed canis nomen mereri, *apertè ſcribit*, Raphaël. Fulgos *conſil. 106. nn. 2. uti eum allegat & ſequitur* Cothman. *conſil.7.n.47.vol.1.* Neque eum † Judicem 568
ad delationem cujusq; hominis leviſſimi, ita quærendo oportet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis, *ut loquitur* Ulpian. *in l. Prator.7.in pr.ff.de injur.* Neque honeſtarum perſonarum famam & ſalutem infimorum & malevolorum arbitrio committere, *l. unius, §. ſervo ff. de quæſtion.*

Imò tantum abeſt, ut talia † hominum leviorum de viris bonis & nobili- 569
bus ac honeſtis matronis crimen ſpargentium teſtimonia contra hos, probationem aliquam certam faciant, *l.1.§.5.§.17. & 19 ff. de quæſtion. c. 1. extr. de confeſſ.* Weſenbec. *conſil.98.n.11.* Ut ne quidem ſiniſtra eos gravent opinione, *l. 1. §. ſi ſervi quaſi ſceleris particeps ff. de quæſt.* Erneſt. Cothman. *d. conſil.29.n.105. & ſeqq*

Quare cùm in caſu præſenti, ad ſolam cæmentarii illius puellæ noſtræ patris & novercæ delationem notoriè falſam & frivolam, non præcedente diffamatione, vel aliis urgentibus indiciis, ad inquiſitionem ſpecialem contra Dominam viduam ejusq; filiam proceſſerint, interrogando ſuper articulis delatis puellam, eiq; contra juris ordinem ſuggerendo dubium non eſt, inquiſitionem illam ipſo jure nullam eſſe, *per text. in d. cap. cum oporteat, & c. qualiter & quando de accuſat.* Farinac. *in pr. crim. q.1.n.40.* Decian. *in tract. crim. lib.5.c.29.n.41.* In
tantùm quòd hujuſmodi † inquiſitionis Nullitas, ex defectu indiciorum deſ- 570
cendens, omnia acta poſt facta pariter inficiat, nullaq; reddat, etiamſi de crimine excepto agatur, Roland. à Valle *conſil.51.n.23.vol.1.* Farinac. *d.q.1.n.44.* Honded. *conſil.108.nu.13.lib.1. quos adhoc allegat* Facultas Juridica Colonienſ. *in conſil. quod extat. inter conſil.* Cothman *poſt.29.n.119.vol 3.*

Præterea tanto minùs cæmentarii hujus hominis leviſſimi & infimæ ſortis, delationi falſiſſimæ, contra Dominam viduam ejusq; filiam habentes apud omnes cordatos pietatis & honeſtatis teſtimonium luculentum, ut ſuprà in ſecundæ quæſtionis reſolutione *nu.182. & mult: ſeqq.* probavimus, Judex credere debuiſſet, cum nullam aliam delationis ſuæ rationem reddere potuit, quàm hanc, quòd à puella iſta ſtolida, minorenni, peſſimè educata, à Diabolo corporaliter obſeſſa, & quæ ſe falsò criminis ſociam dixerat, audiverit & perceperit, quæ non ſolùm propter multos, imò plurimos defectus, ſuprà in ſecundæ quæſtionis reſolutione *n.200. & aliquot ſeqq.* enumeratos, teſtimonium contra Dominam viduam, ferre non potuit; ſed etiam interrogata à Judice, hanc dicti ſui ineptiſſimam rationem adduxit, ſe à Diabolo audiviſſe, Dominam viduam ejusque filiam, eſſe in conſortio Sagarum, quamvis poſteà variando & contradi-

Digitized by Google

cendo ſibi aliam dicti rationem attulerit. Itaque primus hujus diffamationis auctor fuit Diabolus, deinde calumniantium malignitas, & temeraria Judicis crudelitas: Et neq; puella iſta, neque pater ejus fide digni & integri fuêre ad inducendam diffamationem, & ſufficientia ad inquirendum indicia, qua de re ſuprà latiùs egimus. Et ad probandam talem famam, quæ viam aperit inquiſitioni non ſufficit teſtem dicere, ſe audiviſſe ab una & cuſtodia quadam puella à Diabolo deluſa, & pro obſeſſa habita, quævè Diabolum dicti auctorem alleget:
571 † ſed à majori populi parte ejus loci, in quo fama ſpargitur, Bart. *in l. de minore, §. plurimum, n 14. ff. de minor.* Bald. *in rubr. n. 5. C. de probat.* Pariſ. *conſil. 153. nu. 13. part. 4.* Burſat, *conſil. 192 n. 31. vol. 2.* Natt *conſil 388. n. 3.* Quibus & hoc addimus,
572 quòd de Jure † minor non poſſit eſſe denunciator maleficiorum. Dyn. *in l. de pupillo, ff. de nov. oper. nunc. quem refert & ſequitur* Bald. *in l. in pr. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 3. cap. 12. n. 22.*

Si itaque minor non eſt idoneus denunciator ad effectum formandæ in-
573 quiſitionis ſpecialis, † neque is, qui non niſi à minore ſe id audiviſſe aſſerit, idoneus denunciator erit ad inquirendum, cùm non plus credatur deferenti, quàm auctori ejus, nec plus copiæ, quàm originali, *per tradita* Honded. *in conſil.* 102. *n.*
574 58. quia ex cauſe † primæ influxu operatur ſecunda, Zaſ. 2 *conſil. 1. n. 107.* Geil. 2. *obſerv. 1. n. 8.* neq; plus eſt in cauſato, quàm procedit ab influente potentia cauſæ,
575 Bald. *in l. 1. ff. de Senator. l. 1. C. de dignit.* Et causâ primâ † infectâ, ſecunda etiam inficitur, quia gubernatur à prima, Cravett. *conſil. 1. pro gener. n. 40.*

Deinde puella hæc profeſſa eſt, ſe ſociam criminis, & ut talem, Dominam
576 viduam falsò indicavit. Atqui dictum † ſocii criminis famâ non præcedente, non eſt ſufficiens ad inquirendum Judicium, maximè contra perſonas Nobiles & honeſtas, in quas ſuſpicio tàm gravis delicti non cadit, Hippolit de Marſil. *in practic. crimin. § conſt. inter, n. 39. & in §. diligenter, n. 67. & conſil. 35. nu. 52.* Plot. *in repetit. l. ſi quando, 16. §. 4. n. 24. C. unde vi, ubi teſtatur de com. opi*, Berthaz. *conſil. crimin. 556. n. 9. junct. n. 15.* Roland. à Valle. *conſil. 51. n. 25. & ſeqq. vol. 1.* Robert. Marant. *in ſpec. part. 6. tit. de inquiſit. n. 23* Ubi dicit rationem hujus eſſe ex-
577 peditam; quia † fama debet procedere à fide dignis & honeſtis. Socii autem criminis non ſunt tales. Ergò non præcedente fama vel aliis indicus, dictum ſocii criminis non ſufficit ad inquirendum, *Conſtit. Crimin. art. 25. §.* Erſtlich / *art. 31. §.*
578 zum Vierdten / ꝛc. Quibus & hoc accedit, quòd in genere † fœminarum narrationes non cenſeantur fide dignæ, & tales, quibus tutò inſiſtere licet, *ut poſt* Barbat. & Tyraquell. *tenet* Anton Gabriel. *com. concluſ. lib. 7. concluſ. 8. n.* 42.

Et quamvis Farinac. *q. 43. n. 130.* Clar. *quæſt. 21. n. 6.* & alii ſtatuant, dictum ſocii criminis facere indicium ad inquirendum, id tamen, ſi ipſi ita declarant,
579 locum habere, † quando contra ſocium talem nihil aliud opponi poſſet, quàm quod de ſocium criminis feceerit. At ſi alios præterea defectus patiatur, & aliis etiam de cauſis ſit inhabilis, nullam omninò fidem facit, etiam in criminibus

exceptis

Digitized by Google

exceptis, ſed in totum repellitur, *ut per doctrinam* Angel. *in l. qui in Iudicio, ff. de accuſat. tradunt* Marſil. *conſil. 74. nu. 23.* Grammat. *conſil. 38. nu. 9. Conſil. 35. nu. 27.* Roland. à Vall. *d. conſil. 3. n. 31. 32. 33. vol. 3.* Facult. Juridic. Colonienſ. *d. conſil. n. 135.* Et hâc declarationem communiter approbatam *ex* Laurent. Hircon. Riminald. *& aliis dicit* Vincent. Honded. *conſil. 93. n. 38. & ſeq. vol. 2. quod latius per ſequitur* Farinac. *d. q. 43. nu.* 178. Ubi inter alia † de defectu ſocii criminis qui eſt minor, 580
quod is repellatur, *& in iiſdem terminis de minore ita ſequitur* Roland. *d. conſil. 3. n. 26. & 27.* Berthazol. *conſil. crimin. 565. n. 14.* Ubi de ſocio † criminis vario & ſi- 581
bi ipſi contrario, quod is non faciat inducium, neque ad inquiſitionem neque ad torturam, Burlat. *conſil. 204. n. 62.* Berthazol. *conſil. 40. n. 12. lib. 1.*

Jam verò præter ætatis defectum & variam ac inconſtantem hujus puellæ depoſitionem, multi alii ſuprà adducti ſunt defectus, quod videlicet communiter habita fuerit pro obſeſſa, quod Diabolus multa & varia per os ejus fuerit locutus, quod fuerit malè educata, malè cuſtodita, & à patre aliiſque calumniatoribus ad diffamandas honeſtas perſonas inſtigata, quod rationem dicti reddiderit talem, ex qua non niſi falſitas & calumnia colligi potuit.

Denique tanto minus hujus puellæ dictum nocere potuit Dominæ viduæ ejuſque filiæ, quod illa neque mediante juramento, neque tortura ut ſocia criminis illud depoſuerit, quòd tamen jura noſtra poſtulant, ut aliqua fides ſocio criminis haberi debeat.

Decima nona, Nullitas ex hiſce jam præmiſſis colligitur, quod ſicuti Directores hujus proceſſus criminalis, ex ſola delatione hominis leviſſimi, qui id ſe audiviſſe dixit à puella noſtra ſtolida, multis modis ad veritatis teſtimonium inhabili, quæque dicti ſui auctorem Diabolum allegavit, non præcedente diffamatione aut ullis aliis legitimis & ad inquiſitionem ſufficientibus indiciis contra Nobiliſſimam Dominam viduam ejuſque filiam, nec ritè, nec piè, nec legaliter inquirere, neq; eas inter reos criminum in Protocollum ſuum referre potuerunt vel debuerunt: ita tanto minus debuerint falſiſſimas iſtas delationes & delicta tam atrocia de Domina vidua ejuſque filia, per meram ſuggeſtionem elicita, & contra juris ordinem in Protocollum relata, in prædictæ Dominæ viduæ, ejuſque filiæ ac totius familiæ dedecus & ignominiam, in judicio, quod officina juſtitiæ & veritatis eſſe debet, publicare, licet ſuppreſſis id fecerint nominibus, iis tamen circumſtantiis, ut quivis facilè intellexerit iſta de Domina vidua ejuſque filia publicari: Inſuper ipſam puellam aliquoties Dominam viduam ejuſque filiam in ipſa publicatione nominaſſe & proclamaſſe, conſtat, quibus omnibus Judex nulliter & contra juris ordinem procedendo anſam & occaſionem præbuit.

Summa itaque hujus argumenti eſt: † Quando Judex non poteſt contra 582
aliquem ſine evidenti nullitate de jure formare proceſſum inquiſitionis ſpecialis, tunc etiam nec poteſt nec debet ea quæ contra juris ordinem inquirendo

 congeſſit,

Digitized by Google

congeſſit, maximè inquiſito deſuper non audito, publicare, cum inquiſiti honor & fama inde magis quàm ex ipſa inquiſitione lædi poſſit, & hoc noſtro caſu de facto Dominæ viduæ fama inde è malevolis lacerata ſit.

Viceſimo, ꝑpſito ita, citra tamen veritatis præjudicium, Dominos Directores hujus proceſſus ad ſolam delationem leviſſimi iſtius cæmentarii, juſtè potuiſſe inquirere contra Dominam viduam ejusque filiam easque referre inter reos criminum capitalium, quod jure eos non potuiſſe modò demonſtratum
583 eſt, † eo tamen caſu publicari ille proceſſus in quantum concernebat Dominam viduam ejusque filiam, iis inauditis & ad hoc non citatis nullo modo de-
584 buiſſet. Idque ex hac juris ratione inevitabili & regula certiſſima: † Quoriescunq; aliquis ex actu qui geritur lædi, & contradicere poteſt, toties vocandus eſt. *text in l. de unoquoq. & ibi gl. f. & Zaſ. ff. de re Iudic. l. nam ita, 39. ibi, adhibitis etiā his qui contradicent, id eſt qui lædeventur, ff. de adopt.* Hieron. Schurff. 1. *conſil.* 9. Geil. 1. *obſ.* 48. *n.* 1. Mynſing. *obſ.* 6. *n.* 1. *cent.* 6.

585 Quod etiam † in ſummo procedit Principe, qui licèt legibus ſit ſolutus, contra abſentem tamen & non vocatum procedere, & aliquid in ejus damnum & præjudicium decernere non poteſt. *per text. ad hoc ſingular. in Clement. Paſtoralis de re Iudic. l. ul. C. ſi per vim vel alio modo, l. ult. ff. de natal. reſtit. cum ſimilibus.*
586 Idque † juri divino congruit, Geneſ. *cap.* 18. *v.* 21. *cap. Deus omnipotens,* 2. *queſt.* 1. *cap. quodlibet & quando, extr. de accuſat.*

Et hunc proceſſum ipſe Jehova ſupremus Judex in Paradiſo judicibus hujus ſeculi monſtravit, dum primos noſtros parentes legis tranſgreſſores prius ad proceſſum inquiſitionis vocavit, & quamvis ſciret, illis defenſiones legitimas non competere, tamen eas quas protulerunt audivit, iisque demum auditis ſententiam publicavit, Geneſ. *cap.* 3 *v.* 9. *& ſeqq.*

587 Eſt enim † citatio ſpecies defenſionis, quę ex ipſius naturæ promanat fon-
588 tibus, *arg. l. ut vim, cum ſimilibus, ff. de Iuſt. & jur.* Et † nemini deneganda, *l. de-*
589 *fenſionis facultas, & ibi Dd. ff. de jur. Fiſ.* Ne † quidem Diabolo, ſi foret in judicio,
590 *ut loquuntur Dd. &* Rot. Roman. *Deciſ.* 364. Indeque † nec ſtylo nec ulla conſuetudine induci poſſet, ut citatio in actu, in quo quis lædi & contradicere poteſt, omittatur. Alexand. poſt Bald. *in l. ſi ſic ſub n.* 18. *ff. de legat.* 1. Peregrin. *int. conſ.* Farinac. *lib.* 1. *conſil.* 85. *n.* 21.

591 Quamobrem † nullitas ex defectu citationis proveniens inter omnes alias cenſetur potentiſſima Vant. *de Nullitat. tit. de defect. citat.* Certum autem eſt, ex hac inquiſitione, ejusque publicatione, Dominam viduam ejusque filiam & totam familiam lædi & contradicere potuiſſe, prout etiam de facto læſæ ſunt: Ideo-
592 que † antequam ille proceſſus in vulgus, & delicta falſa pro veris in judicio de iis publicarentur omninò eas prius vocare, & ſuper capitulis delationis audire Judex, juris neceſſitate obſtrictus fuit, *qua de re text. in terminis eſt, d. cap. qualiter & quando, poſt med. ibi.*

Debet

Debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi per »
contumaciam ſe abſentaverit: & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fue- »
rit inquirendum, ut facultatem habeat ſe defendendi: & non ſolùm dicta, ſed »
etiam nómina ipſa teſtium ſunt ei (ut quid, & à quo ſit dictum appareat) publi- »
canda, nec non exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: Nec per *ſup* »
preſſionem nominum infamandi, per exceptionum verò excluſionem, deponen- »
di falſum audacia præbeatur. Et paulò pôſt monet *ibi text.* In inquiſitione in »
omnibus diligentem eſſe adhibendam cautelam, ne fortè per leve compendium »
ad grave veniatur diſpendium. *extr. de accuſat.* »

Atqui dubium non eſt, ſi capitula iſta delationis illius cæmentarii, & deſuper nulliter formatæ inquiſitionis ſuggeſtivæ, Dominæ viduæ tranſmiſſa, ipſique defendendi ſe facultas data fuiſſet, falſitatem hujus delationis & calumniarum facilè doceri, & ita jure impediri potuiſſe, ne tam atrocia delicta, de ſe falſo publicarentur, prout in ſeqq. brevibus demonſtrabitur.

Neque eſt, quod hic quis objiciat, † illos demum eſſe vocandos, quos 593
principaliter & directò negocium tangit, non verò quibus oblique & per conſequentiam præjudicium generari poteſt. *l. 1. §. denunciari, 14. ff. de ventr. inſpic.* Udalr. Zaſ. *ad d. l. de unoq: ioq., n. pen. ff. de re Iudic.* Vant. *de Nullitat. d. tit. de citat. n. 19.* Schurff. *d. conſil 9. n. 4.* Molina *de Iur. primog.* Hiſp. *lib. 4. c. 8. n. 3. 4.*

Nam ad hoc reſpondemus, illud procedere in iis actibus, † in quibus non 594
agitur de præjudicio & damno tertii non vocati, irreparabili, ſed jus ejus ſalvum & illæſum remanet. *Et talem etiam caſum continet alleg. l. 1. §. denunciari.*

Quia † ideò ibi non requirebatur citatio ſubſtituti, quod præjudicium non 595
erat irreparabile, ſed ſalvum remanebat jus ſubſtituto probandi partum fuiſſe ſuppoſitum, *l. 1. §. fin ff. de Car bon. edict. & ita ad hunc text. reſpond.* Felin. *in cap. fin. de Magor. & obed.* Proſp. Farinac. *conſil. 168. n. 60. in fin.* Eamq; declarationem ſenatum Pedemontanum approbare teſtatur, Oſaſc. Gacheran. *Deciſ. Pedem. 157. num. 14. iuncl. nu. ult. in fin.*

Atqui per hanc inquiſitionem & maximè ejuſdem publicationem actum fuit, de fama & exiſtimatione, adeoque plenò Dominæ viduæ ejuſque filiæ præjudicio & damno irreparabili. Ideoq; omnino ſuper publicandis de ea delictis falſis, prius cum ſuis defenſionibus audiendæ fuiſſent: vel capitula concernentia earum perſonas publicari non debuiſſent. Damnum † namq; famæ grave & ir- 596
reparabile cenſetur, ideoq; capitali æquiparatur, cum vita & fama pari paſſu ambulare dicantur, *l. 8. §. fin. ff. quod met. cauſ. l. Iuſta 9. ff. de manumiſſ. vind. gl. in cap. pen. extr. de his quæ met. cauſ.* Thom. Grammat. *Deciſ. 98. n. 3.* Geil. *2. obſ. 123.* Ideoque † fama & honor res omnium precioſiſſima. *l. fin. duabus. ff. de R. I. l. ex hac le-* 597
ge, ff. ſi quadrup. paup. fec. dicatur. cap. facta. 11. q. 3. Decian. *tract. Crimin. lib. 3. cap. 25. nu. 54.* Cujus † theſaurus inæſtimabilis, Proverb. *cap. 22.* Syracid. *cap. 41.* Et 598
† ſicut lilium dans ſuavitatem odoris, *ut dicit* Bald *in l. 1. col. 1. C. de confeſſ purgat.* 599

Roland.

600 Rolland. à Vall. *conſil. 98. n. 49. vol. 4.* Ejusq; † jactura gravior amiſſione oculo-
601 rum, *per text. in l. infamia, C. de decur. lib. 10.* Geil. *d. obſ. 123. n. 6.* Vitaque ſine † fa-
ma, viva mors eſt, *arg. l. reprehendendi, Cod de inſtit. & ſubſtit. l. pen. de var. & extra. ord. cognit. l. 1. §. deportatos ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab.*

602 Uſque † adeò ut honeſtis & Nobiliſſimis perſonis magis expediat mori quàm vilipendi, Bald. *conſil. 312. viſis actis, lib. 4. col. 1. in fin.* Cravett. *conſil. 168. n. 2.*
603 *lib. 1.* Et nonnulli † mortem turpitudini anteponendam cenſent, Luc. Penn. *in l. 1. C. de Capitat, civ. cenſ. exim.*

604 Indeque † quod omnis is, qui confingit contra innocentem tale aliquid, quod illius honorem & exiſtimationem lædat, vel propter quod quis famæ periculum incurrere poſſit, malè agat, & furi latroni ac proditori æquiparetur, *cap. ex merito, cap deteriores, cap. ſumma iniquitas, 6. quæſt. 1. cap. homicidiorum, diſtinct. 1.* Petr. de Ancharan. *conſil. 365. jus. §. fin. inſtit. Ut ex illis infert. & concludit* Ludolph. Schrader. *de Feud. part. 9. c. 4 n. 105.*

Si itaq; nec in Civilibus ubi agitur de pleno & irreparabili alicujus præjudicio, etiam per conſequentiam, fas non eſt judici inauditis his, qui ita lædi & contradicere poſſunt, procedere, tanto minus id licebit in criminalibus & cauſis concernentibus famam & exiſtimationem honeſtarum & Nobilium perſo-
605 narum, cum † honor quibuslibet rebus pecuniariis præferendus ſit *l. Julianus, 26. cum ibi notat. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Bald. *in c. ex ratione, l. reprehendenda, 5. & ibi.* Jaſ. *Cod. de inſtit & ſubſtit.*

Præterea apparet ex Protocollo publicato, multa capitula puellæ noſtræ eſſe prælecta, quæ non ejus ſed Dominæ viduæ factum & ei falſo imputata crimina principaliter attigêre, & nihil quicquam ad puellæ aggravandum delictum conferre potuerunt, utpote quod Domina vidua Reverendiſſimi N. ſorori aureum cochlear arte magica ſuſtulerit, & una cum alia fœmina ad ipſum certo pretio diſtraxerit: Item, quod Reverendiſſimo & Celſitud. ſuæ ſorori in itinere cum N Roteburgum irent, inſidias magicas ſtruxerit, & utrisque grave damnum dederit, cum ſimilibus, quæ omnia veritate manifeſtatâ falſiſſima reperta ſunt.

Neq; excuſatur iſthæc nullitas per hoc, quod quidam ex Dominis N. N. à Domina vidua per Notariũ & teſtes requiſiti *2. die Julii, An.* 1617. prætenderunt: Die Herrn N. N hetten bedencken gehabt/ die Fraw N. zu aviſiren: (videlicet quod contra eam inquiſiverint & inquiſitionis capitula ejus etiam factum concernentia publicare voluerint) Sintemal ſolches ein weiter aufſehen gemacht/ vnd ein mehrers darauff erfolgen können/ 2. Das auch keine Obrigkeit ſchuldig were ſolches zu aviſiren.

Ad primum enim Reſpondemus, ſi non integrum viſum fuit Dominis Directoribus proceſſus, viduæ iſthæc, quæ de ea ejusque filiæ fama & exiſtimatione agebantur denunciare, ad evitandas ambages, tantò minus integrum

ipſæ

Digitized by Google

ipſis videri debuiſſet, ejuſmodi atrocia crimina de Domina vidua ejusque filia, antequam illæ deſuper cum ſuis defenſionibus auditæ eſſent, vel aliter per inquiſitionem de veritate indubitatò, conſtitiſſet, famæ & exiſtimationis detrimento totiusque familiæ labe, pro exploratis facinoribus, publicare.

Debet quidem Judex † ambages in judiciis, maximè criminalibus, fugere, 606
interim tamen id cum illa cautela debet facere, ne fortè per leve compendium ad grave veniatur diſpendium, *ut dicit text. in noſtris terminis in d. cap. qualiter & quando circ. fin. de accuſat.* Ne † juſtitia & veritas offendatur, Pſalm. 72. *verſ.* 1. *&* 607
ſeqq. Pſalm. 101. Sapient. *cap.* 1. *v.* 1. *& ſeqq.* Pſalm. 96. *verſ.* 13. Syracid. *cap.* 4. *v.* 33. *& ſeqq. l. puniri & ibi gl. verb. Iudices. C. ſi contra jus vel utilit. publ. l. Iudex*, *ubi* Sichard. *Cod. de Iudic.* Ne † innocens injuſtè opprimatur, *l. abſentem, ff. de pœn.* Ne 608
viduæ ſint † præda & pupilli ſpolium injuſtorum, Eſa. *c.* 10. *v.* 2. ne malum dica- 609
tur bonum, & bonum malum, tenebræ lux, & lux tenebræ, Eſa. *c.* 5. *v.* 20. *C. ſi quis hominem. cap. væ qui dicitis malum bonum*, 21. *q.* 3. Et ſine præcipitantia, Eſa. *c.* 28. *v.* 8. *l.* 1. *C. de execut. rei jud.* Quia † hæc eſt noverca juſtitiæ, Clement. Paſtoralis 610
§. verum de re jud. Bocr. *Deciſ.* 5. *n.* 13. Geil. *de Arreſt. c.* 2. *n.* 12. Sine † cujuſquam in- 611
juria, ne tempeſtate potius quàm poteſtate uti videatur, Zaſ. *conſil.* 10. *n.* 7. Ferdinand. Vaſquetz. 1. *contr. c.* 1. *n.* 20. Non † ex odii fomite ſed charitatis adfectu, *text.* 612
in d. cap. qualiter & quando extr. de accuſat. Dei † & legum timore, Nov. 23. *c.* 3. 613
Non † temere, *cap. temerarium*, 11. *quæſt.* 3. Neque † ex arbitrio & domeſticæ vo- 614
luntatis propoſito: *cap. Iudicet. §. bonus Iudex.* Sed † ſervato juris ordine, *cap. eorum, q. in fin.* 11. *q.* 3. Nov. 28. *c.* 2. *&* 13. Nov. 18. *c.* 5. Audita † parte altera, Syracid. 615 616
c. 11. *v.* 3. Garſ. Maſtril. *de Magiſtrat. li.* 2. *c.* 2. *n.* 84. *& ſeqq.* Et ita † ut vel maximè 617
cauſæ viduarum intrent ad judicem, & plena cognitione diſcutiantur & dijudicentur, Eſa. *c.* 1. *v.* 23. Jerem. *c.* 5. *v.* 28. Cùm itaq; † leges & jura prohibeant contra 619
inauditos procedere & inquirere, & quicquam in eo ſtatuere unde honor lædi & gravari poſſit, *d. cap. qualiter & quando, cum ſimilibus, ſuprâ alleg.*

Directores hujus proceſſus non excuſantur, aſſerentes, Sie habens bedenckens gehabt / ſecundùm juris ordinem procedere & Dominæ viduæ inquiſitionis proceſſum & ejus contenta ante publicationem denunciare, & defenſiones ejuſdem deſuper recipere. Non enim † ex hujus vel illius arbitratu, & 620
crudo ac indigeſto motu juris & juſtitiæ ordo negligendus, Bart. Bald. *& Dd. ad l.* 1. *& ad l. placuit. C. de Iudic.* Nam ex ficta † æquitate & capite ſuo velle proce- 621
dere non ſolùm periculoſum, ſed etiam temerarium & levitatis eſt pleniſſimum, *inquit.* Paul. Carſtenſ. *ad. d. l. placuit, C. de Iudic.* Et † ficta æquitas duplex eſt ini- 622
quitas, Bald. *conſil.* 9. *n.* 3. *lib.* 1. Thominus *Deciſ.* 16. *n.* 17. *in fin.* Et † quæ legibus 623
non eſt fulcita æquitas, peſtilentiſſimum virus eſt, *inquit* Garſ. *de Expenſ. c.* 1. *n.* 28. Quantum † itaque a jure ſcripto receditur, tantum ad æquitate receditur. 624
Jacob. Cujac. *Conſultat.* 38. *in fin.*

Alterum verò quod attinet, Das keine Obrigkeit ſchult ſeye / ſolches zu

aviſiren / id ita in noſtris terminis contra rationem naturalem, ſenſum communem, jus divinum & humanum, ac juſtum judiciorum morem aſſeritur, per ea quæ tradit Erneſt, Cothman. *conſil. 7. vol. 1. paſſim per tot.*

Siquidem ſuprà ſatis ex jure divino & humano deductum & probatum eſt, Judicem non poſſe cum diſcrimine alienæ exiſtimationis vagari, nec contra inauditum procedere, vel quicquam in ejus læſionem decernere, tanto minus à malevolis falsò delata & conficta crimina de honeſtis & Nobilibus perſonis cũ totius familiæ labe in vulgus publicare.

Vigeſima prima omnino inſanabilis in hoc proceſſu occurrit Nullitas, quod in ea quæ de Domina vidua cæmentarius iſte ex ore ſtolidæ illius puellæ detulerat, Judex loci non inquiſiverit, & tamen delationis capitula, velut explorata facinora publicarit.

Nam I. cùm cæmentarius ille Dominam viduam detulerit, quaſi una cum aliis fœminis, Reverendiſſimo N. ejusque Celſitud. ſorori per artes Magicas grave damnum in via Roteburgenſi dederit, & puella deſuper à judice inquiſita

625 id affirmarit, ante omnia judicem loci debuiſſet, † priusquam puellam ſuper tali delatione contra Dominam viduam in ſpecie interrogaſſet, apud Reverendiſſimum, qui narratur tunc temporis fuiſſe N. quod ſaltem tertio milliari N. diſtat, diligenter expiſcari, num ſe res ita haberet, ut antequam ad inquiſitionem ſpecialem & ulteriora contra Dominam viduam procederet, certò de corpore delicti ſibi compertum haberet, juxta divini & humani juris regulas, quæ volunt ante omnia de corpore delicti conſtare debere. Hinc Jehova de Sodomitis, deſcendam, inquit, & videbo utrùm clamorem, qui venit ad me *opere compleverint,* Geneſ. *cap. 18. v. 21. Ex quo text. Evariſt. Papa im infert.*

Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed omnia etiam antequam fiant manifeſta ſunt, non ob aliud, per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut judicibus hujus ſeculi exemplum daret, ne præcipites in diſcutiendis & judicandis negotiis ſint, & ne mala quorumcunque prius præſumant credere, quam probentur, ſed ante audita diligenter inquirant nec præcipitando agant. *Cod Deus omnipotens, 11 q. 1 cap. qualiter & quando in pr. de accuſat. cap. licet Helen. de Simon.*

626 Et † ſeverè præcipit Jehova judicibus, ut diligenter inquirant, an verum ſit

627 crimen, quod denunciatur, Deuter. *c. 17. v. 4.* Sic † Joſua ſuper confeſſione facta Achan, non ulterius proceſſit, ſed miſit miniſtros ad inquirendum, anné uti confeſſus erat res ablatæ in tabernaculo ejus reperirentur, & iis demum repertis ad ulteriora proceſſit. Joſ. *c. 7. v. 20 21. 22. 23 24.* Et dixit Salomon, antequam interroges, ne reprehendas. *cap. eorum qui accuſantur, 2. quæ. 3.* Qui ante judicat quam inquirit, in Labyrinthum erroris impingit: *inquit Zaſ. in quæſt. 2. de Iud. tom. 5. fol. mihi. 112. text. in l. 1. § item illud ad SCtum Syllan. l. 1. §. neceſſario, ff. eod. l. 1 quis legum § ceterum, ff. ad L. Cornel. de falſ. Bald. in l. qui ſine, 22. col. 1. ff. de quæſtion. & in d. l. 1. §. item illud ad Syll. Quẽ ad hoc allegat & ſequitur* Robert. Marant. *in ſpec.*

Iudic.

Judic.part.6.tit.de inquiſit.n.17.& 18.Proſper.Farinac.in Pract.crimin.qu.1.n.6. Aym:Cravett.conſil,244.in princ.per.l ſi quando,in verb.patefacta. Cod.unde vi, & ibi,in Bald.& Jaſ.in 4.notabili.

Et notat ibid.Cravett.† ad effectum formandæ inquiſitionis ſpecialis plenè de commiſſo delicto conſtare debere, & non ſufficere, ſi per conjecturas conſtet. Ideoque manus judicis ſunt ligatæ, donec de corpore delicti conſtet. Marſil.conſil.18.n.1.vol.1.Cothman.1.conſil.12.n.28. 628

Neque † reorum confeſſiones pro exploratis facinoribus haberi oportet. l 1.§.Divus Severus,& §.ſi ſervi,ff.de quæſtion.l,ſicut,l.1. C.eod. Neq; audiendus eſt perire volens,l non tantum.ff.de appellat,l.1.§.ſi quis ultro,ff.de quæſtion.Mynſing.obſerv.81.n.5.cent.3. 629

Aliâs † fama & exiſtimatio honeſtorum,arbitrio infimorum,criminoſorum & calumniantium committeretur.l.unius,§.ſervo,ff.de quæſtion. Erneſtus Cothman.3.conſil.29.n.104. 630

Cum itaque † Judex loci potuiſſet & omninò de jure debuiſſet apud Reverendiſſimum N. inquirere, an ſuæ Celſitud. & ejuſdem ſorori damnum illud in odium Dominæ viduæ à Diabolo & cæmentario contra veritatem confictum,datum fuerit,nec ne,per text.in Conſtit.crim.Caroli V.art.54 Ubi ita conſtitutum: Auff bekandnuß/die auß oder ohne Marter geſchichet/ ſoll der Richter an die Ende ſchicken vnd nach den Vmbſtänden/ ſo der gefragte der bekanten Miſſethat halber erzehlet hat/ ſo viel zu gewißheit der Warheit dienſtlich mit allem fleiß fragen laſſen/ ob die bekantnuß der obberührten Vmbſtänden wahr ſey oder nicht. Idque hoc caſu facere contra juris ordinem neglexerit, & nihilominus ad inquiſitionem & publicationem falsò delatorum criminum nulliter, & neglecta omni humanitatis ratione proceſſerit, † tota illa inquiſitio & quæ illam inſecuta,ipſo jure nulla ſunt.Grat.conſil.97.nu.12.& Conſil 57.nu.11.lib.1. Ubi quod ita totus mundus ſervet. Et † quod quandocunque etiam poſt ſententiam opponi poſſit ejuſmodi nullitas,ex prædicto fundamento ineptæ inquiſitionis.multis confirmat Farinac.d.quæſt.1.n.5. 631 632 633

II. Quantum ad aureum cochlear ſublatum attinet, dicunt quidem Domini N. N. in Apologia ſua. Daß der Gülden-Löffel zur zeit verübten proceſſus hinweg geweſen/ vnd damahls niemand wiſſen können/ wohin derſelbe kommen. Verùm quoad inquiſitionem contra honeſtam perſonam firmandam non ſolùm † Judici debet conſtare de corpore delicti, ſed etiam de circumſtantiis loci,& temporis, anné videlicet illo tempore & loco quo narratur delictum fuiſſe commiſſum, id factum ſit nec ne: ita enim inveſtigari poteſt veritas. Jam verò ex actis nobis tranſmiſſis Den Löffel-Dieb betriffe collatis cum puellæ hujus confeſſione, conſtat Reverendiſſ. N. ſororem cochlear illud furto ſublatum, per integrum ferè annum poſt illud tempus, quo puella hæc narravit Dominam viduam arte Magica ſuæ celſitudini cochlear prædictum ſurripuiſſe, in 634

poteſtate ſua habuiſſe, & quotidie eo uſam fuiſſe. Ideoque ſi Judex in facti veritatem, ut facere debebat, inquiſiviſſet, vel ex hac ſola temporis diſcrepantia falſitatem delationis & calumniarum deprehendere, & non minus quam Juſtus vir Daniel olim ex ſola loci diſcrepantia falſitatem adulterii, de Suſanna delati, cognoſcere & innocentiam Dominæ viduæ patefacere potuiſſet, *Dan.13.* Quo de argumento infra in Reſp. ad 10. argumentum plura monebimus.

Præterea ut inquiſitio contra Nobiles & honeſtas perſonas formetur, non ſatis eſt conſtare de corpore delicti, & honeſtæ perſonæ per leviſſimum
635 quemque falsò imputari, ſed debet † præcedere diffamatio & alia veriſimilia indicia ex quibus ſuſpicio commiſſi delicti in hanc potius quam in aliam perſonam cadat, per ea quæ in præcedentibus ex jure deduximus. Sic pariter Judex loci de propola iſto apud quem faſciam iſtam prætendebatur emiſſe Domina vidua, qua in præparando veneficio & applicando Domino Eberh. N. uſa fuiſſe prætenſe dicitur, interrogare debuiſſet puellam, quiſnam ille eſſet? ubi habitaret? Deinde apud eundem diligenter de iſtis narratis & omnibus circumſtantiis, anné ſe res ita haberet inquirere, quæ omnia nulliter neglecta, & tamen de Domina vidua iſta figmenta tanquã explorata facinora, licet ſuppreſſo nomine, publicata ſunt. Ex hiſce & aliis quæ ex actis deduci poſſent, rerum argumentis, juſto & prudenti rerum arbitro, & affectuum præjudicio non occupato, de nullitate hujus proceſſus, maximè autem quantum Dominam viduam ejusque filiam innocentiſſimas ejus occaſione injuſtiſſimè diffamatas concernit, ſatis ſuperque patebit.

Reſtat nunc ut argumenta in contrarium adducta ordine refellamus.

636 Et quidem ad *Primum* Reſpondetur, † Judici aſſerenti de Juſtitia proceſſus tantum credi, quantum apparet ex actis, *text. in cap. quoniam, & ibi Dd. extra de prob. cap. quomodo ſacerdos. cap. cui eſt illata, cap. capiſti, cap. non ſolum ille, 11. q. 3. l. prolatam & ibi* Bald. *Cod. de ſentent. & interlocut. omn. jud.* Bartol. *in l. ſuſpectus, per ill. text. ff. de procurat.* Joh. Gœdd. *conſil. Marp. 28. n. 73.*

637 Ideoque † citatio cauſæ cognitio, & ordo juris in judice non præſumuntur, niſi probentur, quia illa ſcripto conſtare & ex actis apparere debent. *d. cap. quoniam cap. tenor. de re Iudic.* Matth. Weſenb. *1. conſil. 7. n. 7.*

638 Ideoque † præſumptio militans pro judice & magiſtratu non procedit quoad Juſtitiam facti & ordinem proceſſus. Weſ. *conſil. 1. n.* 46. Roland. à Vall. *conſil. 1. n. 60. vol. 2.* Gœdd. *d. conſil. 28. n. 73.*

639 Neq; † præſumi poteſt pro judice, qui ordinem judicii & proceſſus non obſervavit, & cum de injuſtitia vel nullitate ex actis manifeſtè apparet, *cap. ſollicitudinẽ, §. ſi verò de appellat, cap. inter cæteras, de ſentent. & re jud.* Bald. *in l. ſancimus nu. 19. Cod. de Iudic.* Felin. *in cap. quoniam contra, n. 21. extra de probat.* Menoch. *2. Præſumpt. 67. n. 32. 34. 49. & 51.* Tiber. Decian. *Reſponſ. 65. n.* 4. Ernest. Cothman
640 *conſil. 29. num.* 398. *vol.* 3. Ubi dicit, præſumptionem † illam pro Magiſtratu inſumum

ſimum reſolvi, quando apparet ordine juris non obſervato præcipitanter & indebitè proceſſum. Robert. Marant. *inſpec. tit. de inquiſit. n. 31. in fine.* Ubi in noſtris terminis ſcribit, contra judicem † ſine indiciis inquirentem præſumi omne malum: Et in iiſdem terminis ſcribit Pariſ. de Put *in tract. de Syndicat. §. inquiſitio verſ. Judici faciliter non permittitur inquirere. n. 9. & ſeqq.* 641

Ideoq; † ſi ex abrupto, parte, quæ lædi & contradicere poteſt, non citatâ, nec allegationibus auditis procedat, validiſſima & efficaciſſima eſt contra eum præſumptio, quod iniquè & injuſtè, adeoq; injurioſè iſtud fecerit, *ut poſt* Alciat. *præſumpt. 9. reg. 3. n. 23. & ſeqq. ſcribit.* Johan. Harprecht. *ad §. non ſolùm,* 11. *n. 64. inſtit. de injur.* Imò talem † Judicem non ſolùm injuriam ſed & vim facere, *ſcribit* Frider. Mindan: *de proceſſib. lib. 2. c. 13. n. 7. &* 8. *per text. in l. extat. ff. quod met. cauſ.* 642 643

Talis † enim Judex nulliter procedendo dicitur ſpoliare, & ideò gravatus tanquam ſpoliatus ante omnia venit reſtituendus, *c. conquerentur, & ibi.* Dd. *de reſtit ſpoliat.* Afflict. *in commentar. ad conſtit. Neapolit. li. 1. rubr. 24. de violent. circ. poſſeſſ. n. 32. 35. & 59. in fin.* Boër. *deciſ. 238. n. 4.* Cravett. *conſil. 18. n. 8.* Adrian. Gylman. *in Symphorem. Tom. 1. tit. 1. vol. 5. n. 12. & 14.* 644

Conſtat autem ex ipſis actis, & quæ ex illis ſuprà deduximus, Directores hujus proceſſus in plurimis ordinem Juris Divini, Canonici, Civilis & maximè *Conſtitut, Crimin. Carolin.* neglexiſſe, ideoq; pro iis præſumi, id quod in Apologia prætenditur, non poteſt. Et hæ nullitates, cum ex ipſis actis quæ notorium inducunt, apparent, probatione aliena non indigent. Neq; tantùm tribuendum eſt iſti † præſumptioni pro Magiſtratu & Judice, ut contrarium allegari aut probari non poſſit aut debeat. Nam & † Pilatus hanc pro ſe habuit præſumptionem, cum ipſo Chriſto teſte, poteſtatem habuerit deſuper à Patre ſuo cœleſti, interim cum ex actis conſtet, eum Juris eodem neglexiſſe, & ad falſas malevolorum & calumniantium delationes Salvatorem innocentem, non habitâ veritatis inquiſitione, condemnaſſe, Johan 18. & 19. Quis pro ejus Juſtitia præſumet. Eandem præſumptionem Judices illi habuerunt pro ſe, qui Suſannam, delicium fœminarum & exemplar caſtitatis, ad falſas peſſimorum nebulonum delationes, capitis ſententiâ damnarunt: interim tamen conſtat ex actis, quòd cum præcipitanter, & ſine ſufficienti cauſæ cognitione proceſſerint, injuſtè eos pronunciaſſe & innocentem damnaſſe, exindeque meritò à Daniele tanquam fatuos reprehenſos: Dan. 13. Et dicit Gregorius: plerunq; accidit, ut Judicis locum teneat, cujus ad locum vita minimè concordat: proinde ſæpe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſolvat, ſæpe ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur: ſæpè fit ut odio vel gratiâ moveatur, *c. plerumq; contingit, 11. q. 3.* 645 646

Hinc toties legimus in ſacris, Jehovam conqueri de Judicibus, & ejus rei vel ſexcenta exempla adduci poſſent. Quamobrem cum ex actis noſtris de injuſtitia proceſſus conſtet, præſumptio † illa generalis pro Magiſtratu & Judice 647

per contrariam ex facto ipſo emergentem, præſumptionem & probationem eliditur, *l. Divus, ff. de reſtit. in integr.* Roland. à Valle *conſil. 1. nu. 44. lib. 4.* Goedd.
647 *d. conſil. 28. n. 74.* Neq; † præſumptiones generales pro judice tollunt præſumptiones ſpeciales, Franc. Becc. *conſil 52. n. 12. 40. 107. 108.* Farinac. *conſil. 42. n. 36. lib. 1.*

Ad ſecundum reſpondetur, quomodo hactenus N. N. Juſtitiam adminiſtrârint, relinquunt Domini Conſulentes ſuo loco, neq; etiam quicquam in collegii illius, cujus olim Pater Dominorum Conſulentium, N. N. Decanus & caput fuit meritiſſimum, contemptum & dedecus aſſerere vel moliri cupiunt: ſed hoc tantùm intendunt oſtendere, illos qui ex collegii corpore, directores hujus proceſſus fuêre, eum nulliter neglecto Juris ordine inſtituendo, Dominam viduam ejusque filiam, totamq; N. Nobiliſſimam familiam præter jus & fas gravâſſe & malè proceſſiſſe.

649 Neq; etiam † ex anteceſſorum Juſtitia ſucceſſorum ſalvari poteſt iniquitas. Licèt enim Symmach. Papa dixerit: Quis ſanctum dubitet quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo, ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiant, quæ à loci deceſſore præſtantur: *c. non nos beatum Petrum, diſtinct. 40.*

650 Tamen non incongruè ad hoc reſpondit Hieronymus dicens: Non † ſunt filii Sanctorum, qui tenent loca ſanctorum, ſed qui faciunt opera eorum, *c. non eſt facile, diſtinct. ead. 40.* Neq; cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram, *inquit* Chryſoſtom. *in c. multi, de diſtinct.* Sic legimus Scribas & Phariſeos ſediſſe in Cathedra Moſis, Matth 23. *Et facit text. in c. plerumq; in fin. 11. q. 3.*
651 ubi dicitur: † Non omnes prælati pro prælatis habendi: Nomen enim non facit Epiſcopum ſed vita. Salomon, Regum quos ſol illuxit, fuit ſapientiſſimus, Succeſſorem tamen Rehabeam relinquit valdè ſtolidum & injuſtum, 1. Reg. *cap. 12.* Præterea, licèt ſint Nobiles & generis ſplendore coruſcent Directores hujus proceſſus, ſunt tamen homines, qui labi & errare poſſunt, intervenire vel maximè odio, inimicitia & ira, ut in facto, à Dnn. Conſulentibus præſupponitur:
652 quia † hæc corrumpunt humanum Judicium, *c. quatuor, 11. q. 3.* Unde Poëta.

Fortior eſt qui ſe, quam qui fortiſſima vincit
Mœnia, ——————

653 Ac in † ſolum Deum cadit omnis perfectio, ut de Ludovico II. Galliarum Rege, ejus virtutes commemorans dicit Philippus Cominæ in præfat Hiſtoriar. Gallic. Unde Pſalmiſta, vani, inquit, ſunt filii hominum, Pſal. 72. *verſ.* 10. Quod Lutherus ita vertit: Groſſe Leute fehlen auch.

654 Et rurſus: † Dixi ego, Dii eſtis & filii excelſi omnes: vos autem ſicut homines [illegible]: & ſicut unus de principibus cadetis, Pſal. 82. *verſ. 6. 7.* Parum itaque [illegible] de præterito in præſens, hoc noſtro caſu attendi poteſt præſumptio
655 Juſtitiæ cùm ex actis de nullitate proceſſus evidenter conſtet: Quia † præſumptio [illegible] magna veritati cedere debet, *l. Divus. ff. de integr. reſt. 1. l. ſi quis ad [illegible] C. ad l. Iul. de adulter.* Geil. 2. *obſ 97. n. 38.* Matth. de Afflict. *Deciſ. 107. n. 7.*

Hoi

Digitized by Google

Ubi dicit, † ceſſare præſumptionis allegationem, ubi habemus veritatem, & 656
quod plus demonſtretur illa per facti evidentiam, quàm per vocis efficaciam, *ſecundum* Bald. *in l. 1. col. 2. C. de adil. act.*

Præterea legitur apud Johan. Ewig/ Medicum quondam Bremenſem, qui in tractatu ſuo von Hexen ſcribit, non ita pridem in eodem Judicii loco, propter imputatum veneficii crimen duas fœminas innocentes combuſtas, referam ipſius verba: Wie gefährlich es ſey / der Hexen Zeugnüß zuglauben / ob ich ſchon mit vielen Argumenten vnd Exempeln könte darthun / will ich dannoch vmb der Kürtze willen ein einiges alhier erzehlen / welches vor wenig Jahren zu N. ſich zu getragen. daſelbſten 2. Frawen/ von wegen der Hexerey / der ſie von einem andern Stück Weibes beſchuldiget / zu hafften gezogen. Alß aber die Beklagten/ nach Form der gebräuchlichen Rechten mit dem Fewer geſtrafft / kompt auch die Klägerin bey dem Amptman in Verdacht / wird eingezogen vnd peinlich verhöret/ da ſie dann bekandt/ daß ſie ſelbſten ſchuldig vnd die zwo verbranten vnſchuldig geweſt. *Hactenus ille d. tract.* von Hexen/ *part. 2.*

Ad tertium reſpondemus, † Æquum quidem & Juſtum, ac Dominorum 657
N. N. ordine multò dignius fuiſſe, ſi tàm defuncti Domini N. Dominæ viduæ mariti, quàm Nobiliſſimæ familiæ, tùm etiam ipſius & filiæ orphanæ conditionis (cum viduæ & orphani inter perſona miſerabiles, quæ vel maxime calumniis & injuriis expoſitæ, & eò majorem bonorum favorem merentur, referantur, *l. un. & ibi.* Dd. *Cod. quando Imperat. inter pupill. vel viduas, vel alias miſerab. perſon. cognoſc* rationem accuratiorem directores hujus proceſſus habuiſſent, & non ita præcipitanter ac nulliter, cum exiſtimationis diſcrimine Nobiliſſimæ Dominæ viduæ, quàm rectius venerari & defendere debuiſſent, vagati fuiſſent, ſed diligentius ex charitatis adfectu, non ex odii fomite, & ſervato Juris ordine proceſſum hunc inſtituiſſent. Hoc autem, cum non factum ſit, præſumptiones illæ ex favore ordinis, generis & conditionis deſumptæ ſua ſponte concidunt. Et teſtatur experientia, † Nobiles & ejuſdem etiam ordinis homines, 658
inter ſe ita aliquando odio & ira exardeſcere, ut hiſce non attentis, alter alteri, vitæ, famæ & omnibus bonis inſidias ſtruat!

Et dicit Salvator: Inimici hominis domeſtici ejus, Matth. *10. v. 36.* Quod monuit Propheta dicens: Nolite credere amico: ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui; Quia filius contumeliam facit patri, & filia conſurgit adverſus matrem ſuam; nurus adverſus ſocrum, Michæ *cap. ult. verſ. 5. & 6.* Ideoq;. nuſquam tuta fides.

Ad quartum reſpondemus, † quòd quærulantes contra proceſſum antea fa- 659
ctum, teneantur juſtificare ſuas querelas, ex antiquis non ex novis actis & probationibus, id procedere, ſi querulantes in proceſſu antea inſtituto, ad eum vocati, & ſuis defenſionibus ſufficienter auditi ſint, *per ea quæ deducit* Oſaſc. Cacher. *Dec. Pedemont. 157. n. 6 & ſeqq.* Matth. de Affl. ct. *Dec. 396. n. 3.* & *Dec. 402. ſub n. 5.*

Tunc

Tunc enim nihil imputari poteſt Judici, ſi reus vocatus defenſiones ſuas tempore ordinati proceſſus deducere non potuit. At conſtat ex actis & ſuprà deductis, Dominam viduam ejusque filiam nunquam ad proceſſum inquiſitionis contra ipſas inſtitutum vocatas, nunquam cum defenſionibus ſuis auditas, & tamen de iis graviſſima crimina, publicè in Judicio lecta & publicata. Nihil itaq; acta illa præjudicant Dominæ viduæ ejusque filiæ non vocatis, neque auditis,
660 quia ſæpè, inquit JC. † conſtitutum eſt, res inter alios actas, aliis non præjudicare, *l. ſæpè, 63. & ibi* Dd. *ff. de re judic. tot. tit. C. ne res inter alios acta.*

Si itaque Dominæ viduæ fuiſſet denunciatum, vel ipſa aliunde inquiſitionis contra ſe inſtitutæ, notitiam habuiſſet, potuiſſet facilè innocentiam ſuam deducere, demonſtrando falſum eſſe, quòd Reverendiſſimus N. & Suæ Celſitud. Soror in itinere N. damnum grave acceperit; potuiſſet deducere & probare falſum fuiſſe, quòd puella iſta dixerat, illo tempore cochlear aureum arte magicâ ſurreptum, cùm poſt illud tempus memorata Duciſſa cochlear illud ferè per integrum adhuc annum in ſua poteſtate & uſu habuerit; potuiſſet probare, falſum eſſe, quod unâ cum tribus vetulis faſciam illam à propola quodam emerit, & Domino N. damnum iſtâ faſciâ dare voluerit; quibus probatis, dubium non eſt, Dominam viduam potuiſſe impedire, ne ipſius & filiæ nomen inter reos & capitalium criminum falsò referretur, nevé convicta de iis crimina pro veris publicarentur. Ridiculum itaque & valdè ineptum eſt, Dominæ viduæ hîc objicere, quòd teneatur Juſtificare querelas ſuas ex illo proceſſu de ſe inſtituto, quem ipſa tunc temporis, quantum ad ſe attinet, planè ignoravit, neq; ad illum vocata, vel cum ſuis defenſionibus unquam audita fuit, vel quicquam allegaverit, quòd pars actorum, ad Juſtificandum illum proceſſum fieri potuit.

Sufficit itaque probare ex novis actis, Dominos Directores de Domina vidua non vocata, non audita, indefenſa, falſa crimina pro veris publicaſſe & eam gravaſſe. Præterea etiam ex illis ipſis actis proceſſus illius memorati, querelas ſuas magna ex parte juſtificare potuit Domina vidua & ejus heredes, cum illa ipſa acta, quàm plurimis nullitatibus ſcateant, & ex illis proceſſus iſte de Jure juſtificari non poſſit.

661 *Quintum † quod attinet argumentum*, quod Dnn. N. N. conſuluerint, & Medicum & Miniſterium Eccleſiaſticum ſuper iſthac puella, hoc ad proceſſum contra Dominam viduam juſtificandum nihil confert. Præterea miniſterii N. atteſtatio de puella iſta non fuit pura, ſed ſub conditione, quæ in noſtro caſu in multis articulis notoriè defecit, & inſuper hæſitanter facta, ut ſuprà in ſecundæ Quæſt. reſolutione latiùs deduximus. Quod verò Dominos Directores latuit puellæ hujus matrem & avunculum, tàm gravi melancholia fuiſſe correptos, ut neceſſe fuerit eos cuſtodire, &c. Id quidem illos non planè excuſat, cum in hoc inquirere debuiſſent diligentiùs, quod Jus commune, *& Carolina Conſtitutiones* exigunt

Ad

Ad ſextum argumentum Reſpondemus, † nos venerandæ facultatis Juridicæ Academiæ Helmſtadenſis reſponſum, & quid eos ad ita reſpondendum moverit in ſuis relinquere terminis, maximè, cum illud proceſſum contra Dominam viduam inſtitutum, non concernat. Et non dubitamus, ſi facultas Helmſtadenſis fuiſſet interrogata ſuper proceſſu, quatenus Dominam viduam concernit, illam reſponſuram fuiſſe, Dnn. Directoribus neque ad ejuſmodi frivolas & non veriſimiles delationes malevolorum & leviſſimorum hominum contra Dominam viduam inquirere, tanto minus inquiſitionis capitula falſa pro veris publicare fas fuiſſe. 662

Deinde Reſponſum illud prædictæ venerandæ facultatis Helmſtadienſis etiam quoad hoc in quantum concernit proceſſum contra puellam, non eſt eò extendendum, ut exinde juſtificetur proceſſus nulliter inſtitutus; quia reſponſum illud intelligendum eſt cæteris paribus & ſervatis ſervandis. Putârunt enim Dnn. Reſpondentes, Judicem loci ſuo non defuturum officio, & an vera, an verò falſa puella confeſſa fuerit diligenter & accuratè inquiſiviſſe, cæteraque quæ jus commune & Carolinæ ſuadent Conſtitutiones Criminales exactè obſervâſſe. Solent namque † Scabinatus aliaque Collegia Judica quando de 663
Jure in cauſa criminali reſpondent, addere clauſulam: *Si diligenti habitâ inquiſitione de delicto certò conſtet, uti teſtatur* Daniel. Moller. 3. *Semeſtr.* 40.

Et ſi fortè hanc clauſulam omiſiſſent Domini Helmſtadienſes, tamen illa pro adjecta cenſeri debet: Quia † clauſula adjici ſolita habetur pro adjecta. 664
Nicol. Eberhard. *in loc. à ſolitis.* Johan. Meichſner. *Deciſ. Camer.* 17. *num.* 5. *tom.* 3.
Maximè † ſi leges & jura idem præſupponant & requirant, Philip. Matth. *conſil.* 665
Marpurg. 26. *n.* 101. *vol.* 2.

Nihil itaque imputari poteſt Dominis Helmſtadienſibus qui hæc omnia præſuppoſuêre, quæ jura & mos notorius præſupponunt. Quod verò ſuprà deduximus ſententiam illam ultimi ſupplicii contra puellam ſuadentibus ita multis circumſtantiis & argumentis, nimis duram & rigidam nobis videri, licèt in hoc nos magnopere Facultatis venerandæ moverit auctoritas: *ceu in ſimili dixit* Celſus *in l. Labeo, 7. §. fin. de ſuppellect. legat.* Tamen propter rationes quas ex juris & legum fontibus adduximus, mitiùs cum ea agendum fuiſſe ſalvo corũ judicio exiſtimamus per jura & rationes *ſupra Num. 406. & mult. ſeqq.* adducta.

Ad ſeptimam dubitandi rationem Reſpondemus cum Erneſto Cothmanno JCto eximio *Conſil. 12. n. 59. & aliquot ſeqq. vol. 1.* Ubi ad adductum Bodini locum ita reſpondet: † Sanè videtur mihi ſententia iſta non tantùm erronea, & 666
legibus divinis ac humanis contraria, & periculoſiſſima primum enim cur magis in veneficii crimine proceſſum ordinarium aſpernemur, nulla ratio certa oſtendi poteſt: nec enim minus in eo de vita & ſanguine humano agitur. Imò in veneficii crimine proceſſum magis ſolenniter magisq; curioſè ac cautè ſervari, perquam utile eſt & extremè neceſſarium, tùm quod crimen ſit atrocius † & 667

majori pœna coërceri ſoleat; *l.1. C. de maleſic.* Grammat. *Deciſ.33.n.1.* Tum quod
668 in eo facilior ſit lapſus † & error, atque adeò majus ſubſit periculum: *l.1. §. ſi quis ff. de Carbon. edict. L. addictos, C. de Appellat. cap. ubi periculum de elect. in 6.* Franc. Ponzin. *tract. de Lam. n.67.* Paul. de Caſtr. *conſil.299.n.2.part.2.* Menoch. *conſ.149. n.4. lib.2.* Cujac. *in Paratitl. C. de Carbon. edict.* Tum denique quod Conſtitutio
669 Carolina proceſſū in eo obſervari ſeverè præcipiat, † & jubeat. Hactenus Cothmannus. Quibus concordant tradita Godelman. *de Mag. & Venefic. lib.3. c.1.* di-
670 centis. Cum in nullius criminis cognitione † & diſquiſitione judices à tramite juſtitiæ puniendo innocentes & dimittendo nocentes faciliùs aberrare poſſint, ac in crimine veneficii: Ideò cautè agendum eſt, quando de vita, exiſtimatione & ſanguine hominis judicium ferendum eſt: ne judices ex affectu, vel ignoranti vel dubia conſcientia, aliquid admittant, cujus ipſos poſtea pœniteat, & verum experiantur quod Poëta canit:

Judicii vindex tandem Deus exſtat iniqui

Leopold. Hackelman. *quondam in Acad. Jenenſ. Prof. Illuſtr. quæſt. Diſp. 24. th.17.*
671 *lit. l.* Et vel maximè in hoc proceſſu ignorantia † Judicis ſolet eſſe calamitas innocentis, *teſte* Auguſt. *de Civit. Dei, lib.19. c.6.* Deniq; facit generalitas Conſtitu-
672 tionis Carolinæ † *artic. 83.* ubi ita ſancitum: Jn allen Peinlichen Gerichtlichen händeln / ſollen Richter vnd Schöpffen Vnſere Ordnunge gegenwertig haben / vnd darnach handlen / ꝛc.

673 *Ad octavam* dubitandi rationem Reſpondemus I. Confeſſiones † reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, *l.1. §.* Divus Severus, *& §. ſi ſervi ff. de q. l. ſicuti. l. pridem, C. eod. latè* Farinac. *q.2.n.7. ſtic. text. in Conſt. crim. art.54.*
674 Ideoque in criminalibus confeſſus pro judicato † non habetur, per jura
675 modò allegata & ſupra paſſim adducta. 2. Ut aliquis † ex confeſſione ſua damnetur, & non ſolùm debet Judex certus eſſe de delicto, ſed confeſſio debet eſſe certa, conſtans, & firmiter concludēs, *per ea quæ deducit* Berthaz. *conſil. crim. 242. nu.17. Conſt. crimin.* Caroli V. *art.31. §.* Zum fünfften / ꝛc. Atqui conſtat ex allatis ſupra decidendi rationibus puellæ hujus confeſſiones fuiſſe varias, contrarias, erroneas & incertas, ideoque falſitatis ſuſpicione atque mendacii implicatas, quare ſententia capitalis deſuper ferri non potuit. 3. Confeſſiones minorum in criminali judicio ſine curatore vel defenſore factas iis non nocere, ſuprà in *ſexta* decidendi ratione juris & Dd. auctoritate probavimus.

Ad nonum reſpondemus: I. Aut illæ confeſſiones puellæ conſiderantur quatenus propriam ejus perſonam concernunt, aut quatenus de Domina vidua ejusque filia falsò effuſæ: hoc caſu Dominæ viduæ ejusque filiæ, nihil præjudi-
676 cant, tum quia confeſſiones † unius non debent nocere alteri: Felin. *in c. 2. n.12. de fid. Inſtrum.* Berthazol. *conſil. crim. 242. n.20.* Herman. Vultej. 2. *conſil. Marp. 39. n.150.* Tum quia per ſuggeſtionem non præcedentibus indiciis vel diffamatione de Domina vidua, per Judicem nulliter fuêre extortæ, per deducta ſuprà in

octava

Digitized by Google

octava decidendi ratione remiſſivè. Confeſſiones † autem factæ non præceden- 677
tibus indiciis, tanquam per ſe nullæ non validant proceſſum nullum, *per ea quæ deducuntur in addition. ad 8. conſil.* Proſp. Farinac. Marſil. *conſil. 130. n. 25. & alii ibid. allegati.* Tum denique quia falſæ, erroneæ & variæ fuerunt, ut pariter ſuo loco oſtendimus. Quantum verò puellam attinet, neque quoad ipſius perſonam confeſſiones illæ poſſunt purgare vitium proceſſus; quia 1. argumentum hoc regulariter fallit in criminalibus, per deducta ad præcedens argumentum. 2. Jura adducta obtinent, quando confeſſiones ſunt validæ, ſecus ſi nullæ: quia
tunc quod nullum † eſt per ſe, validum operari non poteſt effectum, *l. 4. §. con-* 678
demnadum ff. de re Iudic. l. non putavit, §. non quævis ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. Jam verò iſtæ confeſſiones puellæ minorennis fuerunt factæ ſine interventu cu-
ratoris, † adeoq; nullæ, per deducta ſuprà in ſexta decidendi ratione. Et ita in ter- 679
minis noſtris ad hoc argumentũ, *Reſpondet* Rolland. à Vall *conſil. 31. n. 8. 9. 10. & 11.*

Non enim omnis confeſſio eſt ſufficiens ad condemnandum reum, ſed ea demum, quæ legitimè & ſervato juris ordine emanavit: Invalida autem at-
tendi non debet: quia actus † nullus & non factus parificantur, *l. quoties, ubi* 680
Jaſ. *ff. qui ſatisd. cog.* Marſil. *ſingul. 431. & ita deducit*, Berthatz. *conſil. crim. 341. n. 17.*
18. Subdens, ex invalida † confeſſione non poſſe quem pati damnum, nec illam 681
ſub ſtatuto diſponente de confeſſione comprehendi.

Neque obſtat ratio huic argumento annexa, quod veritate per confeſſio-
nem habita, non opus ſit ambagibus; quia confeſſiones † reorum in crimina- 682
libus non ſufficiunt ad liquidationem facti, quia de eo aliunde judici conſtare debet, Bertrand. *conſil. 134. n. 3. part. vol. 2.* Berthazol. *conſil. crim. 341. nu. 17.* Quo faciunt jura allegata ad præcedens argumentum. Neque adverſantur, quæ de Notorio adducta ſunt, quod confeſſio inducat notorium in quo juris ordo non attendatur. Nam ex ſupra deductis patet, quod in criminalibus ſola confeſſio
non inducat notorium facti. Jura verò † quæ diſponunt in notoriis relaxari 683
juris ordinem, intelligenda ſunt de notorio facti propriè ita dicti, quod eſt quando delictum commiſſum eſt coram populo vel majore ejus parte, & ita ille vel major pars per ſenſum viſus, vel auditus fuerit teſtis rem ita ſe habere, *uti definit.* Farinac. *1. conſil. 30. ſub n. 90. Et in Pract. crim. q. 21. n. 41.* Quodvè inducit indubitatam rei certitudinem & ita ſe vulgo exhibet, ut negari non poſſit, per tradita
Weſenb. *conſil. 13. n. 26.* Indeque aliud † eſt delictum eſſe notorium, aliud de 684
delicto notorie ex confeſſione vel argumentis conſtare, hoc enim magis ex juris præſumptione, quam ex facti evidentia tale dicitur? Illo caſu relaxatur juris ordo, hoc non item, uti declarat Farinac. *d. q. 21. n. 166.*

II. Reſpondemus in contrarium allegata jura † procedere in notoriis, 685
quæ ſubſtantia & qualitate ſunt notoria, *per ea quæ latè tractat.* Sigiſmund Scacc.
de Iudic. lib. 2. c. 9. n. 51 & aliquot. ſeqq. Non enim ſatis † eſt ipſum factum eſſe no- 686
torium ad hoc ut relaxetur juris ordo, ſed neceſſe eſt omnes etiã qualitates facti

notorias eſſe, ita ut expeditum ſit, nullam reo notoria facti evidentia convicto defenſionem competere poſſe, *per ea quæ tradit* Vultej. *1. conſil. Marp.* 16. *n.* 97.

687 III. Reſpondemus Allegata jura poſſunt procedere † in notorio facti actu permanentis, *per ea quæ prolixè deducit* Sigiſmund. Scacc. *de Judic. lib.* 1. 76. *ſub num.* 8.

688 IV. Reſpondemus Ex confeſſione † non dici notoriè conſtare de delicto, quando contra eam aliquid opponi poſſet, utpote quod ſit varia, incerta, inconcludens, erronea, à minore facta, &c. Tunc enim cum confeſſionis fides vacillare dicatur notorium non inducitur, Hoſtienſ. *in cap. cum ſpeciali de appell.* Johan. Andr. *in cap. cum olim de verb. ſignific. gloſſ. in cap. cum ſit Romana, de Appellat.* Maſcard. *concluſ.* 1102. *n.* 9. *&* 10. *& ita declarat etiam* Farinac. *d. quæſt. n.* 32. Atqui hæc enumerata omnia, contra puellæ hujus confeſſiones verè adduci & opponi poſſunt. Ideóque dici non poteſt ex iis judici aliquid notoriè conſtare & indubitatam fidem facere potuiſſe.

689 *Ad decimum Reſpondemus*, Farinacium † ita quidem ſcribere, nulla tamen adducta ad hoc juris ratione vel textu? Et quamvis inter alios pro ſua hac ſen-
690 tentia alleget Franciſc. Ponzinib. *tract. de Lam. n.* 70. Is tamen † magis in contrariam ibidem inclinat ſententiam, quod nec in veneficii crimine ſi non conſtet de corpore delicti Judex ſine periculo ad condemnationem procedere poſſit. Siquidem is ita ſcribit: Declaratur tamen, dummodo talis confeſſio ſit veriſimilis vel vera, referens exemplum, de quadam muliere, quæ fuerat confeſſa, ſe dediſſe venenum viro ſuo ex quo mortuus fuerat, Judicio tamen medicorum tale venenum non fuiſſe repertum efficax ad mortem, Ideóque ex tali confeſſione non potuiſſe mulierem condemnari.

Deinde leges & jura ſupra adducta, ex ſola videlicet confeſſione reos non
691 eſſe damnatos generaliter & per modum regulæ univerſalis diſponunt, † cui ſtandum, donec de exceptione doceatur, *l.* 5. *de probat.* Andr. Gail. 2 *obſ* 151. *ſub n.* 3. *& in tract. de Pignor cap. obſ.* 14. *n.* 2. Johan. Meichſner. *Deciſ. camer.* 18. *fol.* 717.
692 *tom.* 3. Goedd. 1. *conſil. Marp.* 25. *n.* 107. *& ſeqq.* Indéq; regulam † habens pro ſe adductam dicitur habere intentionem fundatam. Jaſ. *in l.* 2. *n.* 33. *ff. ſi quis in jus vocat.* Bald. *in cap.* 1. *n.* 2. *de alien. Judic.* Weſ. *conſil.* 48. *n.* 31.

693 Jam vero nulla lex in veneficii † crimine ſpecialiter diſponens reperitur, ideóq; à regula non eſt deflectendum. Et ita Alexand. *conſil.* 115. *n.* 1. *&* 3. *lib.* 3. Marſil. *in l.* 1. §. *præterea, n.* 33. *ff. ad l. cornel. de ſicar.* Grammat. *conſil. crim.* 36. *n.* 6. In hoc veneficii crimine poſt alios tenere refert, & ſequitur Erneſt. Cothman. *d. conſil* 12. *num.* 21. *vol.* 1. Eamque ſententiam ſequi ſolere ſupremum Sabaudiæ Senatum, teſtatur Anton. Fab *in Cod. rer. in Sabaud. Judic. lib.* 9. *tit.* 12. *defin.* 2. *n.* 8
694 Ubi decidit, periculoſum eſſe † ultimi ſupplicii pœnam illis ſatis irrogare, quæ delictum ultrò fatentur, de quo tamen non aliter quam ex ipſarum confeſſione conſtaret.

Quòd

Digitized by Google

Quòd de aureo cochleari adductum eſt, illud tempore inſtituti proceſſus amiſſum fuiſſe, & de eo Judici conſtitiſſe, ad condemnationem puellæ nihil confert. Deinde non apparet Judici certò, ſed ſaltem confusè ex rumore conſtitiſſe de ejus amiſſione: talis autem confuſa notitia † in criminalibus minimè ſatisfecit, ſed ex diligenti inquiſitione de omnibus circumſtantiis inquirendum. *text. in Conſtitut. Crim.* Carol. V. *artic. 31. §.* zum Andern/ *ibi*: Alle mögliche vnd nottürfftige Vmbſtände / die nach Gelegenheit vnd Geſtalt jeder Sache / allerbeſt zu nachfolgender Erfindung der Warheit dienlich ſeyn mögen / erforſchen/ꝛc. *Junct. artic. 54. & ſeq.* Quia non dicitur † conſtare de facto, niſi etiam 695 696
conſtet de qualitate facti, *l. ſi per alium, §. docere, ff. ne quis eum qui,* Boſſ. *in tit. de delict. n. 3. & 4. Quod multis eleganter deducit* Farinac. *in practic. crimin. q. 2. n. 1. & 4.* Si itaq; in qualitates & circumſtantias hujus commenti inquiſiviſſet, Judex utiq; cognoviſſet falſitatem delationis & confeſſionis.

Ad undecimum argumentum reſpondemus, ex iis, quæ ſuprà deducta ſunt, ſuperq; patere, Juris ordinem in iſto proceſſu, maximà quatenus ille concernit Dominam viduam, non eſſe obſervatum, adeoq; præſumptiones juris omnes contra Judicem vigere, *per ea quæ reſponſ. ad prim. argumentum adduximus. Neque adverſatur text in l. quod Reipublicæ 33. ff de injur. qui maximoperè in Apologia urgetur*: Quia ille textus † loquitur reſtrictè & limitatè, tunc videlicet demum 697
excuſari Magiſtratum, ſi Reipublicæ cauſa aliquid decernat, quod ad alicujus contumeliam ſpectet, ſi id faciat *ſecundùm bonos mores*, hoc eſt, † ſervato Juris 698
ordine, *c. eorum qui, in fin.* 11. *quæſt.* 3. ſolenniter, *cap. inprimis verſ. Quod ſi fortè hæc ſolenniter acta non ſunt,* 2. *q.* 1. ſecundùm leges divinas, Geneſ. 18. *verſ.* 21 *cap. Deus omnipotens,* 2. *q.* 1. ſecundùm Juris publici formam, *l. ſi quis homicidii, C. de accuſation.* ſecundùm formam conſtitutionum, *l. abſentem, C. de accuſat. ex præſcripto ordinationum criminalium* Carolinarum, *artic. 83. ibi*: In allen peinlichen Gerichtlichen Händeln / ſollen Richter vnd Schöpffen / dieſe vnſere Ordnung gegenwertig haben/ vnd darnach handeln / ꝛc. Ita ut nihil nocendi cupitate, ſed omnia conſulendi charitate fiant, *teſte* Auguſtin. *in c. prodeſt,* 23. *q.* 4. non ex odii fomite, ſed charitatis adfectu, *cap. qualiter & quando, extr. de accuſat.*

Quando † enim leges noſtræ dicunt, aliquid fieri debere ſecundùm bonos mores, hoc volunt ne offendatur pietas, *l. filius, ff. de condition.* nevé negligatur Juſtitia & veritas, *c. cum oporteat, c. qualiter & quando. extr. de accuſat.* Et generaliter ſecundùm bonos mores fieri dicitur, quod fit † ſecundùm leges & conſtitutiones, ſecundùm Jus naturale & gentium, *per ea quæ tradit* Gœdd. *ad l. 3. ſub n. 38. de verb. ſignif.* Andr. Geil. *obſerv. 39. n. 15.* Petr. Peck. *in c. non eſt obligatorium, de reg. jur. 6.* Vel ſecundùm laudabiles & rationabiles locorum conſuetudines, Nicol. Reuſner. *conſil. 19. n. 57. & ſeqq.* 699 700

Neque enim † publicæ utilitatis & ſeveritatis prætextu, privata utilitas 701
negligenda, & innocentes ſupprimendi: quia leges naturæ & omnia Jura co

reſpiciunt, ut utilitas publica & privata oſculentur ſe invicem. Hinc JC. Paulus, alterum, inquit, utilitas privatorum: alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat, *l. locatio, §. in fin. ff. de publican. & vectigal.* Quod eleganter expreſſit Frideric. Imper. dum dixit: Imperialem decere ſolertiam ita Reipublicæ curam gerere & ſubjectorum commoda inveſtigare, ut regni utilitas incorrupta perſiſtat, *& ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur, c. 1. in princ. de prohibit. Feud. alien. per* Frider.

702 Et nota eſt illa 12. tab lex: † Salus populi ſuprema lex eſto. Nec eſt Iuſti-
703 tia, † propter nocentes innocentem ſupprimere, gravare & diffamare, Vinc. Honded. *conſil 99. n. 22. vol.* 1. Intereſt quidem Reipubl. malis purgare provinciam hominibus, & in delinquentes ſeverius animadvertere; ſed & magis inter-
704 eſt ne innocentes † detrimentis afficiantur, *l. ſervum, 53. § publice, de procurat. l. abſentem, de pœn. l. 2. § fratris, ff ſi aliq. teſtam. l. ſi ſ. aires, 53 9. in. ff. p. ujoc. l. ſi in cū quo, 20 ff. comm. divid.* Matth. Weſenbec. *conſil. 45. n.* ...

705 Nec † Magiſtratui fas eſt per injuriam aliquid facere, *l. nec Magiſtratui. ff. de injur.* Et quemadmodum delicta non debent manere impunita, & juſtificari
706 impius: † ſic nec condemnari juſtus, utrumq; enim apud Deum abominabile eſt, Proverb. 17. *verſ. 15.* Albert. Gandin. *in tract. de malefic. tit. de receptator. n.* 11.

707 Non † enim Juſtiſſimus Jehova vult juſtum perdere cum impio, ſed potiùs propter decem juſtos multis injuſtorum millibus parcere, Geneſ. 18. *verſ. 21 & verſ fin.* Ezech. 18. *verſ. 5.* Idque etiam Carolinæ inculcant conſtitutiones criminales ſtatim in exordio, ita videlicet in puniendis delictis, Judicem procedere adhibitâ prudentia, ne innocentes graventur, &c. P. H. O. *artic. 1. ibi:* damit niemand Unrecht geſchehe/ꝛc. Cùm enim leges ideò nocentes, & malos pœnis afficiant, ut innocentes & boni ſubleventur & defendantur, non debet id, † quod
708 in innocentium ſalutem directum eſt in perniciem eorum detorqueri, *text. in l. quod favore, C. de legibus.*

709 Quod enim juſtum eſt, † vel juſtum eſſe putatur, id juſtè nobis perſequendum eſt, Deuter. 16. *verſ.* 20. Ubi Jehova, juſtè, inquit, quod juſtum eſt per-
710 ſequeris, ut vivas, &c. Non enim ſunt † facienda mala, ut eveniant bona, monet Apoſtolus, *& can forte, 14. q 5. c. ſic non ſunt, 32. q. 4. cap. fin. 32. q.* 8. Imò ne
711 quidem bonum † faciendum, ſi ex eo majus malum oriri poteſt, Abb. *in c. cum ab omni. n. 2. de vit. & honeſt. Cleric.* Cravett. *conſil. 6. n. 86.* Sigiſm. Scacc. *de Iudic.*
712 *lib. 1. cap. 12. n.* 49. Unde Paulus, non omnia, † inquit; quæ licent ædificant & ex-
713 pediunt, 1. Cor. 10. *verſ.* 23. Ideoq; licitum ita † contrectandum & faciendum, ut
714 illicitum evitetur, *l. tutor. de ſuſpect. tutor.* Majus † autem malum eſt damnis afficere innocentem, quàm dimittere nocentem, *d. l. abſentem, ff. de pœn.* Ideoq; po-
715 tiùs debemus † pati malum, quam ut faciamus peccatum, *c. quod ſacris, extr. quod*
716 *met. cauſ. c ſicut cum tib. ſeqq. 32. queſt. 4.* Nam facere † vel committere injuriam, quocunq; modo, vel ſub quocunq; prætextu, omni Jure etiam naturali prohibitum eſt, Maſcard. *de Probat. conclus. 902. vol. 2. n. 6. 7. & 8.*

Debent

Digitized by Google

Debent itaq; Judices † cum Dei & legum timore tribunal conſcendere, 717
Nov.23.cap.3. Et actus † ſuos regulare à Juſtitia poli & fori, & ſummopere cu- 718
rare, ne dilectionem proximi offendant, nevè tempeſtate potiùs quàm poteſtate
utantur, *Zaſ.conſil.10.n.7.lib.2.* Ferdinand. Vaſq. *1.controv.cap.1.nu.20. & lib.2.
c.51.n.65.* Ubi inferunt, nec ſummum † Principem prætextu publicæ utilitatis, 719
ſubditos poſſe opprimere vel damnis afficere, & ſi quid agat, id agere debere ſine
alicujus injuria. *l.2.§ ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc.publ.l. nec avus, Cod. de
emancip.lib.* Matth. de Afflict. *deciſ.286.nu.3.* Andr. Geil. *1.obſerv.56.n.9. & ſeqq.
& obſerv.58.n.4. & ſeqq.lib.2.* Nicol. Reuſn. *1.conſil.1.per tot.*

Cùm itaque Dnn. Directores hujus proceſſus non ſecùndùm bonos mo-
res, hoc eſt, Jura, leges & conſtitutiones procedendo aliquid ad contumeliam
innocentiſſimæ matronæ ejusque filiæ fecerint, non rectè dict. Legem, quod
Reipubl. &c. ad ſui exculpationem allegant, neq; culpa carent. Nihil † enim 720
intereſt, ex quàm honeſta cauſa quis inſaniat, *inquit.* Hieronym..*2.contra Iovian.*

Et quid quæſo Reipubl. inde boni provenire potuit, quod Domini Di-
rectores de Domina vidua ejusq; filia, falſa crimina pro veris in Judicio publi-
cârunt, & diffamationi honeſtarum & Nobilium perſonarum occaſionem con-
tra omnia humanitatis Jura præbuerunt. Et ſanè † qui publicæ ſtudent utilitati 721
& ſeveritati, cum oppreſſione innocentium, illi ventum ſeminant & turbinem
metunt: Oſeæ *cap.8.verſ.7.* concipiunt quiſquilias & pariunt ſtipulas, Eſa. 33.
verſ.11. Ova aſpidum fovent, & telas araneæ texunt, & opera eorum opus ini-
quitatis & violentiæ, ac pedes eorum ad malum currunt & feſtinant, ut effundant
innocentem ſanguinem, Eſa. *59.verſ.5.6.7.*

Similis eſt ratio aliarum in Apologia allegatarum legum, quòd videlicet
Juris executio non habeat injuriam, quia ex ſuprà deductis patet, non poſſe di-
ci Juris executionem, ſi innocentes damnis afficiantur, inauditi & indefenſi dif-
famentur, publicatis de iis falſis & atrocibus criminibus pro veris.

Duodecimum quod attinet, non conſtat nobis de illo receſſu Diæceſano,
nec quicquam ex actis nobis tranſmiſſis, de ejus contentis exploratum habe-
mus: Putamus tamen receſſum illum cum Reverendiſſimo loci Epiſcopo tan-
quam Principe Imperii laudatiſſimo, & patriæ patre meritiſſimo ita eſſe initum,
ut juxta allegata ſuprà Jura & Friderici Imper. at conſtitut. Et publica utilitas &
ſtatus ſingulorum jugiter illæſus ſervetur: Si itaque talis extat receſſus, **das man
die völlige Vhrgicht mit aller Perſonen Namen / darauff dieſelbige gerichtet /
ohne einiges Nachdencken / vbergeben vnd verleſen laſſen möge / rc.** Ille utiq; non
crudè & indigeſtè, ſed civiliter † erit intelligendus, *l. 9. ff. de ſervit.* Ne inde inju- 722
riarum † oriatur occaſio, unde Jura naſci oportet, ceu Impp. Grat. Valentin. & 723
Theodoſ. reſcripſerunt, *in l. meminerint, C. unde vi.*

Si autem † ille receſſus ita crudè intelligeretur, quaſcunque de quibuſ- 724
cunque etiam honeſtis & innocentibus perſonis, à malevolis & leviſſimis
hominibus,

hominibus, confeſſiones effuſas per ſe falſiſſimas, ante veritatis inquiſitionem publicare, in Judicio licere, quid aliud quam occaſio injuriæ & diffamationis
725 honeſtorum iſte receſſus exiſteret. Deinde † iſte receſſus ita intellectus, non ſolùm offenderet dilectionem proximi, & innocentes damnis afficeret, ſed etiam contra pietatis, honeſtatis & Juris Civilis ac Carolinarum Conſtitut. regulas, quæ jubent inquiſitionem veritatis ante omnia faciendam, & confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus non eſſe habendas, directè tenderet,
726 adeoq́ue Jure non ſubſiſteret. Nam ut ait JC. Gajus, contra Juris † Civilis regulas pacta conventa rata non habentur, *l. contra, 28. ff. de pact.*

Et Imper. Antonin. reſcripſit: Pacta quæ contra leges, conſtitutionesq́ue vel bonos mores fiunt, nullam vim habere, *l. pacta quæ. 6. Cod. de pact. l. non dubium, C. de legib. cum ſimilibus.* Non enim veriſimile eſt, Juſtiſſimum Principem voluiſſe inire cum Reverendo Capitulo conventionem contra bonos mores
727 Juris publici regulas, & Carolinas Conſtitutiones, quia Princeps † tanquam juſtitiæ plenus præſumitur velle quod Iura volunt: *l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto. C. de teſtament.* Barthazol. *conſil. 366. n. 27.* Cothman. 4. *conſil. 12. n.* 141.

728 Talis namque præſumitur intentio † Principis, qualis eſt legum candor & juris naturalis integritas, *ut ex* Bald. *&* Zaſ. *tradit.* Geil. 2 *obſ. 76. n.* 11. Garſ. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. n.* 44. Hieron. Cævall. *in ſpec. com. opin. q. 906. n. 23. Quod multis & eleganter perſequitur.* Nicol. Reuſner. *1. conſ. 1. nu. 126. uſq; ad fin.*

Quare ſi conſideremus iſtum receſſum, ut pactum & conventionem, ad
729 Iuris Civilis regulas in redigendus eſt: Si verò ut ſtatutum, idem obtinet: Quia ſtatuta etiam debent eſſe rationabilia: Ideoq; interpretationem † ex jure communi recipiunt & admittunt, *l. ſi ſervi veſtri, & ibi* Salicet. *Cod. de noxal. action.* Maſcard. *de interpret. ſtatut. concluſ. 2. n.* 80. *& ſeqq.* Weſenbec. *conſil. 14. n. 10. &*
730 *Conſi.* 47. *n. 38.* Forſter. *de ſucceſſion. ab inteſt. lib. 8. c. 17. n.* 4.

Illaq; interpretatio † ita facienda, ut quàm minimè à Iure communi recedatur, *l. præcipimus, in fin. Cod. de Appellat. l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matrim. l. quod*
731 *vero, & l. ſeq. C. de legib.* Alexand. *conſil. 140. num. 4. vol. 2.* Cravett. *conſil. 259. nu. 2.* Mynſing. *obſerv. 5. cent.* 1. Etiamſi † à proprietate verborum eſſet recedendum,
732 Roman. *conſil.* 338. *n. 10.* Cravett. *conſil. 197. n. 6. vol. 2.* Alexand. *conſil. 85. n. 12. li. 4.*

Unde † nec ſtatuto caveri poteſt, ut nulla admittatur interpretatio, & ſi talis clauſula adjecta ſit, tantùm de frivola intelligendum eſt, *ut monet* Bart. *ad l.*
733 *omnes, n. 65. ff. de Iuſt. & Iur. per l. 1. §. pen. C. de vet. jur. enucl.*

Quamobrem receſſus † iſte de publicandis reorum confeſſionibus, etiam de tertiis & aliis factis, expreſſis eorum nominibus, hanc recipiet interpretationem ex Iure divino, naturali & communi, ſi confeſſiones iſtæ veræ ſint, & Iudici ex diligenti veritatis indagine exploratæ & indubitatæ, illiq; contra quos iſtæ confeſſiones tendunt, non ſolùm tales ſint perſonæ, in quos ſuſpicio ejuſmodi delicti commiſſi cadat, ſed etiam deſuper cum ſuis defenſionibus

auditi,

Digitized by Google

auditi, innocentiam ſuam purgare non potuerint. Si alium ſenſum quis arripiet hujus receſſus, is hoc in effectu aſſeret, judici licere cum diſcrimine exiſtimationis innocentium vagari, falſa pro veris publicare & diffamationibus & caluminis viam aperire, quod divina & humana pariter jura vetant.

Quinimò ratio naturalis tanquam † rerum omnium rectiſſima arbitra, 734 *arg.l.ſcire oportet,§.51.ff.de excuſat.* Angel.*conſil.*110 *n.5.*Cothman.1.*conſil.22.n.5.* Divini ſplendoris radius: Contaren.*de Republ. & Magiſtrat.Venet. lib 1.* Recti conſilii & recti judicii fons & ſcaturigo, Lipſ.*lib.*1. *de Conſtant.cap.4.* Cordibus hominũ inſculpſit, & cum ipſo genere humano, hanc prodidit maximam: Quod 735 † tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Si itaque quis quæreret ex Dnn. Directoribus, ſi contingeret à leviſſimo nebulone vel alio Diaboli mancipio apud Judicem N. vel alibi locorum de ipſis eorumq; uxoribus & liberis chariſſimis, nefanda ſcelera & atrocia crimina, puta veneficii, furti, latrocinii, raptus, rapinæ & ſimilium falsò, ad ſuggeſtionem vel ex odio confitentium aliorumque ita incitantium ſpargi eſſetné æquum iſta ſtatim illis deſuper non auditis, neque veritate indagata, pro exploratis facinoribus in Judicio publicare, & ita ipſis & toti familiæ labem adſpergere? omnes procul dubio uno ore reſponderent: minimè gentium. Ergo omnia † quæcunque vultis, ut homines faciant vobis, ita & 736 vos illis, Salvatoris præcepto, facere debetis. Hæc eſt enim Lex & Prophetæ, Matth.*cap.7.v.12.&*13.Lucæ *cap.6.v.31.*

Denique non videmus quare Dnn. Directores iſthæc falſa de Domina vidua ejusque filia conficta & ementita crimina pro exploratis facinoribus publicè prælegi fecerint puellæ: Aut enim illa tanquam circumſtantias aggravantes delictum puellæ prælegerunt & publicarunt, & hoc, antequam illas circumſtantias ex veritatis inquiſitoinè, quæ tamen hic planè neglecta eſt, pro certo exploratas haberent, juxta allegata ſuprà Jura & Conſtitutiones Criminales, facere minimè potuerunt. Aut non pro exaſperanda puellæ pœna, ſed ad gravandam Dominam viduam ejusque filiam: Et hoc malè & contra leges: cum illæ prius non fuerint deſuper auditæ, & crimina iſta notoriè fuerint falſa & conficta.

Quod itaque neque Reipublicæ neque ulli hominum prodeſt, alteri verò nocet & innocentem famæ & exiſtimationis jacturâ præter meritum afficit, neque piè, neque honeſtè, neque juſtè fieri poteſt, multò minus Reipublicæ venerandæ causâ factum dici meretur: per ea quæ modò deduximus. Maximè 737 cum Reipublicæ † interſit, cives maximè Nobiles integros ſine calumniæ & infamiæ macula conſervare. Novell. 85. *in pro.* Erneſtus Cothman. *Conſil.* 29. *num* 444.*vol.*3.

Quinimò † ſiniſtra ex ipſo facto oritur præſumptio, ſi actus qui geritur 738 nihil prodeſt facienti vel Reipublicæ, nocet autem alteri, Maſcard.*concl.*815.*n.*2. *vol.*7. Joh. Gœdd.*conſil.Marp.*28.*n.*69.

Quæ prætereà de ſtylo judicii argumento huic 12. adjecta ſunt, planè deſtructo eo, ſuper quo conſtructa erant fundamento, per ſe concidunt, nec aliâ refutatione indigent. Quæ denique adjiciuntur, quod præter intentionem fortè Dominorum Directorum factum ſit, quòd puella nomen Dominæ viduæ ejusque filiæ in judicio exclamârit, eos omninò non excuſat, per ea quæ deducũtur *infr. in quæſt. 5.* reſolutione *ſub 4.* dubitandi ratione *verſ.* nec adverſatur, &c.

Ad decimum tertium, Reſpondemus I. Illud reſponſum venerandæ Facultatis Wittebergenſis Apologiæ adjectum eſſe ſine dato vel ſine die & conſule

338 adeoque ſuſpicione † non carere, *l. 1. & 2. & quæ ibi notant Dd. ff. de edend.*

II. Reſponſum illud non fuit petitum ante, ſed poſt factam executionem & publicationem, ut apparet ex contentis. Ideoque autem præpoſterationis vitio vix excuſatur: Quia conſilium prudentum † debet peti ante factum, Syracid. *cap. 32. v. 24.* Hinc Poëta Mantuan. Ecclog. 2.

740 nis vitio vix excuſatur: (see above)

——— *Utile non eſt*
Conſilium poſt facta dari, quod oportuit ante
Conſilium poſt facta, imber poſt tempora frugum.

341 Et dicunt noſtri: † Zu geſchehenen Dingen/ſoll man das Beſte reden.

III. Narrata, ſuper quibus illud reſponſum fuit impetratum non ſunt adjecta Apologiæ, ideoque de ipſo reſponſo judicari non poteſt. Solent enim

342 JCti † reſpondere ſecundùm narrata.

343 IV. Reſponſum † illud Dominorum JCtorum Wittebergenſium interpretandum ſecundùm regulas Juris divini, Canonici, Civilis & Conſtitutiones criminales, atque adeò credendum eos citra controverſiam illud pro indubitato præſuppoſuiſſe: Magiſtratum videlicet conſulentem in confeſſionum iſtarum, de perſonis tertiis factarum, veritatem inquiſiviſſe omnesque confeſſionis articulos, ejusque circumſtantias exploraſſe, & de his certò ſibi conſtitiſſe.

V. Nos cum Dominis Wittebergenſibus in hoc conſentimus, quod totum Reverendum Capitulum propter paucorum, qui proceſſum hunc direxêre, exceſſum, injuriarum actione conveniri commodè non poſſit, prout ſuo loco pluribus proſequemur. *Hactenus de tertia Quæſtione.*

QUARTO QUÆRITUR

Cum Nobiliſſima virgo N. N. ejusq́ fratres & tota familia, defunctâ jam matre, contra quoscunque citationem ex l. diffamari emanari curarint, an adhuc impoſito ſilentio nihilominus actioni injuriarum locus eſſe poſſit?

434 ET quidem id negandum videtur. Nam, I. Expeditum eſt quoties † concurrunt plures actiones rei nomine, una quis experiri debet, *inquit* JCtus Ulpian-

Ulpian.*in l.nemo ex his*, §.*1.ff.de R.I.cui concordat* IC.Modeſtin. *in l. plura delicta in fin.princ.ff.de O. & act.* Ubi ita reſpondit: ſi ex una obligatione plures actiones naſcantur, una tantummodo non omnibus utendum eſt. Ideoque actor, † 745
eo caſu quo ejuſdem rei nomine plures ei actiones competunt, unum eligere debet, quâ intentata, regreſſus ipſi ad aliam non datur, *ut dicit* Ulpian. *in l.quod in herede*, §.*1.ff.de tributar.act.* Joh.Meichſner. *Deciſ.camer.9.n.26.* & *Deciſ.13.n.109.110.& ſeqq.tom.3.* Et hîc locum habet, quod dicitur, via † quã ſemel elegiſti tibi 746
pateat. *l.ſi mulier*, §.*fin.ff. quod met.cauſ.* Coler. *de Proceſſ.execut.part.1.c.10.n.223.*

II. Duo † remedia ordinaria electivè non cumulativè concurrunt, *per* 747
ea qua tradit Zaſ. *ſingul.reſp.cap.20.n.16.* Atqui tàm actio † injuriarum, quàm ex 748
l. diffamari ordinaria eſt, quia utraque ex lege competit.

III. Facit quod utraq; actio tendat ad vindictam, altera ad perpetuum ſilentium irrogandum, altera vel corpori vel famæ damnum inferendum. Conſtat autem, quoties † plures actiones ejuſdem facti nomine ad vindictam com- 749
paratæ ſunt, unâ intentata aliam tolli. *l.un. Cod. quando civil.act.prajudic.crimin.* Bart. *ibid.n. text.in l.prator edixit*, §.*ſi dicatur,ff.de injur.* Andr. Geil. *1.obſerv.65. nu.1.* Joh.Sichard. *ad l.3.ſub n.4.C.ad L. Aquil.*

IV. Cum diffamatus in actione l. diffamari petat & concludat, ut diffamator inpoſterum deſiſtat à diffamatione, priorem diffamationem tacitè cenſetur remiſiſſe. Ideoq; † ad eam vindicandam admittendus non eſt. *l. non ſolum*, §. 750
1.ff.de injur.l.poſtquam liti.C.de pact. Nam renunciantibus jura ſua non datur ad ea regreſſus, *cap. quàm periculoſum,7.q.1.l.quaritur*, §.*ſi venditor,ff.de adil.edict. l.1.§.qui ſemet.ff.de ſucceſſ.edict.l.Herennius,ff.de evict.* Surd. *conſil.152.nu.1.* Menoch. *conſil,197.n.87.* Roland.à Vall. *conſil,95.n.34.vol.1.*

Sed hiſce & ſimilibus non obſtantibus verior † & communior juris ſen- 751
téntia eſt, actionem injuriarum per intentatum antea remedium ex L. diffamari, non cenſeri ſublatam. Siquidem dictum remedium L. diffamari C. de ingen. manumiſſ. ad hoc ſaltem datur, ut diffamatori ſilentium perpetuum imponatur: tamen cum ultra hanc perpetui ſilentii impoſitionem, alia pœna contra diffamantem ex d. l. diffamari, exigi non poſſit: Interim Reipublicæ ac privatorum maximè interſit, ejuſmodi diffamatores, qui ſine legitima cauſa cum diſcrimine exiſtimationis honeſtorum malo exemplo vagantur, dignis pœnis affici, ideoq; ne id omninò impunè ferant, læſis patere debet actio injuriarum ſeu de dolo & ad intereſſe. *ut tradit* Speculat. *tit.de empt. & vendit.* §. *nunc dicendum eſt de reſcindend.vendit,verſ.ult.not.cum duob.ſeqq.quem allegat & ſequitur.* Bartholom. Blarer. *ad L. diffamari cap.1.n.5.& cap.5.n.32.33.34.35.* Cæſar. Contard. *ad d.l.diffamari,n.130.* Hieronym. Cagnol. *ad eand.L.nu.4. Et ita etiam noviſſimè reſpondit.* Erneſt.Cothman. *conſil.4.n.29.& ſeqq.vol.3.* Ubi id de communi ferè curiarum conſuetudine ſervari teſtatur.

Hiſce accedis, quòd in jure noſtro ſint conſtituti modi, quibus obligatio,

752 quæ ex injuria oritur, tollatur, quibus remedium intentatum d.l. diffamari non invenitur adnumeratum, ideoq; nec per illud obligatio ex injuriis deſcendens,
753 cenſebitur ſublata. Sicut enim non quovis † modo inducitur obligatio, ita nec quovis, ſed legibus demum conſtituto & confirmato tollitur modo, *ut eruditè oſtendit* Jacob. Cujac: *ad l. 1. ff. de Pact.* Franciſc. Duaren. *ibid.* Reliqua pro hac ſententia fundamenta patebunt ex reſponſionibus ſubjectis ad illatas modò dubitandi rationes.

Ad primum reſpondetur, adducta jura procedere, videlicet una ex pluribus actionibus competentibus electa regreſſum non dari ad aliam, niſi plus ſit in una
754 quàm in alia. Si enim † ex eodem facto duę competant actiones, poſtea judicis potius poteſtate eſſe, ut quo plus ſit in reliqua actione, id actor ferat, *Reſp.* JC. Paul. *in l. quoties, 41. §. 1. ff. de action. & obligat. l. ſi actū 43. ff. pro ſoc. l. prædia, 28. ff. de action. empt.* Bart. *in l. nunquam plura, nu. 3. ff. de privat. delict.* Hubert. Giphan. *ad l. 43. §. 1. n. 2. ff. de R. I.* Anth. Matth. *ibid. n. 6. Latè* Matth. Coler. *de Proceſſ. execut. part. 1. c. 8. n. 53. 54. 55. & ſeqq.* Georg. Obrech. *de Concip. & form. libell. c. 22. n. 23. & ſeqq.*

755 Tunc enim unius † præſtatio reum conventum ab altero non liberat, etiam in pœnalibus, *l. cum ex uno, 32. Ubi JC. Hermogenian.* Cum ex uno, inquit, delicto plures naſcuntur actiones, ſicut evenit, cum arbores furtim cæſæ dicuntur, omnibus experiri permitti, poſt magnas varietates obtinuiſſe, *ff. de obl. & act. l. 1. l. ſi colonus, 9. §. ult. ff. arb. furt, caſ. l. 1. §. dixerit. ff. de public. l. 1. ff. de vi. bon. rapt. l.*
756 *4. §. cum Domina, & §. ult. ff. de noxal. act.* Obrecht. *d. loc.* Iniquum † quippe eſſet, ei cui duo jura propoſita ſunt, propter id quod minus eſt, auferri id quod uberius eſt, ſcribit Hug. Donell. *Commentar. jur. civil. lib. 19. c. 4.*

757 Conſtat autem pinguius † eſſe remedium actionis injuriarum quòd non ſolùm ad pœnam criminalem fiſco applicandam, ſeu corporis afflictivam, ſed etiam civiliter ad æſtimationem & recantationem intentari poteſt, quam actionem ex L. diffamari, quæ eò ſaltem tendit, ut diffamator, niſi in judicio legitimas diffamationis cauſas deducat, ſilentium perpetuum imponatur, ut in poſterum
758 abſtineat: Quod itaque † adjectum eſt, viam quam quis ſemel elegit, ei patere, id ex modò deductis ita intelligendum, ſi quis viam talem eligat, per quam præcludatur poſtea aditus ad aliam. Jam verò actio L. diffamari non eſt ejus naturæ & conditionis, ut præcludat viam ad actionem injuriarum.

Ad ſecundum reſpondetur, an actio l. diffamari ordinarium, an verò extraor-
759 dinarium ſit remedium, inter Dd. non convenit. Nam extraordinarium † hoc eſſe remedium, poſt Bald. Felin. & alios ſtatuit Cæſ. Contard. *ad d. l. diffamari, num. 98. & ſeqq.* Sed poſito hoc remedium eſſe ordinarium, non tamen hujus electione actio injuriarum conſumitur: quia probatum eſt modò in præce-
760 denti reſponſione etiam ordinariis † remediis pluribus ex eodem facto competentibus uno electo, alterum quod pinguius eſt & plenius actori proſpicit, non tolli. Et ipſe Zaſ. *alleg. loc. 2. ſing. reſp. cap 20. nu. 34.* declarat regulam à ſe pro-

poſitam

poſitam fallere ſi plures actiones & remedia ordinaria, ſe compatiantur & cumulari, poſſint. Jam verò ex caſu quo unum remedium pinguius eſt altero illa ſe compatiuntur & cumulativè competunt.

Ad tertium reſpondemus, actionem L. diffamari, † propriè non tendere ad 761
vindictam vel pœnam commiſſæ diffamationis, ſed ad hoc eſſe comparatam, ut reo injungatur ſilentium perpetuum, ut in poſterum abſtineat à diffamatione, niſi judicio experiatur, & ſi quas ſe juſtas diffamationis cauſas habere putet, legitimè deducat, *d. l. diffamari, & ibi.* Joh. Oldendorp. *num.* 12. Blarer. *in pr. ibid. num.* 6. *& cap.* 1. *n.* 5. Didac. Covarr. 1. *var. reſolut. cap.* 18. *in pr. & n.* 7. *cum ſeq.* Boër. *Decis.* 255. *n.* 9. *&* 10. Geil. 1. *obſ.* 9. *n.* 2. *& ſeqq.* Nulla itaque pœna nulla vindicta eſt, inhibere diffamatori, juſtas rationes adducere non valenti, ne in poſterum diffamari pergat, cum id tàm civilis quàm naturalis ratio eundem prohibeat.

Ad quartum reſpondemus, illud legitima & probabili carere conſequentia. Non enim † ſequitur: Titius petiit ſibi decerni proceſſus ex L. diffamari. Ergò re- 762
nunciavit actioni injuriarum: Cum ex modò adductis conſtet, iſta remedia eſſe compatibilia & diffamato cumulativè competere, quo caſu unius electio alterum non tollit. Deinde juris eſt expediti, renunciationem † in dubio non præſumi, ſed eam per probationes excludentes & arctiores evidenter probandam 763
eſſe, *text. in cap. ſuper hoc extra de renunc.* Bald. *in l.* 1. *notab. ult. C. de edict. D. Adr. toll.* Tiber. Decian. *conſil.* 100. *n.* 24. *vol.* 3. Cravett. *conſil.* 206. *n.* 10. Weſenb. *conſil* 11. Cephal. *conſil.* 84. *in fin. lib.* 1. Adeò ut ex actu † aliquo etiã ꝓximo non induca- 764
tur, niſi de ea expreſsè agatur. *cap. ſane & ibi gl in vb. Suſtinere in fin. ext. de renũc.*

Et generaliter quoties † alia conjectura capi poteſt, quam remiſſio juris competentis, illa potius quàm hæc arripienda. Cephal. *conſil.* 25. *num.* 50. *lib.* 1. & *Conſil.* 434. *n.* 5. *lib.* 3. Siquidem remiſſio † juris eſt quaſi quædam donatio *l. con-* 765
tra. § ſi filius. ff. de pact. Bart. *in l. ſi quis delegaverit, ff. de donat.* Weſenb. *conſil.* 42. *n* 55. Nemo † autem ſuũ jactare præſumitur, *l. cum de indebito, ff. de condict. indebit.* 766
Atqui ex intentato L. diffamari, remedio, alia, quam remiſſionis actionis injuriarum capi conjectura poteſt, videlicet illa, quæ & naturæ illius beneficii competit, ut diffamatori, niſi judicio experiri velit, injungatur, ut à diffamatione deſiſtat, vel etiam in eum finem, ut diffamato certò conſtare poſſit, quáſnam diffamationis ſuæ cauſas diffamator allaturus ſit, & ſi legitimas non habeat, diffamatus eò melius propoſita injuriarum actione, diffamationem proſequi poſſit, indéque hoc † L. diffamari, remedium quodammodo præparatorium actionis in- 768
juriarum eſſe poteſt. *Vir eruditè monet, in hanc ſententiam reſpondens* Ernest. Cothman. *d. conſil.* 4. *num.* 32. *Junct. num.* 54. *vol.* 3.

※:(*):※

Digitized by Google

SUCCEDIT JAM QUINTA QUÆSTIO.

In qua hoc proponitur, quod cum Domini Conſulentes pro certo teneant, hanc diffamationem à quibuſdam ex Dominis Capitularibus, qui hujus proceſſus, nomine tamen collegii totius, inſtituti Directores exſtitere, vindictæ ſtudio ac eo animo factam, ut per eam ipſis piè defunctæ matri, ſorori, totiq; familiæ ignominia & dedecus inferretur, Anné propterea quòd tam ficulneo & fragili fundamento inhærentes, huic diffamationi occaſionem præbuerint, recipiendo tàm frivolas, falſas & varias delationes casq; publicando pro veris & exploratis facinoribus & quod eandem diffamationem non obſcurè in prætenſa ſua Apologia proſecuti ſint, actione injuriarum conveniri poſſint?

ET quidem hoc ipſum ſequentes ſuadent rationes & argumenta. I. Quod facere
769 † vel committere injuriam quocunq; modo, tàm naturali quàm civili jure ſit omninò prohibitum, *per ea quæ tradit* Maſcard. *de Probat. concluſ. 902. n. 6. 7. & 8.* Joh. Gœdd. *conſil. Marp. 26. n. 70. in fin. vol. 2.* Ideoq; neminem excuſari
770 eam committendo, ne quidem Magiſtratus vel Judicem, † *per text. in l. nec magiſtratibus. 32. ff. de injur.* Ubi JC. Ulpian. Nec Magiſtratibus, inquit, licet aliquid injurioſè facere, ſi quid igitur per injuriam fecerit Magiſtratus, vel quaſi privatus, vel ſiducia Magiſtratus, injuriarum poteſt conveniri. *l. continet, 3. §. 1. ff. quod met. cauſ. ubi idem* Ulpianus. Cæterum, inquit, ſi per injuriam quid fecit populi Romani Magiſtratus, vel provinciæ præſes Pomponius ſcribit edictum, quod metus cauſa locum habere, *fac. l. quidem, 29. §. Magiſtratus ff. ad L. Aquil.* Prosp. Farinac *de var. ac diverſ. crimin. quæſt. 105. n. 13.*

771 Igitur II. non ſolum procedit, quando † Magiſtratus eſt ſingularis perſona, ſed etiam univerſitas, Collegium, Capitulum, &c. *arg. l. metum, §. animadvertendum, & ibi gl. ff. quod met. cauſ. l. ſed & ex dolo. 15. §. 1. ff. de dol. mal. Auth. item nulla communitas, C. de Epiſcop. & Cler.* Innocent. *in cap. gravem, n. 2. extra de ſentent. excom.* Oldrad. *conſil. 65. n. 7.* Ubi dicit, communem hanc eſſe Dd. ſententiam, *Quem ad hoc allegat & ſequitur* Erneſt. Cothman. *conſil. 32. num. 208. vol. 3.* Mynſ. *obſ. 78. cent. 4.* Joh. Harprecht. *ad § non ſolum, n. 56. Inſtitut. de Injur.*

772 Siquidem & dolus † delictum & conſequenter etiam pœna in Univerſitatem & Collegium cadit, per allegata modo Jura. Alber. *in l. ſi quis in tantam, col. 3. verſ. quidam dicunt, C. unde vi.* Paul. Paril. *conſil. 21. num. 30. lib. 4.* Ubi dicit eſſe communem concluſionem, Julius Clar. *lib. 5 Senten. §. fin. quæſt. 16. num. 8.* Andr. Geil. *2. de Pac. publ. cap. 9. n. & ſeqq.*

Non

Non obſtante quod Collegium Univerſitas ſeu Capitulum habeat dignitatem: quia dignitas in delictis nihil relevat, adeò ut ex dignitate † delinquentis delictum efficiatur gravius. *cap.1.§. Iudices, ubi* Bald. *de Pac. juram. firm.* Aym. Cravett. *conſil.* 118. *ſub n.* 8. Reatu enim majori delinquit, qui honore potiori præfulget, *cap. nulli, 25. quaſt.1.* Et quanto † quis eſt ſublimior, tanto debet eſſe perfectior Mich. Ulcurrun. *de Regim. mund. q.2. n.14.* Unde illud Satyrici: † 775

773

774

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe.
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Quod noſtri ita efferunt:

Je höher Bergk/je tieffer Thal/
Je gröſſer Mann/je ſchwerer Fall.

Idem obtinet, etiam delinquentes ſint Clerici: quia † illi vel maximè vitæ integritate, & exemplo aliis prælucere debent. *text. in l.8. in fin. C. de Epiſcop. & Cler. cap. non ſi in competenter, 2 q.7. cap. Sacerdos, 3. q.7.* Quod multis perſequitur Apoſtolus 1. *ad Timoth. cap.* 3. Hoc faciunt quæ in noſtris terminis ſcribit Philipp. Comminæ. *lib.5. hiſtor. Galli.* † Quo potentior, inquit, & major eſt, qui facit injuriam, eò gravius dolere eos, quibus infertur, quod propter auctoritatem illius magis ad infamiam ſuam pertinere putent. 776 777

III. Cenſetur autem † Magiſtratus facere alicui injuriam, quando contra innocentem inauditum præcipitanter aliquid facit, dicit, vel publicat, quod ad diffamationem & exiſtimationis ac dignitatis læſionem ſpectat, *d.l.32. ff. de injur.* Petr. Frider. Mandan. *de Proceſſib. lib.2. c.13. n.7. & 8.* Johan. Harprecht. *ad §. non ſolùm, n.64. Inſtit. de injur.* Omne namque † verbum vel factum injurioſum, quod ad alterius ſugillationem vel infamandi cauſam ſpectare poteſt, præſumitur injurioſè ſeu animo injuriandi factum. *l.1. §. omnem autem, ff. de injur. l. item apud Labeonem, §. generaliter, ait prætor, ff. eod.* Bart. *ibid. n.5.* Farinac. *de var. ac diverſ. crimin. q.105. n* 15. Adeò ut purgatio † & contrarii animi probatio incumbat ei, *l.1. ſi non convicii, C. de injur. l item apud. § feciſſe & mult. ſeqq. ff. eod. cap 1. extra de præſumpt.* Gail. *2. obſ.106. n.1. lib.2* Maſcard. *concluſ.902. n. 6, 7. Ubi teſtatur de communi* Pariſ. *conſi.149. n.* 19. *vol.*4. Bernh. Wurmbſer. *Pract. forenſ. lib.1. tit.47. obſ.10.* Clar. *§. injuria. num* 12. 778 779 780

Conſtat autem ex actis & ſuprà deductis, Dominos Capitulares Directores proceſſus hujus, nulliter inquirendo contra Dominam viduam ejusque filiam, & publicando de iis falſa & atrocia crimina per ſe injurioſa pro veris, exiſtimationem & dignitatem earum multis modis gravaſſe, ac diffamationi feneſtram aperuiſſe: Ideoque eos id injurioſè & diffamandi animâ feciſſe, tàm diu præſumitur, donec illi contrarium evidenter probent.

IV. Nihil intereſt, an univerſitas vel collegium ipſum directò aliquem diffamârit, an verò diffamationi alicujus, nulliter & contra juris ordinem procedendo, occaſionem præſtiterit; Cum certi juris ſit, etiam † ex occaſione præbita, 781

bita, jure aliquem conveniri & puniri poſſe. Jaſ. *conſil.* 139. *num.* 1. *circ. fin. vol.* 4.
782 Erneſt. Cothman. *conſil.* 32. *n.* 290. *vol.* 1. Maximè † quando quis operam dat rei illicitæ, tunc enim ſemper ei imputantur quæ inde ſequuntur. *d. l. ſi non convicii, Cod. de Injur. l. ſi ex plagis, §. 1. ad L. Aquil.* Felin. *in cap. ſi autem, n.* 1. *&* 2. *de Reſcript.* Alexand. *conſil.* 103. *n.* 13. *vol.* 1. Andr. Geil 2. *obſ.* 110. *n.* 8. *& de Pac. publ. lib.* 1.
783 *c.* 7. *n.* 13. *& ſeqq. Plenè* Cacheran. *Deciſ.* 104 *n.* 4. 5. 8. Sic in L. Aquilia, qui † damni occaſionem præſtat damnum feciſſe videtur, *l. qui occidit,* 30. *§. in hac quoq; ff. ad*
784 *L. Aquil. & in L. Cornelia.* Nihil † intereſſe putatur, an aliquis occidat, an verò mortis occaſionem præſtet. *l. nihil intereſt, ff. ad cornel. de ſicar.* Schneidwin. *ad §. fin. num.* 7. *inſtit. ad l. Aquil.*

Res autem eſt illicita contra Juris ordinem innocentem & inauditum gravare, & de eo falſa crimina pro veris publicare, item non præcedentibus indiciis vel fama inquirere. Quin imò etiam rei licitæ operam dans, ſi eam non præſtet diligentiam, quam præſtare de jure obſtrictus erat, exinde conveniri poteſt: quia
785 & imperitia † culpæ annumeratur, *§. præterea, cum § ſeq. Inſtit. ad L. Aquil.* Ubi Medicus, qui perperam medicamentum adhibuit, tenetur, *l. illicitas, §. ſicuti, ff. de offic. præſid. l.* 2. *ff. quod quiſq; Iur.* Mynſing. Schneidwin. *&* Dd. *ad l. §. præterea,*
786 *Inſtitut. ad L. Aquil.* Adeò ut † Judex condemnavit innocentem capite plecti poſſit, *ut tenet* Bald. *in rubr. Cod. de pœn. Iud. qui malè judic. verſ. quæro qualiter debet Iudex, &c.* Salicet. *ibid. in l. fin. eod. tit. text. in l. lege Iulia, §. hodie, ff. ad L. Iul. repetund.* Vel ſi id per negligentiam faciat, deponi poſſit, *l. ſi quos, Cod. de offic. præfect. orient.* Nicol. Boër *Deciſ.* 147. *n.* 8. 9. 20. *& ſeq.*

Neque adverſatur, quod Domini Directores falſa crimina de Domina vidua ejuſque filia fecerint publicari ſuppreſſis earum nominibus, & quod divinare non potuerint, puellam in Judicio earundem nomina expreſſuram. Ad
787 hoc enim reſponderi poteſt, aliquem † injuriarum teneri, ſi ad alicujus infamiam, vel dignitatis læſionem aliquid fecerit, dixerit, ſuſceperit, etiamſi eum non nominârit, *per ea quæ tradit.* Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. injur. num.* 1. *in fin.* Alex. de
788 Nevo, *conſil.* 82. Unde & † imperſonaliter verba injurioſa proferentem vel publicantem, injuriarum conveniri poſſe ab eo, ad cujus contumeliam illa pertinent; haud incognitum eſt, *l. Lex Cornelia,* 5. *§. ſi quis, & §. quod Senatuſconſultum, ff. de injur.* Bart. *in l item apud,* 15. *§. cui, ff. eod.* Socin. Jun. *conſil.* 38. *lib.* 3. Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 9. *cap.* 4. *n.* 107.

789 Et non excuſatur Judex, ſi dicat, † non putâram, quia illa teſte Cicerone,
790 non eſt vox prudentis. Nam prævidere † Judex prudens debet, quod veriſimiliter contingere poteſt, quodq; ille ſuſpicari potuit vel debuit, *arg. l. ſi quis domum, §.* 1 *ff. locat text. in c.* 1. *§. novit. ibi: futuris caſib. prudenter occurrere, diſtinct.* 23. *c. convenientibus, in princ.* 1. *q.* 7. *gl. in c.* 1. *in verb. præcaveri, extr. de ſerv. nõ ord.* Blarer *ad l. diffamari, n.* 19. *C. de ingen. manumiſſ.* Barthol Cæpol. *conſil.* 34. *n.* 50 53. *&* 55.
791 Sicqui † abortionis vel amatorium poculum exhibet, etſi non ea mente dat, ut occidat,

occidat, tamen homicidii ſecuti pœnam luit. *l. ſi quis. §. qui abortionis, ff. de pœn.* Similiter vim † inferens, non tantùm de vi, ſed & de omnibus facinoribus & 792
damnis violentia illata commiſſis, tenetur. *C. ad. l. Iul. de vi publ.*

Atqui ſuprà probavimus, judicem injuſtè & præcipitanter innocentem inauditum gravantem, cenſeri vim facere. Cùm itaque noſter Judex non ſolùm ex abrupto non præcedentibus indiciis legitimis, & diffamatione injuſtè ad inquiſitionem contra Dominam viduam ejusq; filiam proceſſerit, & non habita veritatis inquiſitione falſa crimina pro exploratis de iis publicârit, ſed etiam cogitare potuit, ſed ſaltem debuit, talem publicationem injuſtam, damnoſam eſſe poſſe Dominæ viduæ ejusque filiæ & toti N. Nobiliſſ. familiæ puellamque iſtam vel ex deſperatione impunitatis vel ex malevolorum incitatione, ad nominationem Dominæ viduæ, ſi ei falſa iſta de ea conficta crimina in Judicio prælegerentur, facilè proſilire potuiſſe, ideoque propter temeritatem & imprudentiam non † excuſatur, ſi cum diſcrimine alienæ exiſtimationis iniquè vaga- 793
tus ſit. *l. prætor edixit, 7. in pr. ff. de injur.*

Quia culpa † caſum præceſſit, adeoque is non excuſat, *per l. 1. §. cum arietes,* 794
ff. ſi quadrupes paup. fec. d. c. l. quoniam multa, C. ad L. Iul. de vi publ. Cacheran. *Deciſ.* 104. *n.* 75. Maximè cum nulla juſta fuerit cauſa, quæ Judicem movere debuit, ut iſthæc falſa crimina de Domina vidua conficta puellæ prælegi in judicio faceret, cum ejus delictum & factum aggravare iſta non potuerint, ut ſuprà circa fin. 3. Quæſtionis deduximus. Ubi autem juſta † inſtituti cauſa reddi non po- 795
teſt, utique calumnia præſumitur.

V. Totum Capitulum injuriarum actione noſtro caſu conveniri poſſe vel inde maximè infertur, quod etiam poſt factam publicationem, & ex ea ortam injuſtam diffamationem, Apologia quædam ſub nomine & auctoritate totius Capituli emanaverit, in qua proceſſus iſte omnesque iniquitates & nullitates circa eum commiſſæ ratificantur, approbantur ab ipſo Capitulo ipſaque diffamatio continuatur: Quæ † ratificatio etiam in delictis æquiparatur man- 796
dato, *l. 1. §. ſed & ſi quod, l. 3. §. cum procurator, ff. de vi & vi arm. l. hoc jure utimur, de R. I. cap. 1. de homicid. in 6.* Hieronym Schurff. *conſil. 55. n. 14. cent.* 3. Cacheran. *Deciſ. 138. num. 6. & aliquot ſeqq.*

Cum enim proceſſus iſte à Dnn. Directoribus fuit formatus, nomine & auctoritate Capituli, bene potuit † ab ipſo ratificari, etiam per deputatos, Bart. 797
in l. aut facta, §. nonnunquam, ff. de pœn. innocent. in c. gravem, de ſent. excomm. Ancher. *conſil. 21. n. 32. lib.* 4. Matth. de Afflict. *Deciſ. Neapolit.* 376. *n.* 3. 4. Quod usq; adeò verum eſt, ut † non tantùm expreſſa, ſed & tacita ratificatio ſufficiat, Myn- 798
ſing. 4. *obſ. 79. nu, 5. ubi ſcribit.* Quod † per tacitam ratihabitionem & conniven- 799
tiam univerſitas delicti particeps reddatur, etſi illud nullo communicato conſilio ſit perpetratum, *per tradita* Felin. *in cap. dilectus, 2. de Simon.* Jaſ. *in l. civitas, ff. de reb. cred.* Erneſt. Cothman. *conſil. 32. n. 319. & ſeqq. vol. 1.*

800 Satis enim eſt, quod † per conjecturas & actus ſequentes colligatur voluntas & conſenſus Capituli, ad hoc ut omnes teneantur & puniantur, Card. *in Clemens. 1. de pœn.* Felin. *in d. c. dilectus col. fin. verſ. tertiò limita. Et ita ponderavit Dn. referens apud* Adrian. Gylman. *in Symphorem part. 1. tit. 2. vol. 1. ſub nu. 206.* Eamq; opinionem ut commnunem refert Villob. *in Com. opin. lit. u. n. 46.* Menoch.
801 *Remed. 9. recuperand. num. 123.* Eò magis quod † Capitulum dicatur Collegium
802 parvum, *ut dicit* Bart. *in l. 1. in fin. ff. de alb. ſcrib.* Indeque † præſumuntur omnes habuiſſe notitiam & ſcientiam, & quòd omnes voluerint actum ratificare, *ut pluribus deducit* Paul. Pariſ. *d. conſil. 21. n. 38. 39. 40. lib. 4.*

Verùm licèt hæc ſint ejus ponderis, ut graviſſimis & juſtiſſimis biſce rationibus moti, ſine ſuſpicione calumniæ, Domini Conſulentes Reverendum Capitulum injuriarum actione convenire & pulſare poſſent, attamen inſpectis diligentiùs præſentis caſus circumſtantiis, nō videtur è re Dnn. Conſulentium, injuriarum actione Capitulum prædictum, convenire, ſed potiùs aliis remediis tutioribus experiri,

803 Siquidem I. Certi & indubitati Juris eſt, ad hoc, † ut univerſitas aliqua vel capitulum actione pœnali pulſetur, non ſufficere, quòd quidam, vel etiam omnes de collegio ſeu capitulo exceſſum committant; ſed neceſſe eſt, ut id ſiat communicato conſilio, & habito tractatu, factum illicitum committendi, *uti*
804 *diſtinctè determinat,* Bart. *in l. aut facta, §. fin. n. 9. ff. de pœn.* Quem tanquam † Juris noſtri ſpeculum & lucernam, uti eum appellat Curt. Jun. *Conſil. 5. colum 13. & Conſil. 12. col. 4. Patrem Iuris Catell. Cott. in memoriabil. verb. Iuriſperitus, &c.* Hac in re omnes ſequuntur Jaſ. *in l. civitas, n. 3. ff. ſi cert. pet.* Bald. *conſil. 383. nu. 1. vol. 1* Paul. Caſtrenſ. *Conſil.* 104. *n.* 1. Quæ eſt communis opinio, *ut dicit* Abb. *in cap. dilectus,* 2. *de* Simon. *quem adhoc allegat & ſequitur* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 16. n. 8.* Matth. de Afflict. *Deciſ.* 378. *n. 1.* Hieronym. Schurff. *Conſil. 55. n. 13. cent. 3.* Erneſt. Cothman. *d. conſil. 32. n.* 228. Eamque ſententiam à Dominis Adſeſſoribus Cameræ Imperialis aliquoties comprobatam, apparet ex iis quæ tradit, Mynſinger. *d. obſerv. 79. n. 1. & ſeqq. cent.* 4. Andr. Geil. 2. *de Pac. publ. cap. 10. n. 4. & ſeq. Referens apud* Gylman. *in ſymphorem part. 1. tit. 2. vol. 1. ſub n. 202. verſ.*
805 *ſecundum eliſionis fundamentum fol,* 144. Non itaq; poteſt † Univerſitas conveniri ex delicto quorundam, *per notat.* Innocent. *in cap. gravem, de ſentent. excomm.*
806 Oldrad. *Conſil 65. Col. fin.* Aym. Cravet. *Conſil. 19. n. 8.* Licèt † illi ſunt præcipui &
807 primores Capituli, *per tradita* Mynſing. *d. obſerv. 79. n. 3.* Quia † delictum particularium perſonarum regulariter non nocet univerſitati, *cap. accedentibus, de privileg. gloſſ ibid. in verb. renunciaſſe,* Andr. Geil. *in tract. de Arreſt. c. 10. nu. 24.*
808 Adeò ut † ne quidem ſtatuto effici poſſet, ut univerſitas vel Capitulum, factum ſingulorum præſtet, Bald. *in l. ſed omninò, n. 2. C. ne uxor pro marito* Jaſ. *in l. ſi quis*
809 *ſuo, §. 1. n. 3. C. de inoffic. teſtam.* Aliud †, quippe eſt ipſum Capitulum, aliud ſinguli in eo homines, *gl. in l. ſicut, §. ſi quid. ff. quod cujuſq. univerſit. nom. Canoniſt. in cap. omnes*

Digitized by Google

omnes, extr. de conſtitut. Roland. à Valle *conſil. 53. n. 6. vol. 3.* Johan. Gœdd. *conſil. Marp. 28. num. 131. vol. 2.* Noſtro autem caſu non conſtat ex actis, Dominos Capitulares omnes conveniſſe, & præviâ deliberatione unanimiter hoc concluſiſſe, ut proceſſus iſte ita injuſtè, & nulliter contra Dominam viduam ejusq; filiam ordinaretur, & illæ ita diffamarentur.

II. Reperimus, non poſtremi nominis JCtos ejus eſſe ſententiæ, Magiſtratum † & Judicem ob proceſſum injuſtum vel nulliter inſtitutum, injuriam quidem facere ſine dubio, ſed actione injuriarum non teneri, niſi evidenter appareat non ſolùm inordinatè, ſed etiam malitiosè eum egiſſe, & animum ac propoſitum injuriam faciendi habuiſſe, Iacob. de Aren. *add. l. nec Magiſtratibus, ff. de injur. quem ad hoc allegat & ſequitur* Erneſt. Cothman. *conſil. 24. nu. 15. vol. 3.* 810

Siquidem ob † inordinatum proceſſum duo tantùm dantur remedia, 811 quorum alterum eſt appellationis, nullitatis & reliquorum hiſce cohærentium, Dd. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re Iud.* Alterum verò eſt actio Syndicatus, *l. 2. & ibi* Bart. *Cod. de pœn. Iudic. qui malè Iudic.* Et ita in Romana Curia deciſum fuiſſe, teſtatur Pariſ. de Put. *de Syndicat. §. injuria officialis, verſ. Iudex ad inſtantiam, num. 2. in fin. & in §. inquiſitio, verſ. Iudici faciliter, n. 9.*

Ubi de Judice † temerè & indebitè inquirente, quod teneatur in Syndicatu patti ad intereſſe, & expenſas etiamſi ad delationem vel inſtigationem alicujus proceſſerit, qui tamen in probatione defecerit: imò aliquando etiam criminaliter Judicem propterea teneri ex Cyno & Bald. ibid ſtatuit. Quamvis eo caſu, quo conſtat ex actis, Judicem inquiſitionem formâſſe, nullius vel leviſſimis & inanibus præcedentibus indiciis, neq; diffamatione, cenſeri eſſe in dolo, calumnia, & non ſolùm ad expenſas, ſed etiam criminaliter puniri poſſe, incidere in Turpillianum, patique omnes pœnas, ac ſi eſſes privatus, quia verè dicitur eſſe in dolo, *poſt* Bart. *& alios ſcribit practica criminalis Magiſter* Proſper. Farinac. *tit. de accuſat. q. 16. n. 27.* 812

Quæ ſententia & nobis arrideret, niſi hoc noſtro caſu adeſſent circumſtantiæ, propter quas difficulter non ſine magnis ſumptibus & ambagibus, actione injuriarum contra totum Reverendum Capitulum inſtituta obtinere Domini Conſulentes maximè in iſta opinionum varietate, poſſent. Et cum alia tutiori viâ, ipſis ſatisfieri poſſit, ut ex Quæſtionis ſequent. & penult. reſolutione patebit, eam ambulandam conſultiùs eſſe putamus.

Argumenta ſuprà in contrarium adducta, relinquimus in ſuis terminis, eaq; tanti ponderis eſſe putamus, niſi in hoc caſu circumſtantiæ & conſiderationes ſingulares, & ea quæ in prima decidendi ratione adduximus, aliud ſuaderent, iiſtuto inſiſti poſſe. Quintum adhuc videtur obſtare argumentum, ad quod reſpondemus I. Eandem ſolennitatem † requiri in ratificatione actus, quæ requiritur in confectione, *l ſicut proponis, C. de nupt. l. nuptiæ, ff. de rit. nupt.* Decian. *conſil. 532. n. 2.* Aretin. *conſil. 127. n. 3.* Cacheran. *deciſ. 138. ſub.* 813

Digitized by Google

num.6.verſ.nec obſtare,&c. Sicut itaq; ad hoc, ut Capitulum delinquat & puniatur, neceſſe eſt omnibus convocatis, præcedente deliberatione & communicato conſilio delictum commiſiſſe, per ea quæ ſuprà deduximus: Ita id ipſum etiam ut cenſeatur factum ſingulorum, ratum habuiſſe Capitulum, ad hoc ut puniri poſſit, neceſſariò præcedere debet, Cacheran. *d.deciſ.*138.*ſub n.18.*

Jam ex actis nobis tranſmiſſis, de eo nihil conſtat, neque etiam opinamur, omnium Dominorum Capitularium mentem & intentionem fuiſſe, vel adhuc eſſe, injuſtum quorundam proceſſum, cum injuſtitia & læſione innocentis Nobiliſſ. matronæ ejusque filiæ & totius Nobiliſſ. familiæ conjunctum, ratificare & laudare: Quin multos potiùs ex iis, juſti & veri amantes, in corde ſuo iſtas iniquitates deteſtari & injuſtè ac falsò diffamatis condolere, certò credimus. Et fieri etiam potuit, hos ipſos, qui Directores ejus proceſſus fuêre, auctores fuiſſe & ſuaſores, ut Apologia iſta prætenſa divulgata ſit.

II. Illa Apologia videtur fuiſſe oppoſita proceſſui inſtituto à Dnn. Conſulentibus *ex L. Diffamari*, quamvis nulliter & contra Juris ordinem, ut in reſolutione octavæ Quæſtionis deducetur: adeoque ad exculpationem & excuſationem potiùs, quàm ad ratificationem nullitatum & diffamationis commiſſæ
814 publicata. Tunc autem demum † ex facto ſubſequenti actus præcedentis maximè illliciti, approbatio & ratificatio præſumitur, quando factum tale eſt, ut fieri non poſſit, niſi actus præcedens ratus habeatur, Bart. & Paul. Caſtrenſ. *in l. Paulus reſpondit, ff. rem rat. hab.* Cravett. *conſil.*204.*n.*14. Burſat. *conſil.*118.*nu.*19.
815 Surd. *conſil.164.n.46.& conſil.*183.*n.36.* Et quælibet † occaſio ſive cauſa ſufficit ad excludendum ratificationem: quia neceſſariò ex facto inferri debet. Roman. *Conſil.291.n.5.* Dec. *conſil.72.n.5.* Marc. Anton. Natt. *conſil.*77.*nu.*14. Maſcard. *de probat. concluſ.1295.n.51.& 53.*

Cùm verò iſta Apologia prædicto proceſſui fuit oppoſita, & etiam proteſtatio expreſſa ei inſerta, quod ad ſui tantùm defenſionem, ad nullius verò diffamationem Domini Capitulares ediderint, non neceſſariò exinde inferri poteſt diffamationis ratihabitio & approbatio.

Hoc tamen huic Quæſtioni annectimus, ſi Domini Conſulentes, contra quoſdam ex his qui proceſſum iſtum nomine Capituli ita nulliter & ad injuriam Dominæ viduæ, &c. formârunt, concurrentibus præſumptionibus quibuſdam & conjecturis concludentibus, odii, inimicitiæ, invidiæ, &c. propter quas illos potiùs quàm alios convenire injuriarum vellent, id jure fieri poſſe non dubitaremus (cùm aliud ſit Capitulum, aliud ſinguli de Capitulo, per ſu-
816 pra deducta] eoque ad minus adigi poſſe, niſi propter factum injurioſum condemnari injuriarum vellent, † ut Jurejurando ſe purgarent, animo injuriãdi, ex odio, & propter inimicitias nihil feciſſe, *per ea, quæ in Cameræ judicio obſervavit* Andr. Geil. 2. *obſ.106.n.*4.5.*& cõprobat* Marq. Freher. *de exiſtim. li.3.c.9. ſub n.22.* Gilhauſ. *de injur.§.9.n.38.* Bernh. Grev *concl. practic 106.n.2.& ſeqq. li.2.*

Digitized by Google

IN SEXTA QUÆSTIONE QUÆRITUR:

Anné Domini Conſulentes camentarium iſtum ejusq; uxorem, quòd de Domina vidua ejusq; filia tàm gravia & atrocia crimina falsò detulerint, easq; diffamârint, injuriarum actione convenire poſſint?

AD quam Quæſtionem ſine ambagibus Reſpondemus, cæteris tamen paribus, quod ſic. Siquidem † injuria dicitur inferri, quoties alicui crimen 817
aliquod imputatur, & de eo ſpargitur, quod per ſe turpe eſt, & exiſtimationem ac dignitatis ſtatum lædit, quocunque id faciat modo. *l. item apud Labeonem, §. generaliter. & §. ait prætor, ff. de injur.* Bart. *ibid. n.5.* Erneſt. Cothm. *conſil. 15. n. 58. vol. 1.* Farinac. *de var. ac diverſ. crimin. quæſt. 105. n. 15.*

Quod etiam in eo locum habet, qui non ex officii neceſſitate, ſed motu proprio judici de aliquo crimen falſum defert, † & diffamationi cauſam præ- 818
bet: Cum nemo debeat denunciare crimen, quod probare non poteſt, *per ea quæ habentur in l. 1. ff. ad Turpill.* Aym. Cravett. *conſil. 13. ſub. nu. 3. poſt med. quem allegat & ſequitur.* Harprecht. *in §. injuria autem, n. 125. Inſtit. de injur.*

Sicut enim ad accuſationem alterius proſilire nemo debet, niſi crimen intentatum & objectum legitimè probet; *l. qui accuſaret 4. Cod. de edend l. fin. B. de probat.* Ita nec ad delationem, qui talis delator ſponte ſe offerens ſimilis eſt accuſatori. *arg. l. ea quidem, C. de accuſat.* Luc. *de penn. in rubr. Cod. de delator.* Grammat. *Deciſ. 39. n. 6. 9. &* 10. Sigiſmund. Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap. 55. ſub n. 3.* Ubi dicit, contra ejuſmodi delatorem poſſe opponi omnes exceptiones, quæ poſſunt opponi contra accuſatorem. Iul. Clar. *§. fin. quæſt. 7. in fin.* Ubi dicit, de eo qui non ex neceſſitate officii, ſed ſponte accederet ad denunciandum, judicandum prout de accuſatore, & ratione calumniæ condemnari poſſe: Quia accuſationis & delationis effectus quoad puniendum delictum in idem incidunt, *l. 1. in fin. §. quod quisq; jur. l. 1. §. docetur, ff. ne quis eum qui in jus vocat.*

Ideòque † denunciatores tenentur probare, vera eſſe omnia quæ in de- 819
nunciatione continentur, *uti poſt alios notavit* Joſeph. Maſcard. *de Probat. concl. 505. num. 1. & ſeq.* Quod & in denunciante ex officio calumnioſè multis *defendit* Cravett. *conſil. 68. n. 8. 9. 10 per text. in l. 3. C. de advocat. diverſ. judic. & alia jura ac rationes ibid. adductas.* Ergò tanto magis id obtinet in denunciante ſponte, & motu proprio. *Latè* Proſp. Farinac. *de Accuſat. quæſt. 16. n. 15. 16. 17.* Ubi teſtatur in fine, † ſe vidiſſe ejuſmodi delatores propter calumniam fuſtigatos, vel ad tri- 820
remes miſſos. Quamobrem ſi delator non probet crimina quæ detulit, dolus & animus injuriandi in eo præſumitur. *l. 1. C. de advocat. diverſ. Iudic. cap. 2. ibiq; gl. extra de calumniator. cap. qui crimen, 2. q. 8. §. qui verò. de elect. in 6.*

Neque excuſantur delatores noſtri, quod dixerint, ſe audiviſſe à puella, cum non minus reus ſit, qui crimen ab aliis confictum ſpargit, quàm qui ipſe

Digitized by Google

confingit, *text. in cap. in cunctis, §. hac igitur, ibi*: Nimiæ levitatis eſſe, ſi quis mala gravia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt, 11. *q.3. c. non ſolum ibid.* Ideoq; ex eo quod non ſolum crimen intentatum non fuit probatum, ſed etiam notoriè de falſitate delationis conſtet, libido & animus injuriandi ſatis deprehenditur. *d. l. 1. C. de advocat. divers. Iudic, l. ſi non convicii, C. de injur.*

821 Siquidem indubitatum eſt, † quod mendacia ſummam fraudem & quam maximè deliberatum dolum arguant & oſtendant. Car. Ruin. *conſil. 29 n. 6. vol. 1.* Cravet. *conſil.* 142 *num.* 17. Hippol. Riminald. *conſil.* 274. *num.* 53. *& mult. ſeqq.* Neque adverſatur quod dici ſolet, quamlibet cauſam etiam injuſtam & fatuam excuſare à dolo, *l. igitur, §. 2. de liberat. cauſ.* Mynſing. *3. obſ. 98. n. 4.*

822 Quia illa regula non procedit, † niſi injuſta cauſa habeat probabilem ſimplicitatem vel ignorantiam, abſitque ab ea præſumpta vel aſtutia, vel vafricies *d. l. igitur, §. poteſt, de liber. cauſ.* Udalr. Zaſ. *conſil. 12. n. 106. lib. 1. ubi dicit*, Nullum eſſe juris textum qui aſſertionem iſtam ſine illo temperamento firmet. Proinde ſi qui ex Dd. eam doctrinam aliter docerent, hi non viderentur æqua docuiſſe; Quia ſtatuerent tenebras lucem, & ut dicit Eſaias, bonum malum. Nunquid enim ſemper filii Belial cauſam prætexerent injuſtam, & ſic impunè graſſarentur? Quid enim non audet homo malitiæ deditus? *Hactenus Zaſius:*

823 Cauſa autem † illa, quod audiverint à puella, minorenni & à Diabolo divexata, non habet probabilem ſimplicitatem, neque tollit præſumptionem fraudis & aſtutiæ, cum puella iſta tàm propter ætatem, quàm propter ſexum & vitæ conditionem non fuit fide digna, ut ex ejus ore fas eſſet, tàm atrocia crimina de matrona honeſta & Nobilibus perſonis in Judicio deferre & divulgare, quo caſu ex tali cauſa quem non excuſari à dolo, ſi fœminis credat, *ut poſt* Barbat. & Tyraquell. *limitando prædictam regulam tradit.* Anton. Gabriel. *Com-*
824 *mun. concluſion. lib. 7. concl. 8. n.* 42. Sicuti † nec rumor incertus, & vagus excuſare ſolet. *per ea quæ tradit* Maſcard. *de Probation. concl.* 254 *n.* 40.

825 *Secundò*, regula illa non procedit † in illicitis, & jure prohibitis: quia in his ſemper dolus vel notorius eſt, vel ſaltem indubitatò præſumitur, *gloſſ. & Dd. in l. dolum Cod. de dol.* Geil. 1. *de Pac. publ. cap. 7. nu.* 23. Petr. Frider. *de Proceſſ. lib. 1. cap. 23. n.* 14. Weſ. *conſil. 33. n. 6. & ſeqq.* Illicitum autem & Iure divino, naturali ac civili prohibitum eſt, de proximo crimina falſa & atrocia ex frivolis & ineptis cauſis deferre & divulgare, ideoque id faciens à dolo non excuſabitur.

826 *Tertiò*, procedit illa regula † niſi aliunde ex aliis iiſque fortioribus & validioribus conjecturis dolus præſumatur & appareat, *ut tradit* Harprecht. *add. §. injuria autem, n.* 134. *Inſtit. de injur.*

Jam verò non ſolùm de falſitate delationis notoriè patet, ſed etiam adſunt conjecturæ; quæ oſtendunt, cæmentarium iſtum ex odii & malitiæ virulentia potius ſuggeſſiſſe filiæ iſta crimina, ut ea de Domina vidua aſſereret, prout etiam hac occaſione alios honeſtos viros, & matronas diffamatas ſuprà deduximus,

Quam

Quamobrem cum falsò cæmentarius ille cum uxore ſua de Domina vi-
dua ejusque filia atrociſſima crimina divulgârit, & ad Judicem detulerit, quod
fuerint in conſortio Sagarum: quod Domina vidua arte magicâ Reverendiſſi-
mi N. ſorori aureum cochlear ſurripuerit: quod illi & Reverendiſſimæ ſuæ Celſi-
tudini in itinere N. grave damnum attulerit. Eaque omnia falſa & conficta
fuiſſe mendacia notorie conſtet, quis dubitet, hoſce delatores non ſolùm ad
damna & intereſſe teneri, ſed etiam criminaliter, vel civiliter injuriarum actio-
ne conveniri poſſe. Et cum forſan parùm habeant in bonis, expedit potius cri-
minalem adverſus eos actionem ad corporis inflictivam, apud competentem
& non ſuſpectum Judicem intentare: Præſertim cum falſitas delationis noto-
ria ſit, nec ipſi innocentiam ſuam legaliter purgare valeant. Non dubitamus
cæmentarium † iſtum ad minimum fuſtigatione & relegatione, uxorem verò 827
vel hac ſolùm plecti poſſe. *Juxta l. fin. ff. de injur.* Weſenb. *in Par. a tit. n. 16 ff. eod.*
tit. Geil. 1. *obſ. 65. n. 2. 3.* Treutl. *Diſp. 30. th. 6. lit. b. vol. 2.* Et in terminis falſi dela-
toris ita ſe obſervaſſe, *teſtatur* Farinac. *de Accuſat. quæſt. 16. n. 17. in fin.*

Certum enim eſt, injurias haſce † atroces eſſe, tùm ratione falsò delato- 828
rum criminum atrocium, §. *atrox. & ibi* Dd. *Inſtitut. de injur.* Tùm quòd † con- 829
tra Dominam viduam, tanquam Nobilam & honeſtam matronam ac ſpectatæ
dignitatis fæminam, ejusque filiam virginem verecundam, malitiosè effuſæ;
ſecundùm Angel. *in l. non ſolùm, §. quumq; n. 3. ff. de injur.* Practic. Corrad. *rubr. de*
injur. n. 9. Farinac. *de var. ac diverſ. crimin. q. 105. n. 205.* Tum † quia apud Prætoré 830
ſeu loci Judicem ſparſæ: *l. Prætor edixit, §. atrocem, verſ. nam in Prætoris conſpectu*
ff. de injur. Aretin. *in d. §. atrox, inſtit. de injur.* Azo. *in ſum. n. 16. C. eod.* Pariſ. *conſil.*
174. n. 11. Adrian. Gylman. *votor. Cameral. Tom. 2. part. 2. vol. 14. n. 8.* Tùm quia ad
Protocollum dictatę & ſcripto comprehenſæ: *l. Lex. Cornelia, §. ſi quis, ff. de injur.*
l. un. C. de famoſ. libell. c. 1. 5. q. 1. Zaſ. *in l. cum lex. n. 12. ff. de legib.* Tum † quia apud 831
Judicem repetitæ: Ancheran. *conſil. 325. n. 2.* Tum † quia plures injuriæ & delicta 832
ſunt, *l. 1. verſ. quia duplici, C. de rapt. virgin.* Erneſt. Cothman. *conſil. 15. n. 82. &*
ſeq. vol. 1. Tum † quia in Judicio criminali, & loco publico multis adſtantibus & 833
audientibus publicatæ & proclamatæ, *d. l. Prætor edixit, §. at ratione, ff. de injur. l.*
ſed eſt quæſtionis, §. 1. ff. eod. c. 1. ibi multis, coram adſtantibus, extr. de maledic. & per
illum text. poſt Hoſtienſ. Iohann. Andr. *& alios* Farinac. *d. q. 105. n. 186. & 189.* Cra-
vett. *conſil. 168. n. 11.* Tum quia toti familiæ dedecori: Auguſt. Beror. *conſil. nu. 8.*
vol. 3. Tum deniq; ratione pernicioſi eventus, cum nequiſſimi iſti dilatores iſt-
hâc ſuâ delatione tantũ effecerint, ut injurię iſtę & calumniæ à Iudice loci, quam-
vis neque piè neque juſtè pro exploratis facinoribus fuerint publicatæ, & multi
maximè vulgus hominum inde ſiniſtrè de Domina vidua ejusque filia ſu-
ſpicati ſint, Nevizan. *conſil. 76. n. 7.* Erneſt. Cothman.
conſil. 4. num. 24. vol. 3.

Digitized by Google

SEPTIMO QUÆRUNT DOMINI CONSULENTES.

Annè injuria iſta pro ſcriptis & realibus potiùs, quàm verbalibus habenda, adeoq; etiam anno elapſo actio injuriarum ſalva ſit?

AD quam pariter ſine circuitu reſpondemus, injurias haſce non ſolùm ore prolatas, ſed etiam ſcriptura comprehenſas, easque publicè in Judicio lectas, ipſa teſtari acta & ſcripta. Et cum ſuprà reſpondimus, totum Capituli corpus commodè injuriarum actione conveniri non poſſe, hîc diſquirendum, annè etiam ex parte cæmentarii, ejusque uxoris injuriæ hæ ſcriptis factæ cenſeri
834 poſſint: Et quidem certum eſt, injuriam † in ſcriptis fieri, quoties aliquis ſcripturam famoſam componit, ſcribit, edit, hoc eſt, copiam deſcribendi facit, vel quod perinde eſt, alteri ſcribendum dictat, *L. Lex. Cornelia, 5. §. ſi quis, 9. ff. de injur. §. 1. & ibi* Schneidwin. *&* Dd. *Inſtit. de injur. l. item apud Labeonem, 15. §. ſi quis, 29. ff. eod.* Ubi JC. Ulpianus, ſi quis, inquit, libello dato vel Principi, vel alicui, famam alicujus inſectatus eſt, injuriarum erit agendum. Conſtat autem ex actis cæmentarium noſtrum ejusque uxorem, non ſolùm voce injurias haſce Iudici detuliſſe & ſparſiſſe, ſed ad album ſeu Protocollum articulatè dictâſſe, easque ex ore eorum ita ab actuario in publica monumenta conſcriptas & rece-
835 ptas eſſe. Iam verò eò modò dictis Iuribus † non ſolùm is injuriam in ſcriptis feciſſe cenſetur, qui ſcribendo alicujus famam inſectatur, ſed etiam qui tale quid edit apud Iudicem vel alium quemcunq;. Edere autem, ut explicat Ulpianus IC. non ſolùm eſt copiam deſcribendi ejus quod jam antea ſcriptum eſt, facere, ſed etiam *Dictare*, vel ad album Prætoris demonſtrare, quid dictaturus eſt, *L. 1. §. 1. ff. de edend.* Iohan. Oldendrop, *Claſ. 1. act. 8. in princ.*

Ideoque nihil intereſt, ſive quis porrigat libellum Iudici in ſcriptis, vel porrigat querelam ſeu delationem verbalem apud acta Iudicis, & tabellio eam in ſcriptis redigat, *ut explicat* Salicet. *in l. pen. n. 2. C. de accuſat.* Iul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. q. 12. nu. 7.* Hinc etiam in crimine libelli famoſi nihil intereſt, an aliquis ſcripſerit, vel alii ſcribendum dictarit, *ſecund.* Angel *in l. Lex Cornelia, §. ſi quis librum, n. 1. ff. de injur.* Ant. Gomez. *de delict. c. 6. rubr. de injur. n. 1. in pr.* Cephal. *conſ. 341. num. 5.* Farinac. *de var. ac diverſ. criminib. q. 105. n. 445.*

Ex hiſce itaque fundamentis indubitatis præſupponimus, injurias iſtas non ſolùm voce & verbis, ſed etiam ſcriptis factas. Ideoq; quamvis ex commu-
836 niori Dd. ſententia verbales non reales ſint, actionem tamen † ſuper iis competentem non annalem ſed perpetuam eſſe, in foro & praxi receptior eſt ſententia:
837 cùm ſcriptura † ſit perpetua, quæ ſemper manet ſemperq; loquitur. Udalric. Zaſ. *in l. cum lex. n. 12. ff. de legib. per text. in l. Arriani, C. de hæretic. facit text. in l. quadam, §. nummularios, ibi quarum probatio ſcriptura continetur, ff. de edend.* Paul.

Pariſ.

Digitized by Google

Pariſ. *conſil.112.n.44.vol.1 per text. in l.1.§. initio, ff. de offic. præfect. urb.* Hinc Oldendorp. Germaniæ Sulpitius, *uti eum appellat* Erneſt. Cothman. *reſponſ. Acad. 1.n.125.* ſcribit, quòd plus lædant ſcripta & diutius hæreant, quàm vulnera, *Claſſ.7. act.10. verſ. Uſus autem ſum exemplo, &c.* Habent enim ſcripta actum permanentem, *ut dicit* Bald. *in un. n.5. verſ. primo caſu, C. de confeſſ.* Et ſemper, continenter ac quotidiè loqui cenſentur. Pariſ. *d.cōſil.112.n.44.* Ioh. Althuſ. *lib.1. Juriſpr. Rom. cap.53. verſ. pœna hæc tollitur.* Et hanc ſententiam præter allegatos tuentur. Bernh. Wurmbſ. *Pract. forenſ. lib.1. tit.47. obſ.11.n.3.* Hieronym. Schurff. *conſil.12.n.1. cēt. 1.* Myſing. *Reſpon.59.n.9.* Vultej. *ad §. pœna autem, n.8. Inſtit. de injur.* Borcholt. *in §. fin. inſtit.* Hackelman. *Illuſtr. quæſt. Diſp.23.th.15. lit.c.* Eamq; tanquam jure & rationibus firmioribus ſuffultam Cameram imperialem in decernendis proceſſibus & cauſarum deciſione ſequi, *teſtatur* Andr. Gail. *2. obſ.104.n.4.* Et ita conclusum in cauſa Pauli Wobeſers, contra G. Wrangell 25. *Septemb. An.* 1567. *Auctor. Deciſion. ſive præjudic. Camer. verbo injuria. verſ. injuria picta vel ſcripta, fol.154.* Ubi pariter atteſtatur, ita obſervatum in cauſa Hanaw contra Groſſchlag 22. *Septembr. An.* 1578. Ab eaque recedendum non eſſe arbitratus eſt Dn. Referens cui reliqui Adſeſſores omnes adſtipulati ſunt in cauſa cujuſdam civitatis N. contra D.N. apud Gylman. *Tom 2. votor. Cameral. part.2. vol.12.n.1.* Ac juxta eam aliquando pronunciaſſe Academiam Friburgenſem *teſtis eſt* Udalric. Zaſ. *ad d.l. eum lex, n.12 ff. de legibus.*

Deciſiones † autem Cameræ eſſe inſtar legis, & pro lege merito ſequenda, ſcribit Hermann. Vultej. *lib.2. de Feud. cap.3. num.9. in fine.* Cum ipſa repræ- 838
ſentet Imperatorem & ſummi principis conſiſtorium, *ut idem* Vultej. *Reſpondit Conſil. Marpurg.19.n.94. & conſil.21.num.264. vol.3.* Ubi, à Camera Imperiali, Imperatorem & ſtatum Imperii repræſentantem, deciſa, dicit vim legis habere argumento eorum quæ traduntur de deciſionibus conſilii Neapolitani & aliarum curiarum ſupremarum, Matth. de Afflict. *Deciſ.169.n.9. & Deciſ.190.nu.7.* Robert. Marant. *in ſpecul. judic. tit. de Appellat. n.252.* Menoch. *Remed.1. recuper. poſſeſſ. n.189.* Ubi, quòd deciſiones Conſilii Delphinatus vim legis in ea regione habeant. Idem de deciſionibus Rotæ, Gratinopolitanis diſſerit Weſenb. *ad §. reſponſ. inſtit. de I.N.G. & civil.* Menoch. *conſil.53. n.28.*

Ideoq; Cameræ † Deciſiones communi Dd. opinioni rectè præferuntur. 839
Vult *d. conſil.21.nu.264.* Cæſar Urſill. *in addit. ad* Afflict. *Deciſ.1.nu.10.* Franciſc. Vivi. *Deciſ. Neapol.401.n.26. & ſeqq. quos adducit* Bernh. Græva. *in procem. concluſ. pract. cōcl.2.n.32. Et facit text. in l. filius, 14. in pr.* ubi IC. Paul. *Quæſtionē ex anteriori ſenatus deciſione reſolvit, ib: tribus: ſic enim ſenatū cenſuiſſe, ff. ad l. Cornel. de falſ. l.1 §. hoc antè SCtū. ibi: & aut ſextus ſic eſſe ſæpe Iudicatū, ff. de SCto Syllan. cū ſimil.*

Et extat † in jure noviſſimo ſanctio pragmatica, ut in quæſtionibus inter 840
Dd. controverſis Senatus Cameralis ſententiæ, vota ſeu deciſiones anteriores in novè emergentibus caſibus, obſerventur, donec Imperatoris & ſtatuum Im-

perii communi definitione terminentur, R. A. zu Speyer/ *de An.*1570. §. Damit
aber aller verenderung/ *ꝛc. ibi.* Damit auch die opiniones ſo bey den Rechtslehrern
gantz Streittig / vnd aber etwan in relationibus cauſarum mit Approba-
tion des gantzen Raths angenommen / mit fleiß colligiren, &c. *Junct. verbis*:
Es ſollen Cammerrichter immittelſt (videlicet antequam Imperatoris
& ſtatuum conventione & ſanctione aliter non ſit deciſum,) in decernendo
proceſſus & decidendo cauſas ſich denen gemeß verhalten. Ubi itaque claram ha-
bemus textus determinationem, meritò longior ceſſat diſputatio, *l. ancilla, C. de*
furt. Weſenb. *conſil.* 24. *n.* 14. Decian *conſil.* 2. *n.* 102. *vol.* 2.

Supereſſe adhuc difficultas quædam videtur, cujus Domini Conſulentes
in facti ſpecie non meminerunt, à quo hæc actio inſtitui poſſit? Cum enim
841 Domina vidua defuncta ſit, videtur ipſius † morte extincta injuriarum actio,
cum mors omnia ſolvat, Nov. 22. *cap.* 20. *in pr.* Ideóque eam neque heredibus
neq; in heredes dari, *l. Injuriarũ,* 13. *l. itẽ apud.* 15. §. *Injuriarum, ff. de injur. l. ſi cũ,*
10. §. *qui injuriatur, ff. ſi caution. in Iudic. tot. tit. C. ſi reus vel accuſat. mortuus fuerit.*

Sed quia non ſolùm Dominæ viduæ, jam piè defunctæ, ſed etiam filiæ ejus
adhuc viventi, nominatim injuriæ fuerunt illatæ, ut etiam in omnium relictorum
liberorum, & totius familiæ ignominiam illæ redundent, dubium non eſt, præ-
dictam Nobiliſſ. virginem unà cum fratribus & ſororibus totaq; cognatione ſua
842 ac matris, & reſpectivè cognatæ nomine, actionem injuriarum criminalem † ſeu
accuſationem contra cæmentarium illum ejuſq; uxorem, peſſimos injuriantes
inſtituere poſſe, *l. Lex Cornelia, in pr.* §. 3. *ff. de injur. l.* 1. §. 1. §. 2. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de deliber.*
cauſ. Bart *in d. l. ex Cornel. in pr. ante n.* 1. *& ibi* Alexand. *in addit. lit. b. Idem* Bart. *in*
l. ne pupillo, §. *ſi quis ipſi in qua quæſtion. ff. de nov. oper. nunciat.* Paul. Caſt. *conſil.*
275. *col.* 2. *vol.* 2. Maſcard. *de Probat. lib.* 1. *concl.* 68. *n.* 4. Proſp. Farinac. *de var. ac di-*
verſ. crimin. q. 105. Menoch. *lib.* 2. *Arbitrar. caſ.* 262. *n.* 3. Oſaſc. Cacheran. *Deciſ.*
Pedemont. 104. *n.* 3. Tiber. Decian. *in tract. Crimin. lib.* 3. *cap.* 5. Iohan. Petr. Surd.
Deciſ. Mantuan. 89. *n.* 1. 4. 11 *& aliquot ſeqq.* Iohan. Schneidwin. *ad* §. *patitur, n.*
15. *Inſtit. de injur.* Robert. Marant. *in Specul. part.* 6. *tit. de inquiſit. n.* 60. *& ſeq.* Fi-
chard. *conſil. German.* 98. *n.* 3. Ludov. Gilhauſ. *de injur. & famoſ. libell.* §. 7. *n.* 23. *&*
ſeqq. Tyraquell. *de pœn. temperand. cauſ.* 51. *n.* 68. Henningus Goden, *conſil.* 102.
n. 11. *& Conſil.* 107. *n.* 2. 3. *& ſeqq.* Hartman. Piſtor. *obſerv.* 99. *n.* 1. *Et ita etiam de ju-*
re conſultus reſpondit Erneſt. Cothman *conſil.* 87. *n.* 10. *& ſeqq. vol.* 2.

Idque non ſolùm vivente, ſed etiam defuncto injuriato obtinere, ut li-
beri & cognati injuriantem accuſare, & injurias parenti vel cognato maximè
in judicio & ſcriptis illatas, vindicare poſſint, *eleganter firmat* Matth. Weſenb.
conſil. 22. *n.* 2. Ubi dicit, quod licèt actio injuriarum non tranſeat ad heredem
tanquam heredem, cum non ſit in bonis defuncti, in quibus terminis jura ſupra
843 allegata loquuntur, ſed bene poſſit † accuſare hæres tanquam perſona con-
juncta, cujus intereſt, & qui perſequitur vindictam propriam perſequendo
injuriam.

Digitized by Google

injuriam defuncti, *per text. in l. 1. §. & ſi fortè, ff. de injur.* Ubi addit JC. rationem, quòd ſpectet ad exiſtimationem noſtram, ſi qua defuncto cui ſucceſſimus, fiat injuria vel ſi fama ejus laceſſetur; quia videlicet ſemper intereſt heredis defuncti exiſtimationem purgare, *text. in l. d. 1. §. 6. ff. de injur.* Hieron. Schurff. *conſil. 61 num. 13. cent. 1.*

Et quamvis allegati textus loquantur de injuriis, jam defuncto & cadaveri illatis ratio tamen ſubjecta generalis eſt, & fortior in vivente quàm in defuncto militat. Ideoque idem jus argumento à fortiori vigeri debet. *l. non poſſunt cum ſeq. ff. de legib. l. pen. §. ſi quis, 5. verſ. & licet municipum, ff. de Iur. & fact. ignor.* Minor enim eſt injuria quæ fit defuncto quàm illa quæ fit viventi, *ut ex notat per* Bartol. *in l. fideicommiſſum, C. de fideicommiſſ. tradit.* Cravett. *conſil. 205. n. 26.*

Ideoque hæredibus maximè liberis, ut injuriam patri vel matri defunctæ illatam proſequantur criminaliter, jure permiſſum eſt, præſertim † ſi injuriæ ſint 844 factæ in ſcriptis & in judicio. *per tradita* Weſenb. *d. conſil. 22. n. 2. Et ita etiam extendit & ſequitur* Cothman. *d. conſil. 87. n. 16. vol. 2.*

Quod etiam eo caſu quo defunctus † injuriam remiſiſſet, injurianti, ut ni- 845 hilominus conjuncti de familia eam vindicare poſſint, procedere, *diſerte declarat* Joh. Petr. Surd. *d. Deciſ. Mantuan 89. nu. 4. quem allegat & ſequitur* Farinac. *de var. ac diverſ. criminibus, quæſt. 105. n. 289. in fin.*

Sed ex concione funebri typis divulgata & nobis tranſmiſſa conſtat, Dominam viduam vindicationem ſibi illatarum injuriarum Deo juſtiſſimo Judici, & liberis ſuis debito modo proſequendam ante mortis horam commiſiſſe, & injunxiſſe hiſce verbis: Sie wolte für jhre Perſon ſolche Verleumbder für das Gericht Gottes wiſſen zu fordern / vnd das Vbrige in dieſer Welt jhren Kindern vnd Erben gebührlich zu Eyffern befehlen / ꝛc.

Quamobrem liberi defunctæ Nobiliſſ. Dominæ viduæ ultimo elogio, & mandato ad injurias haſce debito modo, & per legitimos Juris tramites vindicare obſtringuntur. Idque † & piè & juſtè Domina vidua liberis ſuis injungere, 846 & ab his rectè effectum dari & poteſt & debet. Exemplo Davidis viri ſecundùm cor Dei, & Salomonis filii ejus ſapientiſſimi: Ille enim injuriam ſibi illatam à Semei filio Gera, uti & proterviam ac delicta à Joabo commiſſa, huic tanquam ſucceſſori & heredi in regno, ſanguine vindicanda commiſit, quod & is ita ex patris juſſu piè & juſtè executus eſt. 2. Reg. *cap. 3. v. 2.*

SUCCEDIT JAM OCTAVA QUÆSTIO,

In qua eventum Quæritur:

An nè hoc caſu quo commodè adverſus capitulum injuriarum actio inſtitui non poſſit, directò & in ſpecie contra ad ipſum denuò citatio ex L. diffamari peti, & ex ea proceſſus formari poſſit, præſertim cum

Digitized by Google

contra jamdum agitatum & finitum judicium ex prædicta L. diffamari in genere contra quoſcunque diffamatores inſtitutum Apologiam quandam ediderint, & judiciaria tela terga obverterint?

SEd cum ex actis nobis tranſmiſſis conſtet, citationem & proceſſus ex L. Diffamari generaliter contra quoſcunque & ut ex narratis ſupplicationis & citationis ſatis evidenter apparet, etiam contra Dominos Capitulares N. propter nullitates in proceſſu ſuo, maximè quatenus tangit Dominam viduam ejuſque filiam, commiſſas, directò fuiſſe impetratos, eoque rem deductam, ut poſt emiſſam ſecundam citationem edictalem, peremptoriam, & accuſata ſolenniter contumaciâ, nemine comparente, ſervato Juris ordine, omnibus & ſingulis diffamatoribus, qui diffamationi occaſionem præbuerunt, à deputatis Reverendiſſ. Domini Epiſcopi Commiſſariis, per ſententiam, perpetuum impoſitum ſilentium *25. Ianuar. Anno* 1619. illaq; in rem judicatam tranſiverit, de-
847 nuò ex eadem cauſa & ad eundem effectum, agi non poterit: † Hoc etenim rerum judicatarum auctoritas non patitur, ut ea, quæ ſemel finita ſunt ex eodem capite & fonte inſtaurentur, *l. 5. C. de re Iudic. & ibi* Cujac. *in Paratit.* Azo. *in ſumm l. fin. C. ſenten. reſcind. non poſſ.* Ubi conſtantinus Imperat. reſcripſit, deciſas ſemel cauſas judiciali ſententiâ, ne quidem per reſcripta Imperialia reſuſcitari. Cùm itaque Domini Conſulentes, proceſſus ex L. Diffamari in genere contra quoſcunq; & ita etiam contra Dominos Capitulares jam ante obtinuerint, eoque rem perduxerint, ut quibuſcunque & conſequenter etiam Dominis Capitularibus per ſententiam ſilentium perpetuum fuerit impoſitum, illaque neque per Appellationem vel aliud remedium ſuſpenſivum extincta vel ſuſpenſa ſit, ſuum tranſeundo in rem judicatam ſortita eſt effectum, etiam contra Dominos Capitulares, in quantum illi diffamationis illius commiſſæ, reos ſe fecerunt, *per ea quæ poſt alios deduxit* Blarer. *ad L. diffamari, cap. 8. n. 41. & mult. ſeqq. iiſq; plenum attulit præjudicium* Geil. 1. *obſ.* 12. *n.* 5.

848 Neq; per prætenſam † illam Apologiam Directores Proceſſus illius nulliter inſtituti, ex quo orta hæc diffamatio, effectum emanatæ citationis, & deſuper in contumaciam publicatæ ſententiæ, ſibi ipſis in prætenſa illa Apologia Jus dicentes, impedire aut effugere Jure potuerunt; ſed omninò citati comparere, & in competenti hoc Judicio, ſi quas ſuæ diffamationis & proceſſus contra Dominam viduam ejuſque filiam nulliter & neglecto Juris ordine inſtituti, juſtas proferre rationes & cauſas potuiſſent allegare, & Judicis ſententiam, causâ plenè diſcuſſâ expectare debuiſſent. Nam ideò judiciorum vigor, Iuriſque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi valeat permittere ultionem, *reſcribentibus Impp.* Theodoſ. Arcad. & Honor. *in l. nullus, 14. C. de Iudæ. & Calicol.*

Et extat Decretum Divi Marci in hæc verba: Optimum eſt, ut ſi quas te putes

Digitized by Google

re putes habere petitiones actionibus experiaris. Cum Marcianus diceret: Vim
nullam feci: Cæſar dixit; tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur? Vis
eſt, & tunc, quoties quis id quod deberi ſibi putat, non per Iudicem repoſcit. *te-
ſte* JC. Calliſtrato, *in l. exſtat, 13. ff. quod met. cauſ. l. 10. in verb. non expectato Iudi-
ciorum ordine, &c. Cod. unde vi, l. 11. ibi: nec citra præſidialem Iuſſionem res debito-
ris arbitrio ſuo auferre poteſt, C. de pignorat. act.* Non enim ſingulis permittendum
eſt, quod per Magiſtratum publicè fieri debet, *teſte* IC. Paul. *in l. non eſt ſingulis, ff.
de Reg. Iur.* Iuris igitur æquabilis decernendi gratiâ Iudices inventi ſunt, Claud.
Cantiunc. *de offic. Iudic. c. 2.* Ubi in hæc ſcribit verba: † Si in ſua ſibi quemq; cauſa 849
Ius dicere Majores noſtri ſuſtinuiſſent, quid non ſibi permiſiſſent, vel potentio-
res in infimos? Vel veteratores iſti cautelarii in ſimplicis cultores veritatis? Imò
quæ non tyrannis ex illa licentia profluxiſſet: Hujus igitur æqualitatis conſervan-
dæ gratia, arbitrati Legumlatores, iniquum admodum eſſe, in re propria tribuere
alicui licentiã, Ius ſibi dicere, *l. un. Cod. ne quis in ſua cauſ. judic. l. qui Iuriſdictioni
præeſt, 10. ff. de juriſd.* Quibus licèt ſolutus videatur ſummus Romanorum Prin-
ceps, *l. Princeps, ff. de legib.* Adeò ut ipſe in cauſa propria judicare poſſit, *l. & hoc,
41. ff. de hæred. inſtit. §. fin. inſtit. de vulgar. ſubſtit. ubi* Tiberius *& l. pœn. ff. de his quæ
in teſtã. del. ubi* Anton. Impp. *in cauſis ꝓpriis judicarunt*, Bald. *in l. reſcripta, C. de
precib. Imp. offer.* Zaſ. *in l. eſt receptũ, n. 8. & 9. ff. de Iuriſd.* Caſtald. *de Imp. qu. 91. n. 2.
& ſeqq.* Natt. *conſil. 427. n. 49.* Cravett. *conſil. 5. n. 6.* Placuit tamen, legibus ſoluto
Principi, legibus ſe allegatum profiteri Principem, *l. digna vox, C. de LL.*

Inàeque † vigore Aureæ Bullæ Caroli IV. receptum, ut ipſe Imperator vel 850
Rex Romanus ſuper cauſis, pro quibus imperitus fuerit, coram Eleoctre Palati-
no Rheni reſpondeat, *text. in Aur. Bull.* Carol. IV. *c. 5. §. fin.* Thom. Michael. *de
Iuriſd. cõcluſ.* 131. Vult. *ad l. 1. n. 4. & ſeq. C. ubi ſenat. & Clariſſ.* Sixtin. *de regalib. li. 1.
c. 8. n. 52. & ſeqq.* Heig. *illuſtr. qu. part. 1. q. 4. n. 8.* Roſenth. *de Feud. c. 12. concl. 3. n. 13.*

Si itaque ipſe Imperator ſuper cauſis, pro quibus impetitur, judiciorum
vigori & ordini ſe ſubmittit, neque ab obſervantia judiciali ſe eximit, tantò mi-
nus id aliis minorum gentium Magiſtratibus licebit vel integrum erit, Apolo-
gias ſcribendo Judicialem auctoritatem ſpernere, & pro ſuo arbitratu, partis
& Judicis vices ſubire. Hinc toties in noviſſimis cautum legimus Imperii con-
ſtitutionibus. † omnem viam facti, ſive id fit armis, ſive ſcripturis ſive pictu- 851
ris, in ipſis etiam Imperii principibus & ſtatibus eſſe prohibitam, nulliq;, cujuſ-
cunque ſit conditionis & dignitatis, fas eſſe, judiciorum vigorem ſpernere &
facti viam eligere, *text. in* Reichs Abſcheid zu Augſpurg / *de Anno* 1555. §. dargegen
ſollen die Stände / ꝛc. *In verbis*: Es ſoll ſonſten kein Standt den andern / mit
der That / oder ſonſten mit vngutem fürnehmen / ſondern in alle wege / nach laut
vnnd anweiſung der Heiligen Reichs Rechten / ſich an gebührenden ordent-
lichen Rechten benügen laſſen / ꝛc. S. A. zu Wormbß / *de Anno* 1521. *ſub rubr.*
Röm. Kayſ. Mayſt. Landfrieden / *in fin. princ. ibi*: wer zu dem andern zuſprechen

Digitized by Google

vermeinet/der ſoll ſolches thun an Enden und Gerichten/ da die Sach ordenlich hingehöret/R.A. zu Speyer/*de Anno* 1526. §. zum andern/ ꝛc. *in fin. verbis*: wer zu den andern zu ſprechen hat/ſoll das mit gebührlichen Rechten thun/bey Pöen und Straff deß Landfriedens/ꝛc R. A. zu Regenſpurg/*de Anno* 1541. §. wo aber jemandts/ꝛc. *ibi*: mit Recht und deſſen ordentlicher Execution/*& de Anno* 1542. §. unnd damit die Zeit/ꝛc. *junctâ ordinat. Politic. de Anno* 1548. *ſub rubr.* von Schmächſchrifften/ꝛc.

Hæc Jura, licèt de actore loquantur, idem tamen in perſonis reorum conventorum obtinere dubium non eſt, cum quoad Proceſſum & Juris ordinem plerumque actor & reus pari Jure cenſeantur, per Jura vulgò nota. Quinimò in Judicio hoc L. diffamari non Domini Conſulentes, ſed Domini Directores hujus proceſſus, vel qui eorum factum probârunt, actoris vices ſuſtinuerunt, *per ea quæ tradit* Geil. 1. *obſerv.* 9. *& latè ibid.* Bernhard. Grævæ. *concl.* 9. *per tot.* Mynsing. 6. *obſ.* 90. Neque etiam opitulatur Dnn. Apologiſtis, quòd ſint Clerici, & conſtituant corpus dignitate valdè conſpicuum: Siquidem etiam adver-
852 ſus † Prælatos & Clericos competere beneficium L. diffamari, *tradit* Felin. *in cap. accepimus, & per illum text. extr. de fid. inſtrum.* Alexand. *conſil.* 103. *quos allegat & ſequitur* Cæſar. Corrad. *in tract. L. diffamari. c.* 3. *n.* 35. *& ſeq.* Ubi id ampliat, ut tali caſu non ſolum Prælatis, ſed etiam eorum ſucceſſoribus perpetuum cenſeatur impoſitum ſilentium: *& c.* 5. *n.* 3.

853 Et conſtat ex noviſſimis † Imperii conſtitutionibus; ipſaq; praxi in viridi obſervantia poſita, Electores Principes & Status Imperii, tàm Eccleſiaſticos quàm Seculares, hoc noſtro L. diffamari remedio in Camera certis caſibus non attenta ſtatus dignitate conveniri poſſe, Geil. 1. *obſ.* 10. *& ſeq.* Mynſ. *loco ſupr. alleg.*

Quamobrem, cùm Domini Conſulentes ad Jus provocarint, & ſervato Juris ordine proceſſus & tandem ſententiam obtinuerint, eaq; neq; per appellationem vel ſimile remedium extincta vel ſuſpenſa ſit, ſed in rem judicatam tranſierit, contra quoſcunque diffamatores ſuum ſortita eſt effectum. Neque enim unquam relatum, neque uſquam receptum, ceu loquitur JC. *in fin. l.* 1. *ff. de Senator.* Apologias ſcribendo & edendo reum conventum, vel actorem obſervantiam judiciorum declinare, vel ſententiæ & rei judicatæ effectum impedire poſſe. Ideoque cum Reverendo Capituli N. Decano citatio hujus proceſſus ſolenniter fuit inſinuata, ut conſtat ex relatione nuncii, & paſſim publicè affixa, utique Capitulum per Syndicum vel procuratorem comparere, & exceptiones ſi quas habuiſſent, vel dilatorias vel peremptorias opponere, ſi ſententiam perpetui ſilentii impedire voluiſſent, Juris auctoritate obſtricti fuerunt. Aut enim exiſtimarunt Dnn. Capitulares, citationem attingere, Reverendum Capitulum, aut non. Si hoc, non opus fuit Apologiam ſcribere, vulnus factæ jam antè diffamationis per eam refricare, & Dominorum conſulentium matrem jam piè defunctam, & filiam adhuc viventem, ulteriùs præter meritum

gravare

gravare & affligere: Si illud: omninò comparere & Jure agere debuiſſent, per modò tradita.

.

IN NONA QUÆSTIONE DUO PROPONUNTUR:

1. *Anne modò memoratis remediis deficientibus, vel propter difficultates circa ea incidentes vel aliis emergentibus hoc caſu incommodis, Domini Conſulentes contra Dominos Capitulares, ad nullitatem proceſſus tutò agere, & apud ſuperiorem obtinere poſſint, ut iſto proceſſus ſuperioris auctoritate annulletur & caſſetur?*

AD hanc Quæſtionem breviter reſpondemus, Dominos Conſulentes † ad 854.
proceſſus illius, reſpectivè contra matrem & ſororem nulliter & neglecto Juris ordine inſtituti & publicati, caſſationem, propoſitâ nullitatis querelâ procedere, idque deductis nullitatibus ex ipſis actis, quæ notorium inducunt, obtinere poſſe, dubium nullum eſſe dubitamus, *per ea quæ tradit* Mynſing. *obſ.* 42. *Cent.* 4. Johan Fichard. *conſil. German.* 123. *per tot.* And. Geil. 1. *obſerv.* 127. *n.* 8. *& ſeq.* Ernest. Cothman. *conſil.* 14. *n.* 53. *& aliquot ſeqq. & conſil.* 16. *n.* 134. *& ſeq. vol.* 1. Auctor. *deciſ. ſive præjudiciorum Cam. verb. Citatio ſuper Nullitate, fol.* 73. *Et eſt text. in ordinat. Camer. part.* 3. *tit.* 34. §. vnd ſoll alſo die Nullität/ꝛc. *Et in ead. ordinat. part.* 2. *tit.* 28. §. *item* nach dem auch/ꝛc. *Ibi:* da ſich jemand belagen würde/ das in peinlichen Sachen ſey vnerfordert vnd vngehört/ vnd alſo nichtiglich/ oder ſonſt wider natürliche Vernunfft vnnd Billichkeit/ wider jhn procedirt/ gehandelt vnnd geurtheylet/ vnd derhalben principaliter vff die Nullität vnnd Proceß anſuchen würde/ ꝛc. Alsdann ſoll der anſuchenden Parthey ſolcher Nichtigkeit halber Ladung erkandt/ vnnd darauff Rechtliche Hülff mitgetheylet werden/ꝛc. Cùm itaque ex ipſis actis & iis, quæ in 3. Quæſtionis reſolutione deduximus, evidenter appareat, quàm plurimas & inſanabiles nullitates, contra Jura naturalia, Civilia, & conſtitutiones criminales Caroli, in proceſſu iſto N. commiſſas, & Dominorum Conſulentium piè defunctam matrem & adhuc viventem ſororem ac totam cognationem exinde graviter læſam, hoc remedio experiri utiſſimè poterunt.

Verùm enimverò cùm in optione † gravati ſit, vel coram eodem Judice, 855
qui pronunciavit, vel coram ejus ſuperiore nullitatem principaliter in Judicium deducere. Bart. *in l. ſi expreſſam.* 19. *ſub n.* 14. *ff. de Appellat.* Felin. *in c. in literis, n.* 4. *de offic. & poteſt. Iud. deleg.* Sebaſt. Vant. *de Nullitat, rubr. coram quo poſſit, &c. n.* 7. *&* 8. *Vbi teſtatur de communi* Sigiſmund. Scacc. *de appellat, quæſt,* 19. *remed.* 1. *Concluſ.* 6. *n.* 73. Mynſing. *obſerv.* 92. *n.* 6. *cent.* 5.

Hoc etiam caſu in optione Dominorum Conſulentium erit, anne Nullitatis.

tatis querelam apud Reverendum Capitulum N. velint proponere, & poſtulare, ut proceſſum à ſe inſtitutum, quatenus ille Dominam viduam ejusq; filiam attigit, publicè in Judicio per decretum annullent, & pro nullo declarent; illaq; acta inquiſitionis à publicis actis ſeparent & cancellent, refuſis ſibi damnis & expenſis. Et ſi hæc via Dominis Conſulentibus placuerit, non dubitamus Reverendum Capitulum, ipſorum poſtulationi non defuturum: Siquidem prin-
856 cipalibus † conſtitutionibus cautum eſt, ea quæ infamandi alicujus causâ in monumenta publica poſita ſunt, tolli de medio, *inquit* JC. Marcian. *in l. conſtitutionibus, 37. ff. de injur.* Conſtat autem ex actis & deductis, crimina iſta à cæmentario & uxore ejus infamandi cauſa falsò conficta, delata & nulliter in monumenta publica relata, eſſe notoriè falſa, ac ad infamationem Dominæ viduæ jam defunctæ ejusq; filiæ & totius familiæ ſpectare, ideoque à monumentis publicis, quæ non falſorum criminum ſuggeſtionibus, ſed explorata rerum veritate, firmitatem obtinent, removenda, *arg. l. fin. C. de re judic.*

Et ſi fortè quis perſuadere vellet Dominis Capitularibus, hoc ſine ſcan-
857 dalo aliquo & diſreputatione Reverendi Capituli fieri non poſſe, is ſciat, † Judicem potiùs admittere debere ſcandalum, quàm veritatem relinquere, & falſa crimina pro exploratis, in monumentis publicis reſervare, *ut ex* Hadrian. *refert.* Nevizan. *in ſylv. Nupt. lib. 5. n. 116.* Quia iram Dei ſupra ſe provocat, qui veritatem opprimi proſpiciens, eam pro viribus non oſtendit & defendit, *c. quiſq; & cap. nolite, 11. q. 3.* Veritati enim meritò omnia cedere debent, *c. fraternitatis, de frigid. & malefic.* Ideoq; melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium, *inquit* Auguſtin. *c. nemo peritorum, 11. q. 3.* Nam Magiſtratui & Judici, utpote Dei vices in hiſce terris obtinenti, Pſal. 82. *verſ. 6.* Sapient. *6. verſ. 5. Nov. 105. cap. 2. in fin.* Magis debet eſſe cordi cuſtodia Juſtitiæ & veritatis, quàm obedientia voluntatis, Sapient. 1. *verſ. 1.* Pſalm. 72. *v. 1. & ſeqq.* Pſalm. *101. verſ. 5. c. Iudices, 3. q. 7. l. puniri, ibi gl. verb. Iudices, C. ſi contra Ius vel utilit. publ.* Speculat. *lib. 3. part. 3. de ſentent. §. in fin.*

Quamobrem nullius rei major quàm veritatis eſſe debet reputatio. Si itaque Domini Capitulares hoc denegarent, eo ipſo ſignificarent, ſe potiùs falſæ iſti diffamationi velum & patrocinium velle quærere & iniquitatem operiri, Pſalm. 73. *verſ. 6.* quàm veritati jam detectæ & ſingulari Dei beneficio manifeſtatæ, teſtimonium præbere, quod utiq; de tàm laudabili & ſpectato collegio non eſt præſumendum.

Hâc viâ relictâ, ſi ſuperiorem adire vellent, Domini Conſulentes, ſive is ſit Reverendiſſimus Epiſcopus loci, ſive Camera Imperialis, poſſ[illegible] Nullitates proceſſus, & petere ut decernatur citatio adverſus [illegible] Capitulum, ad videndum, declarari proceſſum nullum, & reſarciendum damna & expenſas. Prior via eſſet compendioſior, & ſine magno ſumptu iniri poſſet: Poſterior autem magis quidem regia, ſed prolixior & ſumptuoſior, ac magnas

Digitized by Google

ac magnas ſimultates, odia & inimicitias Drn. Capitularium, adverſus Dominos Conſulentes, fortè implicaret.

Alterum hujus Quæſtionis Caput quod attinet, annè videlicet Domini Conſulentes contra Reverendum Capitulum N. propter abuſum Juriſdictionis ad privationem ejus agere poſſint? Pro Affirmativa ſeqq. videntur militare rationes, quòd communis & generalis ſit concluſio, abutentem Juriſdictione ſuâ, † maximè in criminalibus, & neglecto Juris ordine cum aſperitate procedentem, privari poſſe, *arg. §. Dominorum & quæ ibi tradunt* Dd. *Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. Jur. l. 2. §. Dominorum, & ibi.* Bald. *ff. eod. l. 1. C. de emend. ſerv.* Petr. Anton. de Petr. *de poteſtat. Princip. c. 8. n.* 74. Ubi dicit, quòd abutens dominio ſibi conceſſo, non mereatur dominari. Curt. Jun. *conſil.* 137. Grammat. *Deciſ.* 104. Vbi refert, per magnam curiam ita judicatum, & in regio conſilio Neapolitano comprobatum Mynſ. *obſ.* 8. *nu.* 5. *& ſeqq. cent.* 5. Matth. de Afflict. *Deciſ.* 265. *n.* 72. Regner Sixtin. *conſil. Marp.* 8. *n.* 113. *vol.* 3. Geil. 1. *obſ.* 17. *n.* 2. Hieronym. Treutler. *Diſp.* 3. *th.* 12. *lit. c. vol.* 1. Vnde illud laudabile curiæ Pariſianæ promanavit edictum: *Le Seigneur, qui abuſe de ſa juſtice, en doit eſtre prive!* hoc eſt: abutens imperio privator. Papon. *lib.* 13. *Arreſt. tit.* 2. *arreſt.* 5. *& lib.* 23. *tit.* 5. *arreſt.* 1. Johan. Gall. *Quæſt.* 340. Zachar. Viet. *de exemption. concl.* 14. Quia expedit reipublicæ, ne quis jure & re ſua malè utatur, *inquit Sacratiſſ. Imperat.* Juſtinianus *in §. 2. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Et privilegium omninò meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, *inquit* Gregor. *in cap. Privilegium,* 11. *quæſt.* 3. *cap. plerunque, ibid.* Qui ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum ſequitur merita, ipſe poteſtate ſua ſe privat. *d. cauſ.* 11. *q.* 3. Et ſummos etiam Principes & Reges propter ſævitiam & injuſtitiam regnis & imperio exutos, tàm ſacra quàm profana teſtatur hiſtoria. Cujus rei habemus exemplum in Rehabeam, 2. Chronic. *cap.* 10. Syracid. *cap.* 47. *v.* 28. In Athalia, 2. Reg. *cap.* 11. *cum ſimilibus.* Hac occaſione Tarquinium, Neronem, Wenceslaum & alios imperio Romano privatos, expeditum eſt. Ita etiam aliquando in regno Angliæ accidiſſe teſtatur Froſſard. *lib.* 1. *hiſtor. Gall.* Et de Rege Neapolitano refert memorabile exemplum Cominæ *lib.* 1. *de Bell. Neapolit.* 858

Pro Negativa autem ſententia facit, † quod Juriſdictio Collegio & Eccleſiæ competens, propter abuſum quorundam de Collegio, ipſi Eccleſiæ adimi non poſſit. *cap. delictum de reg. jur. in* 6. *gl. in cap. placuit,* 26. *q.* 3. Felin. *in cap. ad Apoſtolicam, n.* 2. *de Simon.* Dd. *in l. jubemus nullã, C. de SS. Eccleſ.* Cæſar Contard. *in* [illegible] *L. diffamari, cap.* 3. *n.* 38. *& ſeq.* Vbi concludit in ſimili, quòd in materia L. [illegible], reſpectu juris prælati diffamantis, ei rectè imponatur ſilentium, illæſo [illegible] jure Eccleſiæ, *per tradita Roman. conſil.* 369. *incip. circa primum. col. fin. Faciunt tradita* Andr. Geil. *de Arreſt. Imper. cap.* 10. *n.* 24. Hieronym. Schurff. *conſil.* 55. *cent.* 3. Et quæ ſupra in reſolutione quintæ Quæſtionis deduximus. 859

S Deinde

860 Deinde ut ad privationem † procedi poſſit, neceſſe eſt, ut præcedat ſuperioris monitio, quâ judex monetur ut ab aſperitate deſiſtat, quod ſi facere ceſſet, tunc demũ privatur. *per tradita*. Andr. Geil. *d. obſ.* 17 *ſub n.* 4. ubi dicit ita in praxi obſervari. Bernhard. Græve. *concluſ.* 17. *conſiderat.* 1. *lib.* 1 Sed in noſtro caſu talis monitio nulla præceſſit. Poſſent tamen Domini Conſulentes apud ſuperiorem,
861 præter annullationem † ad mulctam agere fiſco applicandam propter exceſſum iſtum valdè irregularem, *per text.* In P. H. O. Caroli V. *artic.* 1. *ibi*: In dem allem eine jede Oberkeit möglichen Fleiß anwenden ſoll/damit die Peinlichen Gericht zum beſten verordnet/und niemand Unrecht geſchehe/als dann zu dieſen groſſen Sachen/welche deß Menſchen Ehr/Leib/Leben und Guth belangen/ tapffer und woll bedachter Fleiß gehörig. Darumb dañ in ſolcher Uberfahrũg/ niemand mit Rechtmäſſigem Verträglichem Grund/keine verlaſſung und Hinläſſigkeit/entſchüldigen mag/ſondern billich derhalben/vermög dieſer Unſer Ordnung geſtrafft/das alſo alle Oberkeit ſo Peinlich Gericht haben/hiemit Ernſtlich gewarnet ſein ſollen.

862 Poſſunt † item damna, expenſas & intereſſe petere ſibi adjudicari, *arg. art.* 20. *Ordinat. Crim* Caroli V. Bald *in l. ſancimus*, C. *de judic.* & *in rubr. C. de pœn. Jud. qui malè judic.* Pariſ. de Put. *in tr. de Syndicat.* §. *inquiſitio, verſ. Judici faciliter non permittitur inquirere,* & *c. n.* 9. & 10. Rob. Marant. *in ſpec part. tit. de inquiſit. n.* 21. & 31. *in fin.*

Salvo ſemper cujuſvis rectiùs ſentientis judicio.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google